nanꝙ ceſſit potentiā ceſſit iuſticia: vt charitas de corde feruido nō tam rogabat ꝙ deū vrgebat. Sola enī charitas eſt que deū tenē pōt. Uis amoris eſt que teneri nō ſolū ſe patitur: ſed q̄n non tenet̄ pie ꝯquerit̄ p ꝓph̄az Ezech̄. xxij. ait. Queſiui de eis virū q̄ interponeret ſe ſepē ꝛ ſtaret oppoſit⁹ ꝯtra me: ꝓpterea ne diſſiparē eam ꝛ nō inueni. O imēſa benignitas dei que querit q̄ ſe ſibi opponat irato: cui⁹ ꝓfecto ꝓpriū eſt miſereri ꝛ peregrinū vlciſci. Charitas igit̄ extentā manuz dei ne feriat ſua fortitudine ꝯtinet. ſathanaz ſuis pedib⁹ ꝯterit. ꝛ ſup inimicoꝝ capita carbones ꝯgerit. potēs non ſolū adūſus carnē et ſanguinē. ſed adūſus ṗncipat⁹ ꝛ ptātes tenebrarū harū ꝯtra ſpūalia neq̄tie in celeſtibus. in ꝓſperis fortis ſed fortior in adūſis. Solus enī chriſti amor q̄ pure ꝛ mag̃nimit ridentis ꝛ irridētis fortitudine blādicias ſpernit ꝛ toto corde ꝯſpernit ſapidiori dulcedine delectat⁹: cui⁹ reſpectu oīs dulcedo amara ē oīs iocūditas meror eſt. oē pulcrū fedū. omne etiā ſuaue moleſtum eſt ꝛc̄.

## Q2 ſola ſeruitia que ex amore ꝓcedūt deo ſunt grata: ꝛ remuneratiōe ſunt digna. Cap̄. iiij.

q Uarta excellentia eſt remūerabilitas. Oē enī obſequiū qō deo ſummo impendit̄. aut impendit̄ ei ex vero amore rector puro q̄ eſt g̃tuitus. aut impendit̄ ei ex timore reuerētie. ſ. vl̄ offēſe aut ex timore pene aut ex pudore aut ex ſpe venie vel gratie. aut ex ſpe remunerationis. Q2 ſi ex amore. credit igit̄ eſſe bonuz qui ei hoc impendit. Nulli enī impendit̄ rectus amor ꝛ purus ab aliquo nec credit illuz eſſe bonū ꝛ merito bonitatis ſue hui⁹ amorem eſſe dignum. Seruiciū autem ꝛ cultus que intuitu ſolo bonitatis ipſius eidē impendunt̄ ſinceriſſimi atꝙ rectiſſimi ſunt: ꝛ in eis ṗcipuus ꝛ rectiſſim⁹ ē amor. Amor inꝙ act⁹ amor enī habit⁹ ſiue virtus non ꝓprie ſeruitium: ſed magis ſeruitus licet ſpōtanea ꝛ iocunda at ideo libera dicēda eſt. Arma enī amoꝝ non dicim⁹ ſeruiciū ex quo quecūꝙ ꝓcedūt ſeruicia ſola gratuita ſunt. i. gratis impenſa ꝛ ꝓpter ſola illa ſunt dona ꝛ munera q̄re ſolo merito remūeratiōe dig̃. Et qō amplius eſt in eis ſolum locū habet remūeratio q̄m remūeratio nanꝙ d2 muneris ſeu muneratiōis. Remuneratio enī eſt reflexa ſeu reciproca in remūeratiōe ſeu ṗdonatiōe remuneratio. Qui enī non gratis ſed ex neceſ

ſitate q̃cunq; ſeruit ex timoꝛe ſiue ex pudoꝛe
ſiue ex ſpe mercedis ſiue ex pacto ſiue ex q̃=
cunq; alio debito: non ꝓpꝛie remũeratione
dicẽduſ eſt dign⁹. ſed magis ei p̃ciũ ope ſue
elocate reddẽdus eſt.

## Articulus. iij. de quattuoꝛ excellentijs diuini amoꝛis. Et pri mo qꝫ inſatiabilis eſt amoꝛ dei. Capitulum. j.

p Rima excellentia amoꝛis eſt inſa=
tiabilitas. Ultra nãq; oẽs virtu=
tes inſatiabilis eſt amoꝛ dei. Non
eni ſatiari põt deſiderio qui nõ niſi deſidera
re ↄcupiſcit. ſicut in pſona taliſ aie ait pſ̃. Cõ
cupiuit aia mea dſiderare iuſtificatiões tuaſ
in oi tpe. Fames eni aie deſideriũ eſt. Habet
eteni q̄ aia deũ amãs non ſatiat amoꝛe quia
ds amoꝛ ẽ: quẽ qui amat amoꝛẽ amat. Ama
re aũt amoꝛẽ circulus facit vt nullus debeat
eſſe finis vel mẽſura amoꝛis. Itaq; h inſatia
bilitas oia voꝛat qꝛ ex copia facit inopiã duz
ex p̃guſtatī delitijs dei ampli⁹ in deſiderijs
inardeſcit. qꝛ ꝛ ſi dent ad plenitudinẽ nũq̃
ad ſatietatẽ. Un̄ Eccl. xxiiij. Qui edunt me
adhuc eſuriẽt. O imẽſa charitas ꝛ pietaſ dul
cedinis dei cũ te amare edere ſit. quõ te amã
tem ſic reficis vt magis eſuriãt cũ repleti fue
rint: niſi qꝛ tu charitas infinita ſimul cib⁹ es
et eſuries? Qui te non guſtat pꝛoꝛſus te eſu
rire neſcit. ad h enīz cibas vt eſurire facias.
Un̄ Lu. j. ait maria. Eſuriẽtes impleuit bo=
nis. Nolo ãmodo q̃ras q̃ ſint bona charitatī
cũ illa pfecto exiſtimẽ de q̃bus. j. Coꝛinth. ij.
Oculus nõ vidit abſq; te deuſ. nec auris au
ris audiuit nec in coꝛ hoīs aſcẽdit que pꝛe=
pauit deus diligẽtib⁹ ſe. Et idem Eſa. lxiiij.
Audis diligẽtib⁹ pꝛcpata vt dilectiõis bona
nõ ambigas. In hac eni repoſita ſunt eterni
tatis delitie rõnis ſuauitatī celeſtis paradyſi
In hac ſunt pax patiẽna longanimitas gau
dium cum ſpũſancto. In hac deniq; eſt quic
quid iocundũ mẽti ↄcipi poteſt ꝛ vltra infi=
nitum. Hoc inq̃ dulciſſime amoꝛ p̃paſti dili=
gentib⁹ te ſed abſcõdiſti timẽtib⁹ te donec iu
xta illud. j. Ioh. iiij. Charitas foꝛas mittit ti
moꝛẽ velantẽ: vt videre poſſit qꝫ mag̃ ſit mł=
titudo dulcedis tue que ꝛ ſi repleat nunq̃ tñ
ſatiat. Nõ audeo dicere illos ſi q̃ ſunt ſecun
da ſtola veſtitos. Obijcis foꝛte illud pſ̃. ſa=
tiaboꝛ cum apparuerit gloꝛia tua. ꝛ illud pſ̃.
Ex adipe frumẽti ſatiat te. Sed ſatietatẽ deſi
derij abũdantiã ibi notari noueris nõ deſi=
derij finẽ. Finis nanq; deſiderij ſatietas eſt.
Qui ꝟo ſemp eſuriũt patet q̄ ſatiati nõ ſunt
Sed vere beata eſuries que ſolum eſurit qđ
habet ꝛ ſolũ habet qđ eſurit. Ex iam dicti p=
ſuaſum volum⁹ q̄ dulcedie diuini amoꝛī i fu
turo nõ poterim⁹ ſatiari nec etiaz in pñti re=
pleri. De hac impoſſibilitate ſemp ſit nob ſo
latiũ nullũ hr̄e ſolatiũ. Patiẽtiã quidez mihi
et vobis oibus opto. ſed impaciẽtes nos eẽ
in hoc magis exopto.

## Q꞉ fructuoſum eſt diligere deum. Capitulum. ij.

s Ecũda excellẽtia eſt fructuoſitas.
Fructificat eni hoi bona tpalia ſpi
ritualia ꝛ eternalia. Tpalia. vnde
Pꝛouerb. iij. Honoꝛa deuz de tua ſuba ꝛ de
p̃mitijs oium frugũ tuarũ: ꝛ replebunt hoꝛ=
rea tua ſaturitate ꝛ toꝛcularia tua vino redũ
dabũt. Et. xj. c. ait idẽ. Alij diuidũt ꝓpꝛia et
ditioꝛes fiunt. Scđo fructificat bona ſpũa
lia. Nã qui habet charitatẽ oẽs virtutes ha=
bet. Cũ eni charitas ſit vltima inter ꝟtutes
moꝛales ꝛ theologicas q̃ pꝛius ſunt moꝛaleſ
ſcꝫ pꝛudentia iuſticia foꝛtitudo ꝛ tpantia. de
inde theologice videlicet fides ſpes ꝛ chari=
tas. Un̄. j. Coꝝ. xiij. Maioꝛ aũt hoꝝ eſt cha=
ritas. Sic q̃ habet charitatẽ habꝫ oẽs virtu
tes p̃cedentes. ſicut q̃ habet centũ habet de=
cem vel viginti ꝛ nõ ecõtra eodẽ modo hñs
charitatẽ habet oẽs virtutes q̃s q̃ poſſidet
oia dona ſpũalia tenet. Tertio fructificat
eternalia dona. Nã qđlibet opus ex charita
te factũ eterni regni meritoꝛiũ eſt. O q̃tiens
poſſem⁹ lucrari eternũ regnũ ſi dilexerimus
frẽs. Iđ ad opa charitatī. j. Coꝝ. xvj. hoꝛtat
apl̃s dicẽs. Oia opa vr̃a in charitate fiant.
Ius es qđ nõ min⁹ eſt charitas omia bona
opa ſua facit ſicut de ſe teſtat pſ̃ dicẽs. Par=
ticeps ego ſum oium timentiũ te ꝛ cuſtodiẽ
tium mãdata tua. Un̄ Aug⁹. Penſent inui=
di q̃tũ bonũ eſt charitaſ que ſine laboꝛe nr̄o
aliena bona facit nr̄a. Ex dictī patet q̄ q̃ ha=
bet charitatẽ hꝫ deuz ꝛ oia que in ipſo ſunt.
O charitas mag̃ ꝛ incõpabił theſaur⁹ dei in
agro coꝛdis abſcõdit⁹: p q̃ emẽda vniũſa vẽ
dẽda ſunt ſicut ait dñs Mat. xiij. O diues
charitas cuꝫ q̃ ois diues ſine q̃ nemo diues:
qꝛ q̃ ñ hꝫ caritatẽ nihil hꝫ. O argumẽtatoꝛia
chartas multe filie ↄgregauerũt diuitias: tu
aũt ſupgreſſa es vniũſas. vt dꝛ in fine Pꝛou.

## Q꞉ leuis ars ẽ diligere deum Capitulum. iij.



t Ertia excellẽtia charitatī ẽ leuitas
Nihil leui⁹ qꝫ diligere. Qui dili=
git nõ laboꝛat nihil ↄſtat vectura
mercãcie amoꝛis: imo amoꝛ ſoluit
oẽs expẽſaſ vecture cũctaꝝ mercãciarũ atq;
laboꝝ. O qꝫ leuis amoꝛ qui cũcta leuia red=
dit. Mirarī quõ ſit tam leuis mercãcia amo=
ris? Conſidera quis eã poꝛtat. Uolũtas nẽ=
pe ipſa libera eſt ipſa diligere põt. ſola cum
amoꝛe ſata eſt. foꝛinſeco adiutoꝛio ab amoꝛe
non eget: abſq; alteri⁹ opis admiculo exer=
ceri põt. Si eni ad diligẽdũ diuitijs opus eſ
ſet: iuſtã tũc excuſationẽ haberẽt pauperes.
Si ſciẽtia neceſſaria foꝛet: excuſari tunc poſ
ſent ignoꝛãtes a ſeruitijs ſe excuſarent ſim=
plices a laboꝛib⁹ imbecilles. Sola eni libera
volũtate impleri põt mandatũ amoꝛis. In=
fra nos eſt qđ ad illud ſeruandũ neceſſariuꝫ
eſt. Un̄ pꝛecipit dñs Deut. vj. Diliges dñm
deũ tuũ ex toto coꝛde tuo ꝛ ex tota aĩa tua et
ex tota foꝛtitudine tua. Unde Lu. x. additũ
eſt ꝛ ex tota mẽte tua vt coꝛ referat ad inten=
tionẽ. mens ad cognitionẽ. aĩa aũt ad affecti
onem: cũ facultaſ adſit: qua deficiẽte: ſupplet
quidem volũtas bona. Uides quõ oia h ne
ceſſaria ad amoꝛẽ intra nos ſunt. Non igit
neceſſario eget vt diligas ſulcare maria. ꝛ p
celloſas ↄfringere vndas vel ſepulchꝝ dñi
cum petas non linigas tranſmeare oꝛas vel
ſyna montis cacumia ſcandas. Non limina
petri querẽs italicas ptranſire patrias. nec
montiũ aſcendere rupes vt iacobi extrema
ꝓquiras. Intra te volũtas hanc q̃ritat amoꝛ
hanc vocat dñs Cant. v. Aperi mihi ſoꝛoꝛ
mea amica mea. eſt eni volũtas amica amo=
ris que p ↄſenſum volũtatis apit ipſi amoꝛi
hanc etiã pulſat Apoc. iij. Ego ſto ad oſtium
volũtatī. ſ. dicit amoꝛ ꝛ pulſo. ſ. alliciẽdo in=
ſpirãdo p̃dicãdo arguẽdo increpãdo caſti=
gando. Si q̃s audierit vocem meã ꝛ aperue
rit mihi. ſ. p ↄſenſum ianuã voluntatī intra=
bo ad eum. ſ. p gratiã charitatis. His igit in
q̃s intrauerat ipſe amoꝛ dicebat amoꝛ Luc.
xvij. Regnũ dei intra vos eſt. Ecce qꝫ facilis
eſt hec ars amãdi que ſolũ in volũtate ẽ. Iđ
Deut. xxx. dñs ait. Mandatũ h qđ tibi p̃ci=
pio hodie. non ſup te eſt neq; ꝓcul poſitum
neq; in celo ſituꝫ ſed in te locus dilectionis.
Ecce facilitas implẽdi. leuitas amãdi. poſſi=
bilitas implendi ſeu obſeruãdi quã excuſa=
tionẽ de non diligẽdo habere poterim⁹ frẽs
Ideo ↄfident ad h poꝛtabile pondus hoꝛtat
dñs Mat. xj. dicẽs. Tollite iugũ meũ ſuper
vos. iugũ eni meũ ſuaue eſt ꝛ onus meũ le=
ue ꝛc̃. Onus qđ oia onera leuia facis ꝛ im=
pleſ mãdata. Un̄ ad Rho. xiij. Plenitudo le
gis dilectio. Tu ſola facis ſcandere ad ſuper
na Cant. j. Recti diligũt te. Trahe me p⁹ te:
currem⁹ in odoꝛẽ vngentoꝝ tuoꝝ. Tu poꝛ=
tas inferna potius eni vere diligẽs deũ vel=
let eſſe cũ amoꝛe in inferno qꝫ ſine amoꝛe in
celo ſm Hugł. de arra ſpoſe. Un̄ Cant. viij.
Dura ſicut inferus emulatio. Ecce igitur q̄
amoꝛ ſup oia leuis ẽ: cũ g̃uiſſima leuia r̃ddit

## Q꞉ inſepabiliter cuꝫ deo vnit animã diuinus amoꝛ. Cap̃. iiij.

q Uarta excellẽtia amoꝛis ẽ durabi
litas. Adeo nẽpe eſt amoꝛis gluti
nũ tenax: vt non tñ iũgere qꝫ di=
catur vnire. Triplicit eni vnit vin
culũ charitatis. ſibi ipſi pximo ꝛ deo. Pri
mo eni p amoꝛẽ vnus efficit dum intra ſe re
colitur reductiſq; affectib⁹ a cũctis locis qui
bus tenebant captiui ſolũ vnũ incõmutabi
lem amat nec amplius in diũſa mutat. Par
titus nẽpe p amoꝛẽ in plura nunq̃ ſibi repit
et idem. ſed ſemp ſibi diſſimilis eſt: qꝛ totiẽs
variari cogit quotiẽs varietatẽ ſuſcipit illud
qđ ab eo amat. quia eni labẽti innitit neceſ=
ſariũ eſt vt cum labẽte labat. Un̄. j. Ioh. ij.
Trãſit mũdus ꝛ ↄcupia eius. Et. j. Coꝝ. vij.
Pꝛeterit eni figura hui⁹ mũdi. Sic qui cum
mũdo p affectũ currit cũ mũdo in ꝓfunduꝫ
ruit. Pꝛoximo eni p charitatẽ hõ vnit dum
non ſolũ ſine querela q̃tũ in ipſo eſt oib⁹ ſtu
det affici: ſed etiã omnib⁹ ſucceſſib⁹ coaptari
gaudere cũ gaudẽtib⁹ ꝛ flere cuꝫ flentib⁹ ſm
apłm. Infirmari cũ infirmãtib⁹ ꝛ cũ ſcandalí
zatis vri. Un̄ Apoc. j. Socius in tribulatiõe
et regno. De hac vnitate ait pſ̃. Ecce qꝫ bo=
nũ ꝛ qꝫ iocundũ ꝛc̃. Unde Act. iiij. Multi=
tudinis credentiũ erat coꝛ vnũ ꝛ anima vna
q̃ñ nec voluntatũ varietaſ nec actionũ defoꝛ
mitas nec marſupioꝝ ꝓpꝛietas amicos diui
debat: ſed firmiter aſtringebat charitas. ꝛ fa
cile coherebat vnitas in ſpũſancto ꝛ in vin=
culo pacis dei. Heu heu heu ve ve ve mũdo
a ſcandalis. Ue nobis in inferioꝛi ſeculo di=
lapſis in quos fines imo feces ſeculoꝝ deue
nerũt totus mũdus nũc vere in maligno po
ſitus eſt. oẽs querũt que ſua ſunt. In h nẽ=
pe miſerabili euo noſtro totam chꝛiſtianita=
tem tanta diuiſiõe tot ſciſſuris totq; fracturī
diſpſam ↄſpicim⁹ vt vix vn⁹ alteri cernatur
ↄuenire in vnũ. niſi foꝛte aduerſus chꝛiſtuꝫ
eius vbiq; apparẽt ſciſſure ciuitatī dauid in
imiq; inhiant vt iam vltimã ruinã oino minẽ

f. fer. 3. poſt dñi. i qᵒ.



tur. Fateoꝛ hic tedet eſſe exeamꝰ hinc ⁊ ad ꝓ
poſitū redeamꝰ. non enī de vitijs loqui loco
hoc ꝓpoſitū eſt. Tertio deū hoī ⁊ hoiem
deo charitas vnit non ſolū illa ineffabili cha
ritate qua natura nr̄a vnit̄ illi eterno verbo
in vnitate ꝑſone: ſed etiā illa de qua ait apl̄s
j. Coꝝ. vj. Qui adheret deo vnus ſpūs eſt.
Pꝛofecto vnitas h̄ charitas ē qua hō ſm̄ coꝛ
dei totis votis ſupne ⁊ eterne volūtati ꝯfoꝛ=
mis vnit̄ deo glutino qđ non diſſipat̄ ⁊ vin=
culo qđ non diſrūpit̄. In his tñ que ſic dico
nemo me exiſtimet cū illis ſentire imo deſi=
pere qui charitatē ſemel habitā aſſerūt vltra
ꝑdi non poſſe q̄re ſi oīs q̄ habet charitatē ꝑ=
ſeuerant adheret fruſtra diſcipulos ſuoſ do
minus Io. xv. monuiſſet dicēs. Manete in
dilectione mea. indubitant̄ oſtēdēs charita=
tem ſponte deleri poſſe non violent̄ auferri
offert̄ oī aufert̄ nulli vt nullus niſi ſuo vicio
illa careat eſt tamen charitas vinculū ꝑfecti=
onis q̄ mēbꝛa artiſſime ſibiinuicē herēt ⁊ ſuo
capiti ꝑ oēs iūcturas ꝯnectunt̄ in vnū coꝛpꝰ
in vno ꝑncipio oīum bonoꝝ vt fident̄ quili=
bet dicere valeat cū pſ̄. Particeps ego ſum
oīum timentiū te ⁊ cuſtodientiū mādata tua
De hoc eteni dictū putes Eccs̄. iiij. Funicu=
lus triplex difficile rumpit̄. triplex nanq̄ dꝛ
quia vt p̄fatus ſum triplicit̄ ligat. Triplicem
funiculū deſcribit apl̄s. j. Timoth. j. dicens
Finis p̄cepti eſt charitas de coꝛde puro ⁊ cō
ſciētia pura ⁊ recta ſeu bona ⁊ fide non ficta
Solū purū eſt coꝛ qđ ad crimīa mādata per-
fluere neſcit. nihil fedat̄ facilius coꝛde mun=
danis expoſito. hoc ſolū ꝯtinet charitas ne
fruſtra pateat. tunc vō fedat̄ cū in crimīa la-
bitur. Conſciam vō bonā habet ad oēs q̄ ꝓ-
ximi bonū vt ſuū diligit. Si q̄ minꝰ; ꝯuincit̄
nō hr̄e illā que nō querit que ſua ſunt. Fideſ
autem non ficta ea eſt que per dilectionez in
bonis opibus exercetur alioq̄n non ſolūmo
do fictam ſed moꝛtuā Iocobus dicere nō vi-
deret̄ ſeu verereť Et vere iſte funiculus diffi
cile rumpit̄ q̄ paulus vinctꝰ ad Rhom̄. viij.
audenter ait. Quis nos ſeꝑabit a charitate
chꝛiſti: ⁊c̄. Validū ꝓfecto vinculū eſt cui nul
la violētia p̄ualet inſeꝑabilit̄ ꝯtinēs amantē
cum amato. ſed validius erit in patria: qꝛ vt
dꝛ. j. Coꝝ. xiij. Charitas nunq̄ excidit. Nam
ſi credēdo ⁊ ſperādo diligimꝰ qđ non vide=
mus nec tenemꝰ: q̄to ardentiꝰ eum dilige=
mus quē tūc videbimꝰ ſicuti eſt: vt dꝛ. j. Io.
iij. Cū quo nos regnare faciat amoꝛoſus ie=
ſus chꝛiſtꝰ filius dei: qui cuz p̄re ⁊ ſpūſancto
viuit ⁊ regnat. ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ Amē

¶ Feria. iij. poſt dñicaz in quin
quageſima. De affectibꝰ triplicis M.
inflāmati amoꝛis. ſ. dei ſui ⁊ ꝓ
ximi, de quibꝰ verū carniſpꝛiui
um celebꝛatur. Sermo. iiij.

Fides ſpes cha
ritas tria hec maioꝛ aūt hoꝝ ē
charitas ibi. s̄. Urget itez cha-
ritas de charitate nos loqui vt
quā in p̄cedenti ſermōe tam gratā didicimꝰ:
de excellētia charitatī ex eadem diuino mu=
nere expiamur hodie vſq̄ ad famelicā nau=
ſeam crapulari. Et ad h̄ hoꝛtat̄ apl̄s in ver=
bo p̄allegato dicēs. Fides ſpes charitas tria
hec vt. s̄. Quaſi dicere velit. Fideſ vtiq̄ atq̄
ſpes ad deū cognoſcēdū ⁊ querendū illumi
nant intellectū atq̄ roboꝛāt facultatē: ſ ma=
ioꝛ hoꝝ ē charitas q̄ inflāmat ⁊ paſcit imo de
paſcit hoīſ volūtatē. ⁊ aīaz totā ſatiat iebꝛiat
atq̄ i deū trāſfoꝛmat. Hec q̄dē amoꝛiſ crapu
la nūcupat̄. cū hūanꝰ ſpūs tuus fiat tanq̄ po
tens crapulatꝰ a vino. ſ. diuini amoꝛis. Cra=
pula aūt ⁊ ſpūale carniſꝓuiū celebꝛat mens
bona ex triplici vō atq̄ feruēti amoꝛe. ꝓmo
amoꝛe dei. ſcđo amoꝛe ſui. tertio amoꝛe ꝓxi-
mi de q̄bus amoꝛibꝰ ꝓpheta. cxxxij. pſ̄ q̄ in
pñti materia ē aliud thema inq̄t: Ecce q̄ bo=
nū quo ad amoꝛē dei. ⁊ q̄ iocūdū q̄ ad amo=
rem ſui habitare frēs in vnū quo ad amoꝛē
pꝛoximi.

## Articulus pꝛimꝰ de ſeptēplici flāma ſeu ardenti affectu diuini amoꝛis.

Pꝛimꝰ amoꝛ feruēs ⁊ ardēs q̄ mens hūa
na replet̄ eſt amoꝛ dei. Exercēs enī ſe in ſacri
meditatiōibꝰ ⁊ affectiōibꝰ ad obtinēda bona
gr̄arū ⁊ virtutū atq̄ feruētis ⁊ crapulantis
amoꝛis dei: ſeptē affectibꝰ inflāmatis exerce
ri debet ad deū. Pꝛimꝰ eſt amoꝛ ardētiſſimꝰ
ſcđs ē timoꝛ reuerētiſſimꝰ. tertiꝰ eſt zelus cō=
ſtantiſſimꝰ. q̄rtus regr̄atio magna. q̄ntꝰ lauſ
imenſa. ſextus obediētia ꝓmptiſſima. ſepti=
mus delectatio ſeu ſecuritas ebꝛia.

## De ſeptē gradibꝰ ꝑ quos ad amoꝛem ardētiſſimū mens aſcē dit. Capitulum. j.

Pꝛimus q̄dem inflāmatꝰ affectus
amoꝛ ardētiſſimꝰ nūcupat̄ ad quē
vtiq̄ ꝯſeq̄ndū hoꝛtat̄ ſpōſus dile-

·fer. 2. poſt dñi. i. qᵒ.



ctam ſponſam Cant. viij. dicens. Pone me
vt ſignaculū ſuꝑ coꝛ tuū ⁊ vt ſignaculuz ſuꝑ
bꝛachiū tuū qꝛ foꝛtis eſt vt moꝛs dilectio. du
ra ſicut infernꝰ emulatio. Lampades eiꝰ lā=
pades ignis atq̄ flāmarū aque multe nō po
tuerūt extinguē charitatē. In q̄bus verꝰ ſe=
ptem gradus charitatis ꝑ oꝛdinē exꝓmunt̄
q̄bus acq̄rit̄ hic ardētiſſimꝰ amoꝛ dei. Pꝛimꝰ
eſt meditatio. ſcđs imitatio. tertiꝰ ſeꝑatio. q̄r
tus emulatio. q̄ntꝰ inflāmatio. ſextꝰ exēpla=
tio. ſeptimꝰ inſuꝑatio. Pꝛimꝰ q̄dem g̅dus
ꝑueniēdi ad amoꝛē ardētiſſimū dei eſt medi-
tatio. Per hunc enī modū inflāmabat̄ ſpūs
ꝓpheticus cū dixit. In meditatiōe mea exar
deſcit ignis. Et initiū ꝑ qđ ad h̄ aſcēdit alibi
exꝓmit dicēs. Meditatio coꝛdis mei in ꝯſpe
ctu tuo ſemꝑ. Et hūc modū exꝓmit ſponſus
cū ait. Pone me vt ſignaculū poſitū ſuꝑ coꝛ
tuū. Quidꝑ ſignaculū poſitū ſuꝑ coꝛ tuū. ni
ſi meditatio ſponſi ꝑ quā artiſſime ⁊ amoꝛo=
ſiſſime in coꝛde ſpōſe eius meditatio eiꝰ me=
moꝛia radicat̄: Uñ ibidē glo. Solemꝰ ſignū
aliqđ cū digito vel bꝛachio alligatū circūfer-
re q̄ admonemur. q illiꝰ rei mēoꝛiā freq̄ntio
rē volumꝰ hr̄e. In cuiꝰ myſteriū Deut. vj. ſ.
de dei p̄ceptī ſcriptū eſt. Ligab ea q̄ſi ſignuz
in manu tua eruntq̄ ⁊ mouebunt̄ ante ocu-
los tuos. Scđs gradus eſt imitatio vt nō
ſolum dilecta ſpōſa in interioꝛibꝰ coꝛdis ſed
etiā in exterioꝛibꝰ verbis ⁊ factis amātiſſimū
imitet̄ ſpōſum. Uñ ſubdit. Et vt ſignaculuz
ſuꝑ bꝛachiū tuū. ꝑ qđ oꝑamur virtutū ope=
ra vt in eis chꝛiſti imitatio deſignat̄. Q̄rtus
aūt amoꝛis feruoꝛ in h̄ creſcat māifeſte oſtē=
dit ſeraphica ipſa ꝑfectio ad quē ꝑ hanc chꝛi
ſti imitationē mens glorioſi frāciſci ꝑducta ē
Ideo in eiꝰ ꝑſona apl̄s ad Gal̄. vlt̄. ait. Ego
enī ſtigmata dñi ieſu in coꝛde meo poꝛto.
Tertius g̅dus eſt ſeꝑatio vt. ſ. mēs ab oī qđ
a ſpōſo ſeꝑet elonget̄. Uñ ſubdit. Quia foꝛ=
tis eſt vt moꝛs dilectio. Moꝛs ſiq̄dem vno
trifurcato ictu aīam ſeꝑat a mūdi habitatiōe
a ſuoꝝ ꝯūſatiōe atq̄ a carnis vnione ac ꝑ h̄
ab oīꝑaſſiōe huiꝰ ſeculi nequā. Sic amoꝛ dei
ab oībus que aīam ſeꝑant a dilecto oīno illā
elongat. Quartꝰ gradus eſt emulatio qꝛ
ſcꝫ mens iuxta apl̄m. j. Coꝝ. xiij. ſemꝑ emu=
latur chariſmata melioꝛa. Unde ſponſus ait
Dura ſicut infernꝰ emulatio. ſ. eſſe debꝫ. Si-
cut enī infernꝰ nemi ꝑcit ſic amoꝛ in aīa ſpō=
ſa chꝛiſti tanta dilectiōis emulatiōe obſequit̄
dilecto ſponſo. vt nulli tꝑi ꝯditioni vel loco
ꝑſone infirmitati ſeu cuiuſcūq̄ reſiſtētie par
cat q̄n oīa ſuꝑās innitat̄ dilecto ſuo. Qui=
tus gradus eſt inflāmatio. Ex p̄cedentibꝰ ſi=
quidem nixus in dei amoꝛe inflāmat̄ iō ſpō=
ſus ait. Lampades eius. i. coꝛda diuina cha-
ritate accēſa lampades ignis. i. plēa ſunt fer
uoꝛe dilectiōis diuine. Lampas enī eſt vas
clarū intus habet oleū ⁊ ignē. Oleum nutrit
ignem q̄ dicit feruoꝛē. In lampade coꝛ purū
in oleo deuotio: in ignis caloꝛe feruoꝛ deſi=
derij denotat̄. Hoc igne ardebāt duo diſci=
puli ꝑgentes in emaus qꝛ Lu. xxiiij. dicebāt
Nōne coꝛ nr̄m ardens erat in nob: Sed q̄d
faciet in patria: Et iterū pſ̄. crapulatꝰ ⁊ epu-
latus ⁊ ebꝛiatus de ſe ait. Inflāmatū eſt coꝛ
meū ⁊ renes mei cōmutati ſunt: ⁊ ego ad ni=
hilū redactꝰ ſum. Sextus gradus eſt exē=
platio ad ꝓximū ꝓpter deū exhibita ⁊ mon=
ſtrata. Unde ſubdit̄. atq̄ flāmarū. In flam=
mis ſiq̄dem lumīoſi ſplēdoꝛes ſancte ⁊ edifi-
catoꝛie ꝯuerſatiōis ꝯueniētꝰ denotant̄ ſicut
Mat. v. dñs ait. Sic luceat lux vr̄a coꝛā hoi=
bus vt videāt veſtra oꝑa bona ⁊c̄. Septi=
mus gradus eſt inſuꝑatio cum. ſ. mens nul-
lis adūſitatibꝰ ſuꝑatur. Uñ ſubdit aq̄ multe
non potuerīt extinguē charitatē. Per aquas
enī tribulationū impetꝰ deſignant̄. Uñ Eſa.
viij. Pꝛo eo q abiecerat ꝑpl̄s iſte aq̄s ſiloe q̄
vadunt cū ſilentio. Et ſequit̄. Pꝛopt̄ h̄ ecce
adducet dñs ſuꝑ eos aquas flumis foꝛtes et
multas: regem aſſyrioꝝ ⁊ oēm gloꝛiaz eius.
Hoc ſiq̄dem ignita aīa qꝛ oīa ſuffert domꝰ eſt
illa de q̄ Mat. vij. que edificata eſt ſupꝛa fir=
mam petrā ⁊ deſcēdit pluuia ⁊ venerūt flu=
mina ⁊ flauerūt venti ⁊ irruerūt in domū il=
lam: ⁊ non cecidit. fundata enī erat ſupꝛa pe-
tram. id eſt. ieſum chꝛiſtum.

## De feruenti affectu filialis timoꝛis ad deū: qui oēs alios timoꝛes aſpernat̄. Capitul̄. ij.

Secūdus q̄dem inflāmatꝰ affectus
eſt timoꝛ reuerētiſſimꝰ. Cū enī ſex
dicant̄ eſſe timoꝛes. Pꝛimꝰ natu=
ralis. ſcđs hūanꝰ. tertiꝰ mūdanus
q̄rtus ſeruilis. q̄ntus initialis. ſextus filialis
vel caſtus. q̄nq̄ q̄dem p̄oꝛes rēnuit mēs di=
uina dilectiōe feruēſcēs ⁊ in ſexto ſolūmodo
ꝯq̄eſcit. Pꝛimo enī non timet timoꝛe natu
rali licet talis timoꝛ nō ſit bonꝰ vel malus cū
non ſit ſub libtate arbitrij ꝯſtitutꝰ Et h̄ timo
re ſolū habet timere homo timoꝛe ꝓpaſſiōis
ſicut fecit chꝛiſtus. Uñ Mat. xxiiij. cepit ieſuſ
tedere ⁊ pauere ⁊ hoc q̄tum ad ꝓpaſſionē ⁊
ideo dicit cepit. Scđo nō timet timoꝛe hu-
mano q̄ potius elegit peccare q̄ penas i coꝛ=

poꝛe tolerare. Vñ ad talit̃ timētē Eſa.v.ait.
Quis es tu vt timeas ab homīe moꝛtali.
Tertio non timet timoꝛe mūdano q̃ potius
elegit cōmittere diuinā offenſionē q̃ꝫ pdere
terrenā poſſeſſionē. Vñ Lu.xij. Nolite ti=
mere puſillus grex q2 cōplacuit patri veſtro
dare vobis regnū Quarto nō timet timo
re ſeruili quo.ſ.timet̃ pena inferni nec amat
diuina iuſticia. Vñ ad Rho.viij. Nō accepi-
ſtis ſpm̃ ſeruitut̃ iterū in timoꝛe. Quinto
etiam nō timet timoꝛe initiali de q̃ pſ̃. Initi-
um ſapie timoꝛ dñi. q2 licet p̃ncipalit̃ amet̃ iu
ſticia tñ ſcd̃ario timet penam. ſed ſicut.j. Jo.
iiij. ſcriptū eſt. Perfecta charitas foꝛas mit=
tit timoꝛē.ſ.initialē ⁊ multa amplius p̃cedē=
tes. Sextus eſt timoꝛ filialis ſeu caſt⁹. Fi=
lialis q̃dem ad patrē. Caſtus ṽo ad ſponſaꝫ
Vñ Job.xxvj. Columne celi ꝯtremiſcūt ⁊ pa
uent ad nutū eius. ⁊ hoc timoꝛe timet aīa fer
uens. Hic q̃dem tripliciť variat̃ q2 triplex eſt
hmōi timoꝛ. Prim⁹ eſt ſepatiōis. ſcd̃s offen=
ſionis. terti⁹ reuerētialis. Prim⁹ inq̃ꝫ ē ti-
moꝛ ſepatiōis q̃ ſponſa timet ſepari a ſpon=
ſo. Vñ Eccl.vij. Qui timet deū nihil negli=
git.ſ.ne ſepetur a deo. Scd̃s eſt timoꝛ offē-
ſionis q̃ filialis amoꝛ i mīmo timet offende=
re deū. Vñ Salomō Prou.viij. Timoꝛ dñi
odit malū.ſ.ne offendat patrē. Tert⁹.ſ.re
uerētialis. Vñ Eccl.xxiij. Nihil meli⁹ q̃ꝫ ti=
moꝛ dei. His trib⁹ timoꝛib⁹ inflāmat̃ deſide-
rioſus ⁊ ſuccenſus in amoꝛe affect⁹ atq̃ꝫ per
eos ſentiēs q̃ꝫ ſuauis eſt dñs admirans cuꝫ
ꝓpheta clamat. Quā magna multitudo dul
cedinis tue dñe quā abſcōdiſti timētibus te.
ſolus iſte timoꝛ in patria manebit. Vñ pſ̃.
Timoꝛ dñi ſctūs pmanet in ſeculū ſeculi.

## De feruenti affectu duplicis zeli: quo gloria dei. ⁊ ſalus aīarum ſollicite ꝓcurat̃. Cap.iij.

t Ertius aūt inflāmat⁹ affect⁹ eſt ze
lus ꝯſtantiſſim⁹. Eſt eni zel⁹ amoꝛ
excādeſcēs atq̃ꝫ iraſcēs ꝯtra ea q̃
ſunt ꝯ̃ria ſuo amato vel ſuo amo=
ri. Cū eni duplex ſit amoꝛ.ſ.dei ⁊ ꝓximi atq̃ꝫ
in his duob⁹ mādatis tota lex pendet ſicut
dicit̃ Mat.xxij. Hinc eſt q̃ in q̃libet inflāma
to affectu debet eſſe duplex zelus. Prim⁹ ho
noꝛis ⁊ gloꝛie dei. Scd̃s ſalutis ꝓximi. Pri
mus zelus ē honoꝛis dei q̃ mens ſctē iraſcit̃
et excādeſcit q̃ de⁹ nō cognoſcit̃ nō diligitur
nō timet̃ nec debitis officijs nec ſeruicijs ho-
noꝛat̃ exēplo zelotis helie q̃.iij. Regl.xix. ait
Zelo zelatus ſum ꝓ dño deo exercituū quia
dereliquerūt pactū dñi filij iſrael.i.populus
chꝛiſtian⁹. Scd̃s zelus ē ſalutis ꝓximi. Vñ
pſ̃. Zelus domus.i.eccleſie tue comedit me
id eſt. p ſollicitudinē attenuauit me ſicut fecit
paulus qui ad Coꝝ.xj. de ſe ait. Preter illa q̃
extrinſecus ſunt inſtātia mea q̃tidiana que
ſcꝫ nec vna hoꝛa remittit̃ ſm glo. ſollicitudo
oium eccleſiarū. Quis infirmat̃ ⁊ ego nō in=
firmoꝛ. q̃s ſcandalizat̃ ⁊ ego nō vroꝛ? Itē ne
ceſſariū eſt p iſtū zelū mentē pꝛimo dirigere
ad ſeipſam atq̃ꝫ ꝓſpicere ſi in ſe vel a ſe ſeu p
ſe facta ſint opa dei honoꝛē ⁊ damnū ſeu ſcā
dalū ꝓximoꝝ. Que cū cepit a ſeipſa tunc ex
charitate in ꝓximū dirigat̃. Et ne q̃s etiam i
alios erret notandū eſt q̃ tūc zelus eſt diui=
nus qñ cū feruoꝛe ⁊ attentiōe ſeu excādeſcen
tia ſue ire eſt in deū rectus. ⁊ ſm dei inſtin=
ctum ⁊ bñplacitū mēſurat⁹ ita q̃ non fert̃ cō
tra aliquē niſi ꝓ chꝛiſto atq̃ꝫ ſm deū ⁊ ſolum
ꝓ q̃ꝫto ille eſt ꝯtrarius deo. Multa tñ appa=
rent hoibus debitā mēſurā excedere q̃ ſunt
mēſuratiſſima apud deū. Ecōtra multi ſunt
zeli mali ſub ſpē boni Joh.xij. de iuda patet
q̃ ꝓ falſo pauperū zelo ꝯtra magdalenā ait.
Quare h̃ vngentū non venit trecētis dena-
rijs ⁊ datū eſt egenis? Sed heu q2 iam ve
nit tps ⁊ nūc eſt in quo nō repitur ꝓpꝛie nec
aliarū aīarū zelū habens nec de ſalute earū
curet. vt vere iam dici pōt q̃ zelus dom⁹ dei
comedit oēs zelatoꝛes ſuos quia iam nullus
ſupeſt zelans. Oēs eni que ſua ſunt querūt
q̃libet domus ſue nō dei zelū habꝫ iō Aggei
j. lamētabilit̃ dicit dñs exercituū dom⁹ mea
deſerta ē ⁊ vos feſtinat̃ vnuſq̃ſq̃ꝫ i domū ſuā

## De multiplici regratione cōmunit̃ ⁊ ꝓpꝛia inflāmati cordis ad deum. Cap.iiij.

q Vartus ṽo inflāmatus affectus ē
regratio magna. Duplex q̃dem ē
regratio q̃ vtit̃ mēſ diuino amoꝛe
ſuccenſa. Prima aūt eſt gnālis. ſcd̃s ſpecial̃.
Prima autē eſt general̃ qua mens diligēs
oia que ſunt creata ⁊ oꝛdinata a deo vt dicit̃
de oibus creaturis laudans creatoꝛē. Unde
erigēs totum affectū ad deū ait. Primo g̃
tias agimus tibi dñe deus noſter q̃ es alpha
et o p̃ncipiū ⁊ finis q2 creaſti celū ⁊ terram et
oia que in eis ſunt: ponens in eis veſtigiuꝫ
et imaginē tue ſctiſſime trinitat̃ vt creature
pticipes eſſent ſupadmirabilis gratie tue
Scd̃o tibi regratiamur dñe deus noſter de ho
mine quem foꝛmaſti ad imaginē ⁊ ſimilitu=
dinem tuā atq̃ꝫ oia ſubijciēs pedib⁹ ſuis, cū-



cta oꝛdinaſti ad ſeruiciū eius. caſumq̃ꝫ eius
miſericoꝛdit̃ repaſti: nec eum in eternū interituꝫ
cum demone ꝯdemnaſti. Tertio q̃ꝫ tibi g̃ti
as agimus imēſas dulciſſime deus q2 placu
it charitati tue poſt ade caſum ſalutis reme=
dia nobis dare: legē fidem ⁊ ſpem atq̃ꝫ repa=
tionē nr̃am p filij tui incarnationē fiendā: di
lectis amicis tuis abꝛaam yſaac ⁊ iacob ⁊ ce=
teris patrib⁹ pꝛioꝛib⁹ reuelare. Quarto in
ceſſant̃ gr̃as agim⁹ tibi dñe deus oīps de ſtu
penda charitate ⁊ hūilitate que oſtendiſti in
vnione hūanitat̃ nr̃e ad tuam imēſiſſimā di
uinitatē. Quinto imenſas gr̃as tibi agi=
mus de tua hūilima natiuitate ⁊ ſupadmira
bili ꝯuerſatiōe in mūdo doloꝛib⁹ ⁊ afflictiōi=
bus plena ꝓ nr̃a dilectione. Sexto tibi g̃=
tias agim⁹ dulciſſime ieſu chꝛiſte de tuo coꝛ=
poꝛe p̃cioſo q̃ꝺ in die ſancto cene dediſti nob̃
in viaticū ⁊ refugiū in ſolaciū atq̃ꝫ i remiſſio-
nem oium pctōꝝ nr̃oꝝ. Septimo o amo=
roſiſſime ſup oia gr̃as maximas referimus
quia ꝓ nobis viliſſimis creaturis atq̃ꝫ pꝛom
ptiſſimis ad oēm tuā offenſam ⁊ culpā dig̃=
tus es pati tam crudeleꝫ tamq̃ꝫ enoꝛmē atq̃ꝫ
acerbiſſimā paſſionē. O imēſa charitas dei.
O bonitas ſaluatoꝛis. O mīa redemptoꝛis
Quis recogitare pōt tanti amoꝛis abyſſum
et nō admirari atq̃ꝫ diligere te imenſum niſi
infidelitate laboꝛet? Octauo tibi gr̃as agi
mus infinitas tua de triūphāti ⁊ gloꝛioſa re-
ſurrectiōe: p quā reſuſcitati a miſeria huius
vite ad gloꝛiā tuā nobis fidem ⁊ ſpem ꝯtuli=
ſti. Nono tibi gr̃as agim⁹ de tua admira-
bili aſcenſiōe: p quā gen⁹ hūanū in ꝯſpectu
oium ſpūum btōꝝ tanto nobilitaſti decoꝛe
atq̃ꝫ tam gloꝛioſo ſublimaſti honoꝛe. De=
cimo gr̃as referim⁹ tibi dñe ieſu chꝛiſte de ſcī
ſpūs miſſione in apl̃os tuos in die pentecoſtes:
p quē tanta foꝛtitudine repleſti eos. vt
qui pꝛius timebāt verba: poſtea ꝓ te non ti=
merent ṽbera. toꝛmēta duriſſima. atq̃ꝫ moꝛ
tem. Et q̃ pꝛius erant ignari ⁊ idiote: poſtea
facti ſunt tanto lumīe illuſtrati ⁊ docti. vt ſci-
rent quecūq̃ꝫ neceſſaria ſunt ꝓ toti⁹ mundi
ſalute. atq̃ꝫ p eos felicitati nos dignos beni=
gniſſime deus ad tuā fidem puenire. O mi=
ſerrimū ⁊ miſerabile genus xp̃ianoꝝ. Quid
de illis ſctiſſimis athletis iam tibi remāſit. ni
ſi ſolū auctas ⁊ ſolū in labijs coꝛpoꝛeis fides
vt digne de tot ieſus chꝛiſt⁹ lamētabilit̃ dice-
re valeat illud Mat.xv. Populus hic labijs
me honoꝛat: coꝛ autem eoꝛuꝫ longe eſt a me
Sine cauſa autē colunt me. id eſt. fruſtra
Eſt eni ſcd̃a regratio dei.ſ. ſpecialis p quam
diuino ardoꝛe inflāmat⁹ affect⁹ ad ſeipſum
reuerſus ⁊ tot gratijs ſe vallatū ꝯſpiciēs: in
regratiōis exultationē ꝓrūpēs. In p̃mis aut
Gr̃as tibi ago dñe d̃ meipſo quē ex mera bo
nitate tua int̃ nobilioꝛes creaturas creare di
gnatus es. tribuens mihi coꝛpus ⁊ aīam ad
imaginē ⁊ ſimilitudinē tuā. atq̃ꝫ imenſa bo=
nitate tua ſacro baptiſmat̃ fonte regnātus
ſum. ⁊ in tua fide inſtructus atq̃ꝫ nutrit⁹ cuꝫ
dignus eſſem dānatione eterna. Secūdo
gratias tibi ago imēſiſſime deus de tāta pa=
tientia: qua ſuſtinuiſti iniq̃tatē meā tribuēs
mihi ſpaciū penitēdi. Inſup tua bōitate mi=
hi indigniſſimo ꝯtuliſti in te credere i te ſpe=
rare: te amare atq̃ꝫ obſequi tibi. Confirma h̃
deus q̃ꝺ opatus es in me: ⁊ adauge dulciſſi-
me ieſu chꝛiſte. Tertio gr̃as tibi ago q2 de
nihilo creans me tot innūas atq̃ꝫ pulcherri=
mas creaturas oꝛdinaſti ad ſeruiciū meuꝫ ⁊
ad ſuſtentationē coꝛpalis vite mee Quar
to gr̃as tibi ago quia dediſti mihi rōneꝫ ſen=
ſum ⁊ intellectū multiſq̃ꝫ ⁊ innūabilib⁹ gra=
tijs replens aīam meā vt ſm voluntatē tuaꝫ
regere poſſum illam. Quinto gratias tibi
ago imēſiſſime dñe pater miarū ⁊ deus toti⁹
ꝯſolatiōis: q2 dona mihi collata omēs meas
gr̃arūactiones in infinitū excedūt. Adiuua
me tuipſe vt tibi dignas reddā gr̃as de oib⁹
bñficijs que ꝯtinuo mihi facis feciſti ⁊ factu-
rus es. pfecte recognoſcēs humilit̃ ⁊ deuote
ſubijciar tue reuerēdiſſime maieſtati in ſecu
la ſeculoꝛum.

## De duplici laude.ſ. affirmatiua ⁊ negatiua: qua inflāmati affectus laudāt creatoꝛē. Ca.v.

q Vintus ṽo inflāmat⁹ affectus eſt
laus imenſa. Cuꝫ eni mens fuerit
diuino amoꝛe ſuccēſa tam dulce=
dine repit deum bonū: vt nunq̃ꝫ
velit ceſſare a laude eius. In cui⁹ pſona ait
pſ̃. Bñdicam dñm in oi tpe ſemp ⁊c. in om=
ni tpe.i. tam in adūſitate q̃ꝫ in ꝓſperitate. nō
ſicut quidā qui laudāt deū in ꝓſpitate. Vn=
de pſ̃. Confitebit̃ tibi cū benefeceris ei. Alij
ipſum tm̃ laudāt in adūſitate. Vñ Eſa.xxvj.
Dñe in anguſtia req̃ſiuerūt te. Inſup addit
ſemp laus eius in oꝛe meo. id eſt. ſemp aliq̃d
loquar vel ſentiam vel cogitabo q̃ꝺ referat̃
ad laudem ſummi dei. Unde Caſſio. Quic=
quid ex charitate ex ſimplicitate ceteriſq̃ꝫ vir
tutibus vel loq̃mur vel mente geſtim⁹ viue=
re: diuinis laudib⁹ applicat̃. Ipſius eni eſt p̃
coniū qui donat oꝛe ac coꝛde honeſta medi-

tari. Duplici eni͂ laude ꝑncipaliter inflāma-
tus affectus laudat deū. Prima eſt affirmati
ua. ſcḋa vͦ laus eſt negatiua. Prima aūt
laude affirmatiua laudat deus cum in eius
laudem oia bona ei appropriant. ⁊ de hac to
ta ſcriptura referta ē. ⁊ hmōi laude vſi ſunt
vt plurimū oēs iuſti. Nam laudant illū d̄ iu-
ſticia ⁊ fortitudīe. Unde pš. Deus iudex iu-
ſtus fortis ⁊ patiens ⁊ longanimis. Laudāt
illum de magnitudie. Unde idem ait. Ma-
gnus dñs ⁊ laudabilis nimis ⁊c̄. Dicunt eti
am illum bonū. Unde pš. Laudate dn̄m q̄-
niam bonꝰ eſt. Et alibi. Bonus es tu: ⁊ i bo-
nitate tua doce me ⁊c̄. Dicunt eū ſapientem
Unde idem ſapiētie eiꝰ nō erit nūs. Nomi-
nant illū amoꝛē vel charitatē. i. Joh. iiij. De
us charitas eſt. Nominát illū pacem. Unde
In pace in idipſum ⁊c̄. Noiat ſe viam verita
tem ⁊ vitam Joh. xiiij. c. Ego ſum via veri-
tas ⁊ vita. Noiat illū pulchꝝ. i. Pe. i. In quē
deſiderant angeli ꝑſpicere. Noiat illum mi-
ſericoꝛdē. Unde pš. Miſerator ⁊ miſericoꝛs
dñs. Noiat illum lumē pš. In lumie tuo vi-
debimꝰ lumē. Noiat eum ſuauē pš. Guſta-
te ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dñs. Et cetera mul-
ta ꝯſimilia ꝑ laudem affirmatiuā deo appro-
priant in gloꝛia nois ſui. Scḋa eſt laus ne
gatiua. Licet aūt laudare modus ſit deo glo
rioſus ⁊ dignꝰ. eſt tn̄ ſecūdus laudabil' mo-
dus. ſ. negatiuꝰ eſt ablatiuꝰ. ſicut faciūt ſcul-
pentes ꝑ modū pꝛedictū incōpabilit' dinoſci
tur ſupare. Et ꝑ hūc modū in ampliorē lau-
dem dei ſilla negant que priꝰ de deo affir-
mabant. Unde abbas vercellenſ ſup. iiij. c.
de myſtica theologia de vtraqꝫ laude ait. ꝙ
affirmatiua fit ꝑ deſcēſus a ſupioꝛibꝰ ad ex-
trema. Negatiua vͦ ecōtra ab inferioꝛibus
ad ſupioꝛa ſeu ad ꝑncipalioꝛa. Qn̄ aūt fit de-
ſcenſus a ſupioꝛibꝰ ad extrema affirmatio
parit dilatationē ſiue verboꝝ multiplicatio-
nem. Sic ꝯuerſo aſcenſus ab inferioꝛibꝰ ad
ꝑncipalioꝛa negādo generat ꝯtractionem.
Hoc aūt ideo ꝯtingit. qꝛ ibi de notioꝛibꝰ ad
magis nota deſcēdimꝰ: hic vͦ de cognitꝭ ad
incognita negatiue aſcēdimꝰ. Uñ ibi multi-
plicatio. hic aūt ſermonis reſtrictio generat
At vbi aſcendēdo oia fuerint negata ⁊ nega
ta cuncta fuerint aſcēſa. iam nō eſt niſi vt ſer
mo ſileat: ſicut a diuina ineffabilitate ꝯuictꝰ
Uerbi grā cum mens illuiata ardenti coꝛde
ad ſublimia dei ꝯtemplāda ſuſtollit. tāto dei
lumine illuſtrat ad cognoſcendū quid ſit ip-
ſe deus. ⁊ quicqd priꝰ de deo affirmauerat
nūc negat tantā intelligit diſtantiā ipſiꝰ dei
ab eo qḋ dici poteſt de ipſo deo vel noiari vl'
cogitari poteſt ipſe deus. Nam ſi noiat illuꝫ
magnū nomē ei apparet paruū. Si iuſtū no-
men ei videt iniuſtū. Si foꝛtē nomen debile
penſat. Si bonū: nomē ei videt malū. Si ſa-
pientiā: eſtimat ſtulticiā. Si amoꝛē ⁊ charita
tem: ſonat illi nomē iniqtatē. Si pacem: no-
men ei apparet guerra. Si via veritas ⁊ vita
dicatur: videt ei nomen deuiū ⁊ falſum atqꝫ
moꝛtale. Si pulchꝛū apparet ei defoꝛme. Si
miſericoꝛdē: ſonat ei crudelitatē. Si lumen.
nomen videt ei obſcurū. Si ſuaue. nomē ei
videt amarū ⁊ ſic de ꝯſimilibꝰ: quia ad lon-
ge maioꝛa q̄ꝫ fari vel cogitari poſſit eſt talis
ſpiritus ſubleuatꝰ iuxta illud. i. Coꝝ. ij. Qḋ
oculus non vidit nec auris audiuit nec i coꝛ
hois aſcendit que pꝛepauit deus etiā in pn̄ti
vita diligentibꝰ ſe. Utraqꝫ tn̄ laude collau-
dant creatoꝛē affectus talit' inflāmati ſm va-
rias inflāmatiōes ⁊ eleuatiōes ſpūſ atqꝫ ebꝛi
os anime ſenſus.

## De obediētia ꝓmpta inflam mati affectus ad deū Ca. vj.

Extus qdem inflāmatꝰ affectus ē
obediētia ꝓmpta. Igne eteni ca-
lefacta defacili flectit cera. Metal-
la q̄ꝫ ab igne liqfacta facilit' recipi-
unt foꝛmaꝫ. Sic etiam coꝛda diuino amoꝛe
ſuccenſa ꝓpter deum ad oēm obediētiam et
maioꝛis ⁊ equaliū ⁊ minoꝛis ſemꝑ reddunt
ꝓmpta. Et merito quideꝫ. Nam ſm Berñ.
Credentibꝰ nihil impoſſibile. amātibꝰ nihil
difficile. nihil aſperū mitibus. nihil humili-
bus arduū reperit: que omia tales habent.
Solent q̄ꝫ curruū rote velocius currē ſi ſint
vncte. ſic tales aie vnctione diuini amoꝛiſ ſu-
perinfuſa ꝓmptiſſime ſunt adimplēda que-
cunqꝫ ꝑcepta. ⁊ coꝛde oꝛe ⁊ oꝑe cū ꝓpħa de-
cantant. Paratū coꝛ meum deus ⁊c̄ ⁊ ꝙ ſm
Berñ. paratum ad ſublimia. paratū ad hu-
milia. paratū ad oia. ſ. vſqꝫ ad moꝛtē. Et idē
iterū ait. Hec vnctio andreā fecit gaudenter
crucem amplecti. Laurentiū irridere carnifi
cem. Stephanū ꝓ lapidātibꝰ flectere genua
in oꝛone: ⁊ apoſtolos gaudere in tribulatio-
ne. Nec mirū ſi in talibꝰ obediētia ꝓmpta et
ꝯtradictio nulla. cū eoꝝ ſpiritibꝰ ſubiecta ſit
caro: quia eoꝛum ſpiritus ſubiecti ſunt deo.
Ex quibus duobus perfecta obediētia ꝯſū-
matur.

## De ſpūali crapula: ſeu ſaturi tate atqꝫ ebꝛietate: quas de deo experiunt inflammati affectus. Capitulum. vij.

Eptimꝰ inflāmatus affectꝰ eſt de-
lectatio ſeu ſaturitas ebꝛia q̄ mēs
reficit ſaturat ⁊ inebꝛiat dei dul-
ciſſima ⁊ ineffabili ſuauitate. Tanto eni ſa-
poꝛe deguſtat talis ſpiritus dulcedineꝫ dei
vt qtidie ad eius appetitū acrius inardeſcēs
clamet inuitans ad paſtū oēſ irrōnales crea
turas ⁊ dicens. Guſtate ⁊ videte qm̄ ſuauis
eſt dñs ⁊c̄. Solet quilibet nēpe poſt ſaturita
tem ⁊ crapulā quecūqꝫ appoſita faſtidire. ſic
ꝙ ad hanc ſaturitatē ꝑuenerit mens deuota
manifeſtiſſimū ſignū eſt quarūlibet coꝛpaliū
delitiarū faſtidiū: atqꝫ ex intimo affectu ex-
terioꝝ oium verū quendā ⁊ ſpontaneū habe
re deſpectū. Aliud eſt eni tm̄modo obſiſtere
et repellēdo virilit' acqeſcere nolle: atqꝫ ali-
ud eſt quadā nauſea ſaturati affectꝰ medulli-
tus faſtidire. Ad veram igit ſacietatē ⁊ ſpūa-
lem crapulā tunc mens hūana deuenit: qn̄
poſt diuine ſuauitatꝭ abūdantiā quā interi-
us ſentit oium que exterius apponi pñt. qḋ-
dam neceſſariū potius q̄ꝫ voluntariū faſtidi-
um ſentit: nec ſine ebꝛietate tal' ſaturitas ve-
nire ſolet: quā qui incurrit inſenſibilis fit ad
mūdum. Oēs nempe nouerūt ꝙ qui plene
ebꝛij ſunt irriſiōes ſuas atqꝫ deſpectiōes ſe-
pe nec qdem aduertūt: atqꝫ ꝑicula ⁊ diſcrimi
na nec declinare. nec ſaltē attendere norunt
Cum igit videmꝰ multos qtidie inter ꝯuicia
et obpꝛobꝛia hilareſcē ⁊ gaudere inter ꝑicu-
la ⁊ tꝑaliū damna letari: ⁊ qd qui hmōi ſunt
debemꝰ niſi ebꝛios iudicare? Quid eni dixe-
rim tam mentis alienationē niſi ſpūalē quā-
dam ebꝛiationē? ꝑrius eſt eni vt faſtidiamuſ
vana huius mūdi oblectamenta. ſcḋo vͦ vt
deſpiciamꝰ eius aduerſa. Primū quidē effi-
cit ſpūalis ſatietas. ſcḋm vͦ ſpūalis ebꝛietas.
Sacietatē igitur ebꝛietas ſequit. vt ex eoꝛuꝫ
affectibꝰ compꝛobat. Hac crapula ⁊ ebꝛieta-
te alterati erant apl'i qñ vt dicit Act. v. Ibāt
gaudentes a ꝯſpectu ꝯcilij: qm̄ digni habiti
ſunt ꝓ noie ieſu ꝯtumeliā pati. Eandē etiam
ebꝛietatē paſſi ſunt oēs ſancti chꝛiſti marty-
res ⁊ ꝯfeſſoꝛes ꝑclari: quoꝝ ſicut dicit aplus
ad Heb. xi. Alij quidem ludibꝛia ⁊ verbera
experti ſunt. inſuꝑ ⁊ vincula ⁊ cetera que apo-
ſtolus tangit ibidem.

## Articulus. ij. De ſeptemplici affectu ardētis amoꝛiſ ad ſeipm

Secūdus vͦ ꝑncipalis amoꝛ inflāmat ho
mineꝫ ad bene diligendū ſeipſum. Et h̄ etiā
ſeptemplici feruet affectu. Primꝰ eſt affectuſ
pudoꝛis. ſcḋs doloꝛis. tertiꝰ hoꝛroꝛis. qrtuſ
rigoꝛis. qntus ire implacabilis. ſextꝰ vigoꝛiſ
ſeptimꝰ eſt affectus diſcretiōis.

## Qꝛ ex pudoꝛoſo affectu pro pter ſua peccata confundit ani ma ꝓpter tria Capitulum. j.

Uicunqꝫ vͦ ꝯcupiſcit ſemetpſum
diligere debet. ꝑmo ſe exercere in
affectu pudoꝛis q. ſ. totus d̄ vitijs
ſuis atqꝫ defectibꝰ ꝯfundat ⁊ eru-
beſcat: ⁊ maxie ꝯſiderādo circa peccata tria.
ꝑmo magnitudinē. ſcḋo multitudinē. tertio
turpitudinē. Primo ꝯſideret pctōꝝ magni
tudinē ⁊ coꝛde ꝯtrito ⁊ humiliato ad deum
clamet cū filio ꝓdigo Lu. xv. Pater peccaui
in celum ⁊ coꝛā te iam non ſum dignꝰ vocari
filius tuus: fac me ſicut vnū de mercēnarijs
tuis. Secūdo ſuoꝝ pctōꝝ multitudinē cō-
ſideret. ac cū pš dicat. Iniqtates mee ſuper-
greſſe ſunt caput meū ⁊c̄. ⁊ cū manaſſe peni-
tente. ij. Parał. vlt. doleat dicens. Peccaui
ſuꝑ numerū arene maris. multiplicate ſunt
iniqtates mee. Atqꝫ cuꝫ publicano Lu. xviij
miſericoꝛdiā poſcat dicēs. Deus ꝓpiciꝰ eſto
mihi peccatoꝛi. Tertio ꝯſideret ſuoꝝ pctō
rum turpitudinē atqꝫ ad ſeipſam increpati-
ue aia dicat illud ꝓpheticū. Filia babylonis
miſera. Et illud Eſa. xxiij. Sume cytharā et
circui ciuitatē meretrix oblinioni tradit. Et
Hiere. ij. Qꝫ vilis facta es nimis iterās vias
tuas.

## Ex doloꝛe culpaꝝ cruciat ani ma ꝓpter tria. Capitulū. ij.

Ecūdus eſt affectus doloꝛis vt. ſ.
aia peccata ſua dei offenſiua ⁊ ſui-
ipſius maculatiua acutiſſimo do-
loꝛe plangat. Et hoc ꝓpter tria et
ex ſuis culpiſ. ꝑmo meruit gehēnā. ſcḋo ami
ſit vitam eternā. tertio incurrit diuinā offen
ſam. Primo eni dolere debet ꝙ meruit ge
hennā cuiꝰ toꝛmēta ꝯſiderās ⁊ illa mereri cō
ſpiciens. ac qſi illa ex vehemēti illumiatione
pn̄tia cernens cū pš dicat. Doloꝛes inferni
circūdederūt me. Secūdo dolebit qꝛ ami-
ſit vitam eternā quaꝫ mens infinitis delitijs
plenam eſſe ꝯſiderās atqꝫ finem habere non
ꝯſpiciēs ꝓ eius amiſſiōe ꝑpetuo lamētari ꝓ-
ponens cū Hiere. xv. dicat. Factuſ eſt doloꝛ
meus ꝑpetuus. Et cū eodem. xxx. Inſatiabi
lis doloꝛ meus. ſ. ꝓpt' magnitudinē damni.

Tertio dolere debet quia incurrit diuinā offenſam exemplo dauid qui ait in pſ. Fuerunt mihi lachrymc mee panes die ac nocte ꝛc. Talis inq̄ꝫ aia plorat q̄ſi altera magdalena ad pedes ieſu clamās cum ꝓpheta. Miſerere mei deus ꝛc quem tanta malignitate offendi. Ploret hec aia quia olim amiſit deū ſed amplius ꝙ deus amiſit eam.

## De triplici affectuoſo ſenſu: venit anima in ſuiipſiꝰ horrorē Capitulum. iij.

t Ertius eſt affectus horroris quo ſcꝫ homo ꝓpter odiū ſui ſeipſum ſtiſſime horret. De quo quidem odio ꝛ horrore Jo. xij. dñs ait. Qui odit animam ſuā in hoc mūdo: in vitam eternaꝫ cuſtodit eam. Talis autē horroris affectꝰ originem habet ex ſenſu ꝓprie nihileitatis. qꝛ verꝰ ſui amor in hoie opatur ꝙ nihil ſe eſſe intelligit a ſeipſo. ꝛ nihil boni facere p ſeipſuꝫ atq̄ꝫ in nihilū tendere p ſeipſum. Unde Job. xxx Redactus ſum ad nihilū ꝛ abſtulit q̄ſi ventus. ſ. ſpūſſancti deſideriū meū. i. qđ videbatur mihi videre. Unde pſ. Inflammatū eſt cor meū. ſ. ad amorē mei ꝛ renes mei cōmutati ſunt. ſ. ad horrorē mei ego ad nihilū redactus ſum ꝛ neſciui. ſ. aliq̄d boni in me eſſe Unde Gregl. Solum ſancti bona ſua nō vident que alijs vidēda p̄bent. Scđo habꝫ originē ex ſenſu ꝓprie iniq̄tatis cū ſentiat ſe offendiſſe creatorē ſuū ꝛ p ꝯſequēs oēs alias creaturas. Unde Gregl. Offenſo creatore offendit ois creatura. Sentit etiam infinitaꝫ ſuam offenſam rōne infiniti dei qui ab eo offenſus eſt. Tertio habet originē ex ſenſu ꝓprie humilitatis. Unde Anſelmꝰ in li. de ſimilitudinibꝰ ſeptē ponit humilitatis gradus Primus eſt ſe ꝯtemptibilē ꝛ pctōrē eſſe cognoſcere. ſcđs ita affectualit ſentire. tertiꝰ h alijs ꝯfiteri. q̄rtus hoc velle credi. q̄ntus velle ita dici. ſextus exultare ꝛ letari vilem ꝛ pctōreꝫ dici. ſeptimꝰ eſt ꝙ amet ꝛ gaudeat ſe velut cōtemptibilē ꝯculcari ꝛ ꝯtemptibilit tractari. Ad hoc etiam addi poteſt ꝙ vt h efficacius fiat hmōi ſe verbis ꝛ factis ꝛ geſtibꝰ cordialiter vilipendit. Predicti autem gradus ſm ꝙ magis deſcendūt maiorē horrorē in anima iudicant.

## Triplici rigore vtit rigoroſus affectus contra omēs occaſiōes diuinarū offenſionū. Cap. iiij

q Uartus eſt affectus rigoris q̄ ſcilicet homo ſeueriſſime ꝛ aſperrime corpus ſuū maceret ꝛ macerari appetat tanq̄ꝫ peccato fedatum: imo tanq̄ꝫ latrinā ꝛ ſentinā oiuꝫ feditatum. Triplici nāq̄ꝫ rigore vtitur hic affectus. Primꝰ eſt ꝯtra cogitatiōes. ſcđs eſt ꝯtra locutiones. tertius ꝯtra opationes. Primo eni rigore vtit ꝯtra cogitatiōes deuiātes a via dei ſiue ſint eleuātes p ſupbiā. ſiue inficiētes per luxuriam: ſiue demergētes p auariciā. Contra hmōi cogitatiōes homo pugil ꝛ ſenſatꝰ in vigore comp̄mit p̄mos motus ne paulatim in aiam ad interitū ſerpāt: iuxta ꝯſilium ꝓphete dicentis. Beatus q̄ tenebit. ſ. in rigore mentem p illicita diſcurrentē ꝛ allidet paruulos ſuos. id eſt. p̄mos motus inſurgētes ad petrā qui eſt chriſtꝰ ieſus. Scđo rigore vtitur ꝯtra locutiōes. ſ. ne tacēda dicat ꝛ ecōuerſo. Unde cū ꝓpheta ait. Dixi cuſtodiam vias meas vt non delinquā in lingua mea ī via. Poſui ori meo cuſtodiā cū ꝯſiſteret peccator adūſum me. Nouit eni ꝙ ſalomō Prouerb. xxj. ait. Qui cuſtodit os ſuū ꝛ linguaꝫ ſuam cuſtodit ab anguſtijs aiam ſuam. Sed Eccl. xxij. ꝯſiderans q̄ꝫ difficile ſit cuſtodire linguā ait. Quis dabit ori meo cuſtodiaꝫ et ſup labia mea ſignaculū certum vt non cadā in ipſis ꝛ lingua mea pdat me. Et ꝓpheta intelligēs hoc eſſe donū ſingulare diuinitꝰ datum ait in pſ. Pone dñe cuſtodiā ori meo et oſtiū circūſtantie. Oſtiū circūſtantie dicit ꝫ dicit murū vt p oſtiū circūſtantie cōp̄hendatur ꝙ eſt tps loq̄ndi ꝛ tps tacēdi. vt Eccl. iij. Murus aūt labijs poneret q̄ſi quacūq̄ꝫ neceſſitate ſeu vtilitate cogēte homo diſpoſitus eſſet nequaq̄ꝫ loq̄. Sed vere vt dr Jaco. iij. ſi quis in verbo non offendit vel loq̄ndo tacendū vel tacēdo loq̄ndū vere hic eſt pfectus vir. Tertio talis affectus vtit rigore ꝯtra opatiōes ꝛ maxime ne p illicita vagent corporei ſenſus p quos ad aiam interitꝰ ingredi ſolet. Uñ Hiere. ix. Aſcēdit mors p feneſtras nr̄as. Hec apl's timēs dicit. j. Cor. ix. Caſtigo corpus meū. i. corpeos ſenſus et in ſeruitutē redigo. ſ. p hunc rigorē: ne forte cū alijs p̄dicauerim ipſe reprobus efficiar.

## De triplici ſancta ira p zelum accenſa contra noſtras tres impietates. Capitulū. v

q Uintus eſt affectꝰ ire implacabil et ſancte turbatiōis. Uñ duplex ē ira ſm gregl. in fine libri q̄nti mo-



raliū. p̄ma eſt que fit p vitiū ꝛ talis extinguit oculū intellectꝰ. Uñ Job. v. Uirū ſtultū interficit iracūdia. Secūda eſt ira que fit p zelū et hec illamiat oculū. ſed ad tps turbat ſicut colliriū vt tñ lympidiorē reddat. Et hac turbatiōe turbatꝰ eſt Job. xvij. qui de ſe ait. Caligauit oculus meꝰ ad indignationē alit ab indignatiōe oculus meꝰ. Unde illud. Iraſcimini ꝛ nolite peccare. Iraſcimini inq̄ꝫ vobmetipſis ꝓpter peccata vr̄a ꝛ ampliꝰ nolite peccare. Contra tria ſiq̄dem debet accēdi ira et indignatio iſta. Primo ꝯtra cōmiſſas offenſiones. ſcđo ꝯtra malas inclinatiōes. tertio ꝯtra impios radicatiōes. Primo debꝫ accendi hec ira ꝯtra cōmiſſas offenſiōes. i. contra ꝓpria pctā. Unde de viro iuſto talit iraſcenti ait ꝓpheta. Ira. ſ. iſta ſancta in indignatione eius. ſ. ꝯtra ſuas offenſiōes: ꝛ vita. ſ. gratie in volūtate eius. i. oino iraſcit ꝯtra vitia ſua ne gratiā dei pdat. Scđo iraſcendū ē ꝯtra malas inclinatiōes ꝛ dicat illđ Eſa. xiiij Perdā babylonis nomē ꝛ reliq̄as. i. opa mala ꝛ ꝓgeniem ꝛ germē ꝛ oēs impias inclinationes. Tertio eſt iraſcendū ꝯtra impias radicatiōes. Radices aūt cunctarū offenſionū quattuor ſunt effectus. ſ. gaudiū ꝛ dolor ſpes ꝛ timor. Qui cum ſpreto deo terrenis inherēt cauſa ſunt oium pctōꝝ ꝯtra quos cū iraſcitorijs inclinant rōnalis ſpūs iraſci debet ſm qđ Prouerb. xvj. myſtice dicit. Indignatio regis. i. regentis rōne nūcij mortis. i. q̄ttuor p̄dicti effectus cauſa ſunt ꝙ rōnabilis iraſcit intellectꝰ ꝛ indignat.

## De triplici affectuoſo vigore per quē homo exercitat in omni opere bono. Capitulū. vj.

s Extus autē eſt affectus vigoris p quē humanꝰ affectus fit pugil ac ſtrēnuus ꝛ virilis ad oē opus bonum. Per talem autē vigorē tria virilit ꝛ ſtrēnue tenent. ꝛ vigilant exercitant in nobis. Et primo oēs potentie. ſcđo omēs hūani ſenſus. tertio oēs hūani ꝛ virtuoſi actus. De p̄mo autē oēs potentie aie, ſ. intellectus volūtas ꝛ memoria. Nam p talem vigorem intellectꝰ vigilant ꝛ ſtrēnue in opibus fidei captiuat. Uñ. ij. Cor. x. In captiuitatē redigētes oēm intellectū in obſequiū chriſti. Uolūtas vō ſtrēnue in dilectiōe dei ꝛ ꝓximi negociat iuxta illud Cantl. viij. Si dederit homo oēm ſubſtantiā domꝰ ſue p dilectione quaſi nihil deſpiciet eam. Memoria vō ad expectandū eterna p̄mia motu bonoꝝ opeꝝ ſubleuat. Unde Eſa. xl. Qui ſperant in domino mutabūt fortitudinē cuius mutatiōis Sap. iij. aſſignat ratio cum dicit. Spes immortalitate plena eſt. Secūdo p hūc affectum vigoris virilit ꝛ ſtrēnue pugiles tenētur ꝛ exercitant virtuoſe in nobis oēs hūani ſenſus. ſ. tam corpales q̄ꝫ etiam ſpūales. Et primo ſenſus corpales. ſicut cernēdo oculis pulchritudinē creatoris illam mens referat in creatorē oium ꝛ ſic de alijs ſenſibꝰ corporalibꝰ Secūdo amplius idem fiat d ſpiritualibꝰ ſenſibꝰ guſtus ꝛ viſus in dño delectentur. Unde ꝓpheta. Guſtate ꝛ videte q̄niam ſuauis eſt dñs ꝛc. auditus ad dñm eleuetur exēplo ꝓphete dicentis. Audiā quid loquat in me dñs deus: q̄m loquet pacem in plebem ſuam. Odoratꝰ cum oibꝰ viribꝰ ſuis cum ſponſa ad ſponſum dicat Cantl. j. Trahe me poſt te. Tactuſq̄ꝫ ſuauiſſime adherēs deo, atq̄ꝫ vnus ſpūs factus cū eo cum ꝓpheta decantet. Mihi autē adherere deo bonū eſt: ponere in dño deo ſpem meam. Tertio p hunc affectū vigoris pugil virilis et ſtrēnuus fiat hō ad oēs hūanos ꝛ virtuoſos actus iuxta ꝯſiliū Eccl. xxxj. dicentis. In oibus opibus tuis eſto velox ꝛ ois infirmitas ſcꝫ. tam mentis ꝛ corpis non occurret tibi. Unde ad Rhoma. xij. ſollicitudine nō pigri ſpū feruentes dño ſeruiētes.

## De triplici affectuoſa diſcretione p quā regulat omnis humana vita. Cap. vij.

s Eptimꝰ aūt eſt affectus diſcretiōis quē oia p̄cedentia ꝛ quecunq̄ꝫ alia dirigunt ꝛ moderant. vt. ſ. in oibus diſcretiſſime ſeruet homo mēſurā per modū intminiū. ꝛ nō ſatis nihilq̄ꝫ in eo ſupfluū vel defectiuū nec plus q̄ꝫ debet aut minus q̄ꝫ debet. In tribꝰ debꝫ homo eſſe diſcretus. p̄mo in ꝯtemplatiōe. ſcđo in deuotione tertio in actione ſeu exercitatiōe. Primo inq̄ꝫ erit homo diſcretꝰ in ꝯtemplatiōe. Hac eni diſcretiōe debemꝰ ꝯtemplationi inſiſtere et vacare. vt licet ꝓpter ipſius ꝯtemplatiōis gratiā q̄nq̄ꝫ actionē bonam interrūpamꝰ ꝓpter ipſam tamē actionē bonā ſeu actiuā vitam mens fundet in hūilitate. ꝛ p ꝯtemplatiuam accendat in charitate. Actiua illumiat ad cognitionē ſui: ꝯtemplatiua vō ad cognitionē dei. Prima eſt leua dei. ſecūda eſt dextera dei. Unde Cantl. ij. ait ſpōſa. Leua eius ſub capite meo: ꝛ dextera illius amplexabit me. Secūdo debet homo eſſe diſcretus in

deuotione vt.ſ. deuotiõe qua ad deũ affici-
mur non oĩno amputemꝰ actionẽ bonã qua
ſm deũ ⁊ ꝓximũ obligamur. In myſterium
aũt duarũ ꝓfatarũ diſcretionũ dicit̃ Leuit.
j.ꝙ ſiue pulli ſiue colũbe ſiue turtures deo
offerebant̃ debebãt imolari retoꝛto ad aſcel-
las capite ⁊ ſic abꝛupto vulneri loco ꝓhibe-
bat̃ caput a coꝛpe ſepari. Quid eñi p pullos
colũbe niſi diuine ac mũde ꝯtemplatiõis ope
ra caloꝛe diuine dilectiõis feruẽtia deſigna-
tur? Ibi ſiq̃dez bini offerri iubent̃.qꝛ dilectio
dei ⁊ ꝓximi ĩ ꝯtemplatiõe vera pficit̃. Quid
p turtures gemitũ ꝓ cantu habẽtes niſi diui
ne dilectiõis opa que deuotã mentẽ iugit̃ in
gemitũ excitãt ꝯuenient̃ deſignant̃? Hec ſiq̃-
dem aſcellas actionũ bonarũ loco ⁊ tpe re-
ſpicere debent ne.ſ.abſqꝫ fundamẽto humi-
litatis qđ ex virtuoſis actiõibꝰ generat̃:ſub-
lime ꝯtemplatiõis ruat edificiũ. Tunc etiam
caput a coꝛpe non diuidit̃ cũ mens ꝯtempla
tiua ab oĩ actiõis ꝓpoſito mĩme ſepatur.
Tertio debet hõ eẽ diſcretꝰ in miſtratiõe ſeu
actione cũ.ſ.opuſ actiue vite miſtrat̃ ꝓximo
ꝓpter deũ. Cui ſiq̃dem p diſcretionẽ ſic etiaꝫ
inſeruire debemꝰ: ne diuine ꝯtẽplatiõis opꝰ
totaliter deſeramꝰ. Nam facilit̃ errat actio
quã non dirigit diuina ꝯtẽplatio. Debꝫ eñi
mens hũana p deuotã ꝯtemplationẽ a deo
addiſcere: q̃liter p bonã actionẽ ꝓpter deuꝫ
debeat ꝓximo diſpẽſare. In cuiꝰ myſteriuꝫ
p̃ceptũ eſt non ſolũ ſabbata cuſtodire verũ-
etiam decimas oĩum ꝓpter deũ impendere
Sabbatũ eñi deo ſctificat q̃ p mentis quietẽ
ad deũ ꝯtẽplãdũ vacat. ſ decimas oĩum ꝓpt̃
deum impẽdit q̃ in bonis actiõibus ſuis q̃s
ꝓximo fac̃ gloꝛiã dei q̃ſi p̃ncipalẽ finẽ attẽdit

## Articulus. iij. ꝺ ſeptẽplici affectu ardentis amoꝛis ad ꝓximum ſuum.

Tertius ꝟo p̃ncipalis amoꝛ inflãmat affe
ctum ad deum diligendũ. Deinde ꝓximum
atqꝫ alio ſeptifoꝛmi affectu feruẽs ſe exerce-
re ad eũ debet. Primꝰ affectꝰ eſt pie cõpaſſio
nis. Scđs eſt dulcis ꝯg̃tulatiõiſ. Tertius eſt
tranq̃lle ſupꝑoꝛtatiõis. Quartꝰ eſt benigne
ꝯuerſatiõis. Quintꝰ eſt hũilis honoꝛatiõis.
Sextus eſt coꝛdialis vniõis. Septimꝰ eſt af-
fectus chꝛiſtifoꝛmis ꝓ oĩbus oblatiõis ⁊ paſ
ſionis.

## De triplici affectuoſa cõpaſſione erga omnes ꝓximi paſſiones. Capitulum. j.

P Rimꝰ inqꝫ eſt affectꝰ pie cõpaſſio-
nis quo.ſ.mens ita ſentit alioꝛuꝫ
mala ⁊ incõmoda ſicut ſua. Tri-
bus generibꝰ afflictionũ compati
tur hic affectus. p̃mo ſpũalibꝰ. ſcđo coꝛpali-
bus. tertio tpalibꝰ. Primo inqꝫ compatit̃
affectus pie cõpaſſionis ſpũalibꝰ afflictioni-
bus exemplo dauid dicent. Infirmata eſt ĩ
pauptate virtus mea.ſ.p coꝛdialẽ cõpaſſio-
nem. Vocat autẽ pauptatẽ defectũ virtutuꝫ
et maxime charitati qꝛ p eas celeſtis glĩa cõ-
parat̃.cũ ſm q̃titatẽ dilectiõis meriti q̃titaſ
recõpenſet̃. Q̃ q̃ta cõpaſſiõe dignꝰ eſt nunc
fere totus mũdus. ꝯſiderata in q̃libet ſtatu
pauptate diuine cognitiõis dilectiõis ⁊ timo
ris. Quis non debet p cõpaſſionẽ cum aplo
infirmari qui de ſe ait.ij.Coꝝ.xj. Quis infir
matur ⁊ ego nõ infirmoꝛ ⁊c̃. Ex hac aũt com
paſſione lachꝛymatꝰ eſt ieſus Lu.xix.qui vi-
dens ciuitatẽ.i.aĩam peccatricẽ fleuit ſup il-
lam dicẽs. Si cognouiſſes ⁊ tu ⁊c̃. Secun
do compatit̃ hic affectꝰ afflictiõibꝰ coꝛpalibꝰ
exemplo illoꝝ qui.x.ad Heb.ab aplo de cõ-
paſſione cõmendant̃ cũ ait vinctis compaſſi
eſtis. Et.j.Coꝝ.xij.apl̃s ad hoc exemplũ in-
ducens de coꝛpe dicit. Si q̃d patit̃ vnũ mem
brũ: compatiunt̃ oĩa mẽbꝛa. Tertio cõ-
patit̃ hic affectꝰ afflictiõibꝰ tpalibꝰ ⁊ maxime
exterminij ⁊ deſtructiõibꝰ patriaꝝ q̃ ex guer
ris ⁊ diuiſiõibꝰ venire ſolent exẽplo neemie
qui Neemie.ij.ait. Quare nõ mereat vultꝰ
meus qꝛ ciuitaſ domus ſepulchꝛoꝝ pr̃is mei
deſerta ⁊ poꝛte eius cõbuſte igni? Similiter
compatiendũ eſt alijs afflictiõibꝰ tpalibꝰ ꝑti-
culariũ pſonarũ exẽplo ſctiſſimi Iob q̃ ħ ꝑti
culari affectu cõmotus in.xxx.c.de ſe ait. Cõ
patiebat̃ aĩa mea paupi. Hũc autẽ pietati af-
fectũ melius exercere põt abꝛenũciãs oĩ ꝓꝑe
tati: q̃ꝫ quilibet alius. Hinc frãciſcꝰ ait. Q̃to
quis pauperioꝛ eſt tãto liberalioꝛ eſſe põt ſi
hanc habeat volũtatẽ. Nam illi volũtas pꝛo
facto reputat̃ reſpectu oĩum q̃bus cõpatit̃.
et ſi haberet etiã ſubueniret. Sed diues om
nibꝰ ſubuenire nõ põt: qꝛ ad hoc nõ ſufficit
ſubã eius. Nec q̃ꝫdiu aliq̃d habet volũtas ei
us põt reputari ꝓ facto qđ eſt ꝯtra errantes
dicentes abꝛenũciationẽ oĩum ꝓpꝛietati nõ
poſſe dici virtutis aliq̃d: qꝛ nihil habere vi-
tioſum eſſe dicũt non intelligẽtes ꝙ moꝛaleſ
medietates vtiqꝫ ſunt in aĩa nõ in rebꝰ. Hoc
ſentit Bonauent. in ſuis illũiatiõibꝰ viſiõe
j.et coll.ij. Ad tantã deniqꝫ cõpaſſionẽ viroſ



pfectos pducit hic pietati affectus. vt in oẽs
miſerias hoĩum trãſfoꝛmati ita p amoꝛẽ cõ-
patiant̃ eis: ꝙ magis deſiderãt eaſ pati q̃ꝫ cõ
pati. Oꝛitur autẽ hic p̃mus pie cõpaſſiõis af
fectus ex cognitiõe quã habet homo de ipſo
pijſſimo ac miſericoꝛdiſſimo deo. dum ſentit
ſup ſe effundi multitudinẽ miſerationũ ſua-
rum: ne hoc q̃ꝫ ſibi intelligit fieri ex neceſſita-
te ſeu coacte ſed volũtarie ad ſuũ p̃ncipium
vbicũqꝫ ſentiat illud naturalit̃ inclinat̃ ſiue
ſit illud p̃ncipiũ ſpũale ſicut pater ſpũalis. ſi
ue ſit illud p̃ncipiũ coꝛpale ſicut patria ꝓꝑa
et dñium ſue patrie naturalis. Et talis pieta
tis affectus eſt ꝓpꝛie virtuoſus. Hinc eſt ꝙ
magis inclinamur compati vel ſubuẽire ho
minibꝰ q̃ꝫ beſtijs: qꝛ in eis ſentimꝰ vnũ p̃nci-
piũ cõmune nobiſcũ non ſolũ pꝛimũ.ſ.ipſuꝫ
deũ. ſed etiam ꝓpinquũ.ſ.patrẽ nr̃m adã q̃ꝫ
etiam deũ p̃ncipiũ ſentimꝰ in eis non poſſu-
mus non compati eis q̃ñ patiunt̃ pꝛeter oꝛ-
dinem inſtitutũ de eis a ſuo p̃ncipio deo. vt
ſi videã agnũ interfici vt det̃ canibus vel vt
edatur a lupo. ſed cum patiunt̃ ſm oꝛdinem
inſtitutũ a deo cõiter non cõpatimur eis vt
ſi agnus occidat̃ vt comedat̃ ab hoĩe. Scđm
aũt pietatẽ magis illis hoĩbus inclinamur q̃
nobis ab vno p̃ncipio ꝓximo ꝓpinq̃ ſunt vt
fratribꝰ nr̃is qui ſunt ab vno carnali patre.
vel ſpũali ſicut ſunt frẽs vniꝰ oꝛdinis ſeu re-
ligionis. Et ſimilit̃ de patre tpali vt ſunt de
vna ciuitate ꝯciues. Et hic eſt ille pietati affe-
ctus ſm quem ſancti q̃dam cõpaſſi dicũt̃ eti-
am irrõnabilibꝰ creaturis ſicut brũs franci-
ſcus agnis ouilibꝰ volucribꝰ imo q̃ꝫ inſenſi-
bilibꝰ atqꝫ vocaſſe hmõi frẽs ſuos: qꝛ ſpecu-
labat̃ hmõi creaturas ſecũ ab eodẽ p̃ncipio
emanaſſe. ⁊ ex hac ꝯſideratiõe cõpatiebat̃ et
honoꝛabat eas: vel potius in eis deũ qui eſt
p̃ncipiũ cõmune oĩum creaturarũ.

## De triplici cõgratulatiõe affectuoſa erga oẽm ꝓximoꝝ felicitatem. Capitulum. ij.

S Ecũdus eſt affectus dulcis ꝯg̃tu-
lationis quo.ſ.homo de alioꝝ bo-
no letat̃ ſicut de ſuo. Qđ quidem
tripliciť habet fieri ſm ꝙ triplex ꝯg̃tulatio cõ
ſiderari poteſt. p̃ma eſt coꝛdis. ſcđa eſt opis.
tertia eſt oꝛis. Prima ꝯg̃tulatio eſt coꝛdis
qua.ſ.homo letat̃ de alioꝝ ꝓfectu ſiue ſpũa-
li ſiue etiam tpali iuxta qđ apl̃s ad Rhoma.
xij. nos hoꝛtat̃ dicens. Gaudete cum gau-
dentibus. Quod q̃dez experimẽto intelligẽs
beatus franciſcuſ dicere aſſolebat ꝙ qui gra
tulatur de alterius bonis ac ſi eſſent ſua ſine
ſuo periculo vel laboꝛe ⁊ cũ maximi meriti
augmẽto delectat̃ de illis bonis. qđ quideꝫ
vere eſt cum gaudentibꝰ gaudere. Unde ſi
quis letatur de imperio qđ obtinet impatoꝛ
tanq̃ꝫ ſi eſſet ſuũ ⁊ gaudiũ atqꝫ bene guber-
nandi imperiũ meritum habet ⁊ culpam vel
laboꝛem ſeu periculũ nullum habet. ſimilit̃ ẽ
de papatu ⁊ ſic de alijs bonis. Secunda
ꝯgratulatio eſt oꝛis vt qđ feruẽs affectꝰ amo
ris interius ſentit loco ⁊ tempe exterius ꝓ-
mit: teſte dño Matth.xij. Bonus de bono
theſauro coꝛdis ſui pꝛofert bona. Qđ obſer
uans moyſes Nũi.xj. cum ioſue egre ferret
ꝙ eldab ⁊ medab in populo ꝓphetauerunt
inquit ad eum. Quid igitur emulari ꝓ me?
Quis mihi tribuat vt omnis populus pꝛo-
phetet ⁊ det eis ſpiritũ ſuũ deus? Unde Lu.
j. ꝙ audierunt vicini ⁊ cognati eliſabeth qꝛ
magnificauit dñs facere miſericoꝛdiã ſuam
cum illa ⁊ ꝯg̃tulabant̃ ei. Tertia eſt ꝯg̃tu-
latio operis quando p opera ſiue ſigna ge-
ſtus interioꝛ de bono complacẽtia demõſtra
tur ſicut Tob.xj. fecerũt achioꝛ ⁊ nabach cõ-
ſobꝛini tobie qui venerunt gaudentes ⁊ cõ-
gratulãtes ei de omnibꝰ bonis que circa illũ
oſtenderat deus ⁊ per ſeptem dies epulan-
tes cum gaudio magno gauiſi ſunt. Ad hoc
etiam ponit exemplũ apoſtolus.j.Coꝝ.xiiij
de humano coꝛpoꝛe dicens. Si gloꝛiat̃ vnũ
membꝛũ ꝯgaudent ei oĩa membꝛa. ſumꝰ eñi
nos inuicem mẽbꝛa ſicut idẽ ait ad Eph.iiij.

## Per triplicem ſuppoꝛtationẽ ſeu dimiſſionẽ affectuoſam homo cum omnibus pacifice conuerſatur. Capitulum. iij.

T Ertius eſt affectus tranquille ſup
poꝛtatiõis. Difficile enim eſt in cõ
uerſatione humana quedam par
ua vel magna ſcandala non oꝛiri.
tum ex ignoꝛantia. tum ex fragilitate. tum
etiam ex malicia. que in pꝛeſenti ſeculo reg-
nant. Ille ergo laudãdus atqꝫ magnifican-
dus eſt qui moꝛes magnanimo atqꝫ tranq̃l-
lo coꝛde ſufferre nouit. cum hoc tanti ſit me-
riti ⁊ virtutis vt in eo omnes leges pendeãt
et pꝛophete teſte apoſtolo qui ad Gal̃.vj.
ait. Alter alterius onera poꝛtate ⁊ ſic adiple
bitis legem chꝛiſti. In hoc manifeſte feruere
dicitur vel oſtendit̃ hic affectus ſi coꝛde oꝛe ⁊
ope dimittit ⁊ donat ħ tria. p̃mo ĝueſ iiuriaſ

ſecūdo magnas infamias. tertio mltas ſbas
Primo ſi dimittit graues iniurias exēplo
christi qui primū qꝺ ꝓtulit in cruce verbū fu
it ꝓ ſuis crucifixorib' exorare dicens patri.
Pater dimitte illis qꝛ neſciunt qd faciunt vt
patet Lu. xxiij. Unde ad Eph. iiij. Eſtote
inuicē benigni miſericordes donātes inuicē
ſicut deus in cruce. Scdo ſi dimittit etiam
magnas infamias qꝺ etiam chriſt' in cruce
pendēs fecit qui inſan' dictus eſt atqꝫ ſtult'
furibūdus. ignar'. hereticus. potator vini. ⁊
vorax. ſeductor ꝓpli. blaſphem'. tranſgreſſor
legis. atqꝫ demoniacus atqꝫ multiplici diffa-
mia diffamat' eſt. ⁊ tamē vt nos vermiculoſ
ſuos exēplo ſuo doceret atqꝫ affectū noſtrū
gelidū inflāmaret corde ore ⁊ ope oēs predi-
ctas infamias remiſit ⁊ ꝯdēnauit. Jō Mat.
vj. in orone dnica hec nos docuit poſtulare
dicens. Dimitte nob debita nr̄a ⁊c̄. Et Pro-
uerb. xij. Qui negligit damnū ꝓpter amicū
iuſtus eſt. quāto ergo pfect' eſt hoc negligere
nec reſtitutionē fame querē ab inimico.
Tertio qꝫ manifeſte patet feruere affectum
ſi dimittit indulget ⁊ partit multas ſubſtan-
tias. Cū eni oiſ pfectiōis doctor chriſt' Mat.
xix. ſublimē atqꝫ pfectiſſimā viam aſcēdendi
ad celū iuuenē quendā docerē ait illi. Si vis
pfectus eſſe vade ⁊ vende oia que habes ⁊c̄.
Jn quo qdem pfectiōis ꝯſilio abdicationem
oium rerum ad duo oſtēdiſſe videt. Primo
ad dilectionē dei cū ſubdit. Seqre me. Ad h
etiam ptinere videt: qui damnū ꝓpter dei ⁊
primi feruentē dilectionē ppeti nō recuſat.
Unde apl's ad Heb. x. qſdam de h cōmen-
dans ait. Rapinā bonoꝝ veſtroꝝ cum gau-
dio ſuſcepiſtis. De q chriſt' exemplū dedit
qui his veſtibus quib' ꝯtectū erat ſctiſſimū
corpus ſuū crudeli rapina puatus nec am-
plius reqſitus ſicut de ventre matris exiuit
ita ſm Amb. nudus in cruce pependit.

## Jn tribus in conuerſatiōe humana debet affectuoſa benignitas conſeruari. Cap. iiij.

q
Uartus qꝫ affect' eſt benigne cō-
uerſatiōis. Eſt eni benignitas q-
dam animi dulcor ꝯcludēs omnē
neqtiam. abilitās hoiem ad inter-
nam leticiā ⁊ ad beniuolentiā atqꝫ in exterio
ri ꝯuerſatiōe reddens hoiem affabilē ⁊ beni
gnū ⁊ maxime in tribus. pmo in verbis. ſe-
cundo in factis. tertio in geſtib' ſeu modis.
Primo inqꝫ talis affectus reddit hoiē af-
fabilē ⁊ benignū in verbis, cum ſit benign'
in corde. merito ſit benign' in ore. Un̄ Mat.
xij. Ex abundantia cordis os loquit. Qꝫte
autem ſit gratie ⁊ virtutis talis benign' ſer-
mo oſtendit Prouerb. xv. Lingua placabi-
lis lignū vite. que autē imoderata eſt ꝯteret
ſpiritū. Et Prouerb. xxv. Patiētia lenietur
pnceps ⁊ lingua mollis frangit duriciē. Un
de etiā Eccl. vj. Lingua eucharis. id eſt. gra-
tioſa in bono hoie abūdabit. Et Eſa. l. De-
dit mihi dn̄s linguā eruditā vt ſciam eum q
lapſus eſt ſuſtentare verbo. Secūdo red-
dit talem hoiem affabilē ⁊ benignū in factis
Dicunt autē benigni quos bon' amoris ig-
nis ad bnfaciendū ꝓximis feruere facit. Ta
lis autem benignitas eſt in affectu qſi larga
rerū bnficētia atqꝫ ꝓmpta. Unde ſm glo.
benignitas eſt largitas rerū que fiunt cū dul
cedine animi que bonitas nūcupat ſicut. ij.
Cor. ix. ait apl's. Hylarē datorē diligit deus
Tertio talis affectus reddit hoiem affabi
lem ⁊ benignū in geſtibus ⁊ modis. ſ. in con
uerſatiōe domeſtica ⁊ hūana ac ſuaui ⁊ dul-
ci. Ad qꝺ hortatur apl's ad Eph. iiij. dicens.
Eſtote inuicem benigni. vr̄a ꝯuſatiōe ⁊ vita

## Propter triplicē pticipationem dei qlibet vario ex reſpectu affectuoſe ē honorādus. Ca. v.

q
Uintus affectus eſt humilis ho-
norationis. vt ſcilicet homo om-
nes reuereat. omnes ſibi pferat
atqꝫ omnib' tanqꝫ dn̄is ſuis humi
li corde ſe ſubdat. Et vt hoc efficere poſſit.
Notandū eſt qꝫ ſm Alexan. de hal' in. iij. Ho
nor eſt preſtatio p̄eminētie in illo qui hono-
ratur. Duplex ē eni preeminētia honore di-
gna. Prima eſt increata. ſecūda vo eſt crea-
ta. Preeminētia increata ꝯſiderat tripliciter
Primo reſpectu pncipij. ſecūdo reſpectu ſa-
pientie. tertio reſpectu bonitatis. ⁊ talis pre-
eminentia in infinitū excedit quālibet p̄emi-
nentiā cuiuſlibet creature. Jnde eſt qꝫ ei ſoli
et non alteri debet ſumm' honor: qui cultuſ
latrie nūcupat. De quo Deut. vj. et Matth.
iiij. preceptū eſt. Dn̄m deū tuū adorabis ⁊ il
li ſoli ſeruies. Secūda autem p̄eminētia
creata que ex prima per triplicē pticipatio-
nem originem habet. Primo ex pticipatio-
ne pncipij. ſecūdo ex pticipatiōe ſapiētie. ter
tio ex pticipatiōe bonitatiſ. Prima autē eſt p-
ticipatio principij. Et ſm hec tria ſunt gene-
ra hominū qui participāt principiū dei. Pri
mi ſunt patres corporales. ſecūdi ſunt pa-
tres ſpirituales. tertij ſunt patres tempales



Primi ſunt patres corpales qui diuinū
pncipiū pticipāt ad eſſe naturale filioꝝ ſuorū
ideo Exo. xx. in qrto p̄cepto dn̄s ait. Hono-
ra patrē tuū ⁊ mrēm tuā vt ſis longeu' ſup
terram. Et Eccl. vij. Honora patrē tuū ⁊ ge-
mitū mrīſ tue ne obliuiſcariſ. Memēto qꝺ ni-
ſi p illos non fuiſſes. Secūdi ſunt patres
ſpūales qui diuinū pncipiū pticipāt ad bene
eſſe ſpūale ſpūaliū filioꝝ: ⁊ hmōi ſunt p̄lati et
quilibet ſpūales patres ideo honore ſunt di
gni. Un̄. j. Timoth. v. Preſbyteri duplici ho
nore digni habeant. ſ. tpali ac ſpūali maxie
qui laborāt in labore ⁊ doctrina ad h nō. xj.
q. c. j. ſacerdotib' vbi plura de ſacerdotū ho
nore habent. Tertij ſunt tpales qui diui-
nū pncipiū pticipāt ad bene eſſe tpale ſubdi-
torum ſuoꝝ: cuiuſmodi ſunt reges ⁊ oia do-
minia mūdi rōne cuius pticipatiōis honorā
di ſunt quilibet in tpali dn̄io p̄ſidentes. Un̄
j. Pe. ij. Deum timete regē honorificate.
Secūda eſt pticipatio ſapie. quā quidē duo
genera hoium pticipare dicunt. Primi ſunt
viri periti in qcunqꝫ honeſta ⁊ licita ꝯuerſa-
tione ⁊ facultate. Jdeo honorandi ſunt viri
docti. Unde Leuit. xix. Honora pſonā ſe-
nis. ſ. etatis ⁊ ſapiētia ſm glo. quia vt dicitur
Eccl. j. Ois ſapiētia a dn̄o deo eſt. Etiā par-
ticipāteſ dei ſapientiā ſunt viri antiqui: ideo
honore ſunt digni. Unde Leuit. xix. Corā
cano capite ꝯſurge. Tertia eſt pticipatio
bonitatis rōne cuius quilibet iuſtus hono-
randus eſt. Et hec eſt etiā duplex ſm Alexā.
de hal'. Prima eſt pticipatio bonitatiſ ſm ac-
tum. ſcda vo ſm potentiā. Scdm pmā cū vi
demus aliquē iuſtum illū honorare debem'
nobis illum meliorē exiſtimātes iuxta illud
Phil. ij. Jn hūilitate ſupiores ſibiinuicē ar-
bitrantes. Secūda vo ſm potentiā qua. ſ.
mali effici poſſunt nobis meliores. Unde. j.
Pe. ij. Oēs honorate. ⁊ ad Rhoma. xij. Ho
nore inuicē preueniētes. Ex p̄dictiſ igitur pa
tet qꝫ qlibet eſt honorādus ſm ſuū reſpectū.

## Ex tribus inter ꝓximos cordialis ⁊ affectuoſa vnitas generatur ⁊ conſeruat. Cap. vj.

s
Extus eſt affectus cordialis vnio
nis vt. ſ. homo qꝫtū ex ſe eſt ⁊ qꝫtū
ſm deū poteſt cū ceteris hoib' ſe
ſentiat vnū atqꝫ eos ſentiat ſemet-
ipſum ⁊ oium rectū velle ꝓ ſuo reputet ⁊ ecō
trario. Ex trib' ſiqdem hec cordialis vnitas
affectus in aīa generat ⁊ ꝯſeruat. pmo ex hu
militate. ſcdo ex puritate. tertio ex charitate.
Primo inqꝫ generat ex hūilitate. Humili-
tas eni ꝓximo ſuo ſm deū in oibus ꝯdeſcen
dit. gratitudinē ⁊ honorē impendit: ⁊ qꝺlibet
humilitatiſ obſequiū ꝓmptiſſime ſubminiſtrat
Quis etiā erga ꝓximū miſericors eſſe pōt et
pius tam in ꝯdonādis iniurijs qꝫ ſupportan
dis coꝝ miſerijs ⁊ peccatiſ niſi q ſe longe re-
putet viliorem? Hec oia p̄dicta reqrunt ad
cordialis vnionis affectū. Et ad hoc hortat
apl's ad Rhoma. xij. Non alta ſapiētes ſed
humilib' ꝯſentiētes. Secūdo generat ex
puritate maxime ex illa de qua Mat. v. dici-
tur. Beati mūdo corde: qm̄ ipſi videbūt de-
um. Hi ſunt qui ſimplici oculo ⁊ puro corde
intendētes in deū inter imūda mūdi mūdū
habentes aſpectū. ꝓximū in dn̄o amplectun
tur. Unde pſ. Beati imaculati in via ⁊c̄.
Tertio generat ex charitate. Charitas enim
que liquet hūana corda cū in cor hois diui-
nitus ſic fuerit pinfuſa illudqꝫ inuenit humi
le ac purū oia maloꝝ bona in ſe trāſformat ⁊
facit ſua. Solum eni liquidū eſt qꝺ congruit
oi forme: qꝺ optime congruit amatoris cor-
di. Un̄ pſ. Factum eſt cor meū tanqꝫ cera li-
queſcens in medio ventris mei. Et Act. iiij
Credentiū erat cor vnū ⁊ anima vna. Nam
humilitas eoſ euacuauerat ſenſu ꝓprio. Pu
ritas eos mūdauerat mūdano ꝯtagio. ⁊ cha
ritas p trāſformationē locauerat i vno amo
roſi cordis glutino. Hinc Matth. xviij. Ubi
ſunt duo vel tres ꝯgregati in noie meo: ibi
ſum in medio eoꝝ. Duo ſiqdem vel tres in
corde in noie dn̄i ꝯgregati ſunt cum ibi ſunt.
humilitas ⁊ puritaſ cū dilectiōe proximi ad-
unate: ⁊ tunc vere in eius cordis medio re-
gnat dei amor pariens hūc verū atqꝫ pfectū
cordialis vnionis affectū.

## Ex triplici ardenti affectu ad ꝓximū contingit hoiem pro eo in mortem tradere vitam ſuam. Capitulum. vij.

s
Eptimus eniꝫ affectus eſt chriſti
formis ꝓ oibus oblatiōis ⁊ paſſi-
onis vt. ſ. inſtar xp̄i ꝓ oiū ſalute
paratus ſit ponē aiam ſuā: atqꝫ die noctuqꝫ
orare laborare vt oēs chriſto inuiſcerent. et
chriſt' in eis. Primo ꝓ ei' vita corpali. ſcdo
ꝓ vita eius ſpūali. tertio ꝓ eccleſia gnāli.
Primo ꝓ ei' vita corpali ⁊ h nō ē d necītē p̄-
cepti: ſ de pfectiōe ꝯſilij. Naꝫ iux p̄ceptū dn̄i
Mat. xxij. Diliges ꝓximū tuū ſic teipm. Nō
eni tenet eū pl' diligere qꝫ ſeipſum imo ſicut

Feria ·4ª· ĩ die Cinerū.



ſcipſuꝫ igitur prius ſeipſuꝫ diligẽ pt. Si qs
igit vellet ex proximi charitate plus quo ad
corpus proximũ diligere q̃ꝫ ſeipſuꝫ ac potius
mallet mori q̃ꝫ illum: perfectionis aſſumeret
ɔſilium non p̃ceptũ. Secũdo p eius vita
ſpũali. Et in hoc diſtinguẽdũ eſt. Quia aut
iminet manifeſtũ piculũ anime proximi. qꝛ ab
neget fidem ſi me non oppono cũ manifeſto
periculo vite tunc de neceſſitate ſalutis obli=
gor meã corpalem p proximi ſpũali ponere vi
tam. Aut non iminet piculũ. ⁊ tunc pprium
corpus morti exponere p aĩa proximi pfectio-
nis ɔſiliũ eſt non tamen p̃ceptũ. Vñ Jo. xv
Maiorẽ dilectionẽ nemo habet vt aĩam ſuã
quis ponat p amicis ſuis. Sed de his latius
in. ij. et. iij. articulo ſeptimi ſermonis agemꝰ
Tertio p eccleſia generali ſicut btũs tho=
mas cãtuarienſ eſt paſſus: eque eni euãgeli-
ca libertas optanda eſt ſicut ⁊ fides. Hinc im
peratori theodoſio ipſe beatꝰ ambroſius ait.
Si rapis ſi deuoras ſi accepis ſuſtineo. ſi au
tem extẽdis manũ ad ſctũariũ dei ibi me in=
uenies ſacerdotez que hñtur. xxiij. q. viij. c.
ɔuenior vbi multa de his ambroſiꝰ ait. Hic
vere celebratꝰ carniſpriuiũ. i. p̃uatio carnis ⁊
ſpũalis crapulatio amoroſi vini qꝛ talis faſti
ditus carne corpea atq̃ꝫ inebriatꝰ diuina ſua
uitate mortẽ ɔtemnẽs ⁊ vitã ſine fine querẽſ
illam ɔſequitꝰ cũ ſanctis oibꝰ in gloria phen=
niter regnaturꝰ. Ad quã nos pducat q̃ ſine
fine viuit ⁊ regnat Amen.

## Feria. iiij. in die cinerum De mercancia diuini amoris.

## Sermo. v.

Heſauriſate vo
bis theſauros in celo. Mat. vj.
et in euãgelio hodierno. Mag
atq̃ꝫ deſiderabilia de charitate in p̃cedentibꝰ
dicta ſunt: ſed qua via acq̃ri poteſt modo di
cemus. Neceſſe igitꝰ eſt oi qua poſſumꝰ inue
ſtigare ſolertia tam admirãdus theſaurꝰ: q̃
via ⁊ modo acquiratꝰ penitus. Circa qꝺ ad=
uertendũ eſt. q cũ hõ puenerit ad arbitrij li-
bertatẽ nulla via nulloq̃ꝫ ſtudio deniq̃ꝫ nul=
lo modo alio adipiſci põt: niſi p emptiõis cõ
tractum. Sed quõ poſſet emi videnduꝫ eſt.
Huius mercãcie ſolus mercator eſt deus. to
tuſq̃ꝫ pplˀs fidelitꝰ audientiũ verbũ dei eſt tur-
ba que ad nũdinas ⁊ mercatũ diuini amoriſ
currit. Porro p̃dicator ſenſalis merito dici
poteſt q̃ pplm exhortatꝰ ad emendũ diuinam
dilectionẽ. Unde dñs in verbo p̃dicto in p-
ſona p̃dicatoris q̃ſi clamãdo dicit. Theſauri
ſate vobis theſauros in celo. qꝺ fit p opa cha
ritatis. p illam eni fit homo locuples ⁊ diues
ideo emite eam. Sed anteq̃ꝫ ad ɔtractum
huiuſmodi emptiõis pueniatꝰ prenotanduꝫ
eſt q duodecim ſunt leges que in hac empti-
one ſeruãde ſunt. Prima dicitꝰ lex libertatis
ſcða generalitatis. tertia pprietatis. q̃rta ſin=
gularitatis. q̃nta p̃cioſitatis. ſexta nouitatis. ſe
ptima puritatis. octaua vtilitatis. nona copio
ſitatis. decima facilitatis. vndecima dubietatis
duodecima eſt lex pauptatis. Et primo dicẽ-
tur p̃me q̃ttuor. ſcðo ſecunde q̃ttuor. tertio
tertie q̃ttuor. Prime autẽ octo leges habentꝰ
Apoc. iij. in ſeptima lege exp̃muntꝰ vbi dici-
tur. Suadeo tibi emere a me aurũ ignitum ⁊
pbatum vt locuples fias.

### Articulus primus vbi exprimuntꝰ quattuor prime leges diuini amoris. In prima lege aũt declaratꝰ q omẽs etiam impij ⁊ iniq̃ pñt emere charitatẽ. Ca. j.

Prima lex dicitꝰ libtatis. Regalis
nanq̃ꝫ eſt iſte mercator. neminem
violentat hanc mercanciã emere
ſed illam ante oculos hoim po=
nit nec ſimltate abſcondit nec inſup illam im=
pudenter imponit. Si eni illam malicioſe ce
laret comphenderetꝰ charius iuſto p̃cio vel=
le ſuam vendere mercanciã. Si ṽo eam qua
dam importuna pcacitate mõſtraret in mer
cancia ſuſpicio falſitatis argui poſſet. Ideo in
q̃dam medio archane prudẽtie ſue ſtatuẽs
illam dicit ſuadeo. Suaſio q̃dem nõ coactio
ſed moderata exhortatio dici poteſt. Uult
eni mercator deus voluntatẽ noſtrã in liber
tate arbitrij pmanere dum hic ſumꝰ in via:
quilibet hanc mercanciã poſſet emere ſicut
libet. Hec autem eſt lex libertatis Eccl. xv. ſcri
pta eſt vbi dicitꝰ q deus ab initio ɔſtituit ho=
minẽ ⁊ reliquit illũ in manu ɔſilij ſui. vt non
vi cogẽdo hãc mercationẽ emere vel nõ eme
re ſed ſolum ſuadẽdo demõſtraretꝰ inter mi-
ſericordiã ad hoc ſuadentẽ ⁊ dei iuſticiaꝫ ad
hoc ɔſenſum requirentẽ libertas arbitrij p=
manere. Anima ṽo ɔſentiẽte hanc emẽ mer-
canciam deus illam paratꝰ eſt vẽdere ad bo
num forum ⁊ cũ rectitudine boni ⁊ veri mer
catoris ⁊ oſculo pacis. Vñ pſ. Miſericor=
dia. ecce mercator cum mercãcia. et veritas
hic eſt emptor cum lumine veritatis. Iſti
nanq̃ꝫ cum foro liberi arbitrij quod eſt mũ=

Fer 4ª ĩ die Cinerũ.



dus per fidem obuiarunt ſibi ⁊ tunc iuſticia
ementis ⁊ pax vendentiſ per mutuũ conſen
ſum oſculate ſunt. Hec autem mercancia a
mercatore ſemper placida ſuaſione homini
offertur. Unde. j. Petri. j. Sperate in eam
qui offertur vobis gratiam. hoc eſt in hanc
mercanciã charitatis. Emptor aũt hmõi mer=
cancie habet ſe ad ipſam emẽdã diſponere ⁊
habilitare. Vñ Prou. xvj. Hois eſt animũ p̃
parare qꝛ non datꝰ grã niſi ei q̃ hoc modo ſe
ad eam habilitet ⁊ diſponit. Sicut eni qui os
ad ſumendũ cibũ negligit apire debet talis
merito fame mori: ſic q̃ a ſuadẽti mercatore
amoris hanc mercanciã negligit emere eter-
na egeſtate debꝫ merito pire. Ideo ait pphe
ta in pſona dñi. Aperi os tuũ ⁊ implebo illꝺ
Tunc eni apitur: qñ mortalis culpe obſtacu-
lum remouetꝰ. Aduẽtenduꝫ eſt tñ q licet ho=
mo p̃paret materialitꝰ voluntatẽ p habilita=
tionẽ deus nihilominꝰ eam prepat affectiue
p informationẽ. ſ. vt bonũ velit. Uoluntas
eni non põt bonũ velle niſi ipſa ſit bona. ⁊ ſi
põt eſſe bona niſi p grã. Vñ ad Rhoma. ix.
dicitur. Non eſt volentis neq̃ꝫ currẽtis ſed ſo-
lius dei miſerẽtis. ſ. q̃ voluntatẽ p informa=
tionẽ prepat affectiue. Vñ ðr. iiij. Regl. iiij.
q mulier vidua ad ɔſiliũ helizei multa vaſa
accepit mutuo a vicinis ſuis atq̃ꝫ de modico
oleo qꝺ habebat in lechito porrigẽtibꝰ filijs
ſuis vaſa. illa infundebat oleũ ⁊ implebantꝰ
vaſa ſed deficientibꝰ vaſis oleũ amplius nõ
creuit. vt myſtice innuatꝰ q deficiente prepa=
tione deficit gratia.

### Q etiaꝫ hoibus malignis exponitur venalis charitas dei. Capitulum. ij.

Secũda lex ɔſiderãda in emptione
amoris eſt lex gnãlitatis. Gnãlitꝰ
eni oibus pponitꝰ emẽda charitaſ
dei bonis ⁊ malis pponitꝰ piuris. blaſphe=
mis. detractoribꝰ. pcialibus. mendoſis. fal=
ſis teſtibus pditoribꝰ. meretricibꝰ. ebrioſis.
ſimoniacis. ſortilegis. furibus. raptoribus.
vſurarijs. luſoribꝰ. ſodomitis. iudeis. oibuſ
ſarracenis. hereticis. ceteriſq̃ꝫ oibus iniquiſ
et impijs hoibus. etiã q̃dãmodo demonibꝰ
offertur amor. Vñ ad Rhoma. ij. Non ẽ p=
ſonarũ acceptio apud deũ. Et Mat. v. So=
lem ſuũ facit oriri ſup bonos ⁊ malos vt nõ
ſit qui abſcõdat ſe a calore eius. Ideo ſubdit
Iob. tibi. ſ. peccatori vel iuſto. Sicut eni hic
terminꝰ tibi ad q̃ſcunq̃ꝫ bonos vel malos di
rigi poteſt; ſic charitas dei venalis expoſita
eſt oibus rõnabilibꝰ ⁊ q̃dãmodo irrõnabili=
bus creaturis. Uis videre ſignũ huiꝰ mer=
cancie amoris? Audi pſ. Suauiſ eſt dñs vni
uerſis ⁊ miſeratiões eius ſuper oĩa opa eiuſ.
Eccl. q̃ꝫ. viij. Peccator ex eo q centies facit
malum ⁊ per patientiã ſuſtentatꝰ. Noui q be
ne erit his qui timẽt. Et iterũ. j. Timoth. ij. ð
dño apoſtolus ait. Qui vult oẽs hoies ſal=
uos fieri. Quod verbũ exponẽs Damaſc.
ait q in deo eſt duplex volũtas. Non q̃dem
ex parte volentis ſed voliti. ſ. volũtas ante=
cedens vel abſoluta. ⁊ volũtas ɔſequẽs ſeu
ɔditionata. Uoluntas autem abſoluta eſt q̃
reſpicit ordinẽ nature prout a deo condita ẽ
et quia a deo omne bonũ eſt volitũ ⁊ naturã
intellectualẽ bonũ eſt obtinere ſaluteꝫ: ideo
q̃tum ex ſe eſt vult oẽs hoies ſaluos fieri qꝛ
ad hoc oẽs ɔuenĩũt in hũana natura. Uolũ
tas ṽo ɔditionata reſpicit ordinẽ pſone ex p-
te liberi arbitrij in quo incidit in malũ. ⁊ qꝛ
non eſt bonũ oẽs hoies ſaluos fieri niſi ſub
ɔditionibꝰ iſtis. ſ. vt qui ſe prepet ⁊ ſaluari
conſentit vult deus ſaluari per ſue gratie lar
gitatem nolentem vero ⁊ ſue gratie reſiſten-
tem deus non vult ſaluari. quia nec bonum
nec iuſtum eſt. Patet exemplo. Licet eni ſol
omnes hoies illumiare ſit aptus tamen qui
oculũ claudit vel ſe ab eo auertit non illumi=
natur a ſole. Sic deus q̃tum in ſe eſt paratꝰ
eſt omnes ſaluare ⁊ tamen hoies qui obſta=
culum ponũt nequaq̃ꝫ ſaluat. Patet etiam h̃
idem exemplo regis. Rex eni iuſtus ad con
formitatẽ nature ɔſpiciens q̃tuꝫ in ſe ẽ vult
omnes hoies ſui regni ſaluari attamen pro=
pter deformitatẽ culpe maleficos vult dam=
nari. Similiter eſt in deo. Neceſſe igitꝰ eſt ho
miem facere qꝺ ſuũ eſt. ſcilicet ſe diſponere
ad ſalutem quia ex ſe vult deuſ omnes ſalua
ri. Merito ergo dici poteſt ſtultus qui dicit
volo facere quicq̃d mihi placet: qꝛ ſi ſaluari
debeo oĩno ſaluabor. ſi ṽo dãnari damna=
bor. ⁊ ſic fruſtra date eſſent a deo ſcripture
ſacre ⁊ doctrine ⁊ oĩa ſacramẽta cunctaq̃ꝫ ſa-
lutis remedia inania forent. Sicut eni ſtultꝰ
eſſet infirmus qui diceret volo comedere et
bibere qꝺ placet. nam ſi ſanari debeo ſana=
bor. moriar ṽo ſi debeo mori ⁊ ſic omneſ me
dici inutiles eſſent contra qꝺ Eccl. xxxviij.
ſcriptum eſt. Honora medicũ pp̃ter neceſſi=
tatem eteni creauit illũ altiſſimꝰ. Nonne inſi-
piens eſſet q̃ cuꝫ nõ cogeretꝰ ⁊ p̃ijceret ſe ð al
tiſſima turri diceret. ſi debeo mortẽ euadẽ nõ
poſſuꝫ mori? Accedat iſup ad h̃ exẽplũ ð via
tore ad ſiniſtrã pgẽte cui p̃dixit ſpeculator q

ſi per illam incederet incideret in latrones.

Ex dictis patet ꝙ hec ſecūda lex gnālitatis ē qꝛ oībus ſuam mercācīā exponit ꝙ quibꝰ hic terminꝰ ubi demōſtratiue dirigi poteſt.

## Qꝛ charitas nō poteſt aliquo contractu niſi emptiōe acquiri. Capitulum. iij.

t Ertia lex ꝯſideranda in emptione amoris eſt lex ꝓprietatis. Nō enim ꝓijcitur hec mercācia q̄ſi lardum ad canes. Illam hō furari non pōt nec depꝛedari. non locatˀ. nec cōmodatˀ. nec impignoratˀ nec accipitˀ mutuo: ſed ſolū venditˀ hec mercācia ideo inq̄t emere. O deus q̄d faciēt paupes ſaccomāni ⁊ ceteri q̄ non habēt vnde emant? Rn̄ſio videant ipſi. Sed nunq̄d neceſſarij ſunt denarij? ſunt oīno. Et ad manum. Da ⁊ recipe. Non recipet mercatoꝛ a paupcula q̄dam domū ſuam aut vineā ſuā aut paupculā ſupellectilē ſuam cū hr̄e denarios non poſſet ⁊ hāc ꝑcioſam mercācīā emere ꝯcupiſcat? Rn̄ſio non. Heu me infelicē dicat illa qꝛ paup ego ſum. Nunq̄d his denarijs poſſet ſolui mercatoꝛ? Quid ſi homo impignoꝛaret campū vineam vel domū ſuam nunq̄d his denarijs poſſet ſolui mercatoꝛ? Non. O deus quē modū tenebūt qui pecuniam in marſupio nō habēt. Uideant ipſi. Nunq̄d hanc mercācīā ad credentiā daret mercatoꝛ ſi q̄s etiā ꝓpter terminū acceptum ſupadderet ꝑciū? Ha ha ha. Nunq̄d vſurarium extimabimꝰ deū qui ſemp in vtraqꝫ pagina ꝯdemnat vſuras? Abſit h̄ facinꝰ a diuina bonitate. Sed q̄d ſi quis furaretˀ denarios ꝓ hac impꝑciabili mercācia emēda. Rn̄det apl̄s ad Rhoma. iij. Non ſunt faciēda mala: vt veniant bona. Deus enī precipit. Nō furtum facies. Facere autē ꝯtra dei ꝑceptū eſt peccatū moꝛtale. Preſupponamꝰ ꝙ aliq̄ viri vel mulieres nūmos māuales non habēt ſicut neceſſarij videntˀ eſſe. Quid ſi mulier vana ꝓ hac mercācia daret capillos adulterinos quos tam chare enutriuit vel tanto laboꝛe queſiuit. daret etiam ei fucomēta faciei ſue q̄bus ſe quaſi venerē depingebat. daret inſup ſublimes trāpallos. longas caudas. amplas manicas. ꝯſciſas frapas. groꝛucas alatas. deaurata calciamēta. lunulas. toꝛq̄s mitras. olfactoꝛiola. inaures. ſpecula ⁊ ſi q̄ hmōi ars vana muliebꝛis habet. Certū ſi h̄ ſolutio mercatoꝛi placeat. mihi nequaq̄ eſt tamen diligentˀ ab eo exquirā. compatioꝛ nē pe mulieribꝰ que totū q̄ꝺ habebant in hmōi ꝯſumpſerūt ⁊ tamē charitatē emere ꝯcupiſcunt. Habet aliˀ paup adoleſcens tribularia taxillos naibos ſiue charticeas ad ludendū ceteraqꝫ ꝯſimilia. de intuitu pietatis poſcati a mercatoꝛe ſi hec ⁊ hmōi ſumeret ꝓ ſolutione amoꝛis req̄ram ſtatim a vobis rn̄debo q̄ ſi conicio ꝙ hec oīa ꝓ ſolutiōe aſſumeret. ſed tamen hec lex inuiolabilˀ eſt ꝙ amoꝛis mercācia ematur.

## Qꝛ in toto vniuerſo non venditur amoꝛ. niſi in apotheca ſanctiſſime crucis. Ca. iiij.

q Uarta eſt lex ſingularitatis. Tanta eſt enī huiꝰ mercācie ꝑcioſitas ſingularis ꝙ neqꝫ in celo neqꝫ in toto oꝛbe neqꝫ in toto ſeculo niſi vna apotheca ſiue ſtatio. ⁊ vnus mercatoꝛ huius mercancie repiri poteſt ab oībus. Nunquid ad illā poſſunt currere oēs gentes. Quid facient q̄ in remotis agunt. quō ad illam currēt ceci claudi lepꝛoſi aridi languidi decrepite vetule incarcerati grauideqꝫ mulieres mēbꝛis ꝑuati ceteriqꝫ valitudine deſtituti. O q̄ felix qui ꝺ ꝓpe illam locatus repietˀ. Sed vbi eſt h̄ apotheca amoꝛis indica mihi vt ⁊ ego ante omnes ꝑcurrēs cunctos ne impediar in emptione ꝑueniam. Marſupiū poꝛtaui plenū de amoꝛe amoꝛis. Indica mihi quē diligit anima mea vbi paſcat vbi cubat i meridie amoꝛ meus. Uis te doceam repire amoꝛis locū? optas pꝛe itinere obuiare illi? Uade ad figuram crucis ibidem venditˀ amoꝛ nullibi aliaſ eſt foꝛum eius. Intra hanc apothecā dilecta anima ꝯtemplare magnitudinē longitudinem latitudinē altitudinē ⁊ ꝓfunditatē huius mercancie amoꝛis. Deus charitas eſt: i cruce cum magdalena anima mea amplectere crucem. ditare cum ea quia ditata eſt ibidem illa. Comꝑhende cum oībus ſanctis q̄ ſit huius apothece amoꝛis latitudo longitudo ſublimitas ⁊ ꝓfundū. Lateza eſt infinita longeza non compita. largeza ſternunata. ꝓfundo ꝓfundato. In queſti amoꝛoſi abiſſi li ſancti ſen ſemerſi dentro e di foꝛa opꝑeſſi damoꝛe ſpellagoto. Unus ſolus mercatoꝛ ē huius mercācie in hac ſola apotheca amoꝛi cercha per larte. Unde ſubditˀ a iohanne a me ſcilicet qui ſolus ſum mercatoꝛ amoꝛi ſua deo tibi emere. Et merito. Solus enī habet amoꝛem ſolum de ſuo amoꝛe poſſumꝰ dicere illud Ioh. j. De plenitudine eius omnes accepimus. ſcilicet tam angeli q̄ homines g̃tiam ꝓ gratia. Hinc eſt ꝙ tā feruentˀ ad ſuā



apothecā vocabat amoꝛis Mat. xj. dicens. Uenite ad me oēs q̄ laboꝛatis ⁊ onerati eſtis: et ego reficiā vos. ſ. refectiōe amoꝛis. Iterū in nouiſſimo magno die feſtiuitatis dicit dn̄s Io. vij. Si q̄s ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Si quis ſitit amoꝛē veniat paſſibꝰ affectiōis ad me fontem vite indeficiētis. ad me toꝛrentē voluptatis inebꝛiantis. ad me dulcedinē amoꝛis tranſfoꝛmātis. Et merito dilecte amoꝛ: q̄niam apud te eſt fons vite ⁊ ad te currentes inebꝛiabuntˀ ab vbertate domꝰ tue ⁊ toꝛrēte voluptatis tue potab̄ eos ſicut ait pš. cum inebꝛiatꝰ fuiſſet. Quā magna multitudo dulcedinis tue dn̄e quā abſcōdiſti timētibus te.

## Articulus. ij. in quo declarātur alie q̄ttuoꝛ leges diuini amoris. Capitulū. j.

p Rima eſt lex ꝑcioſitatis. O q̄ ꝑcioſus eſt amoꝛ q̄ in ꝯſpectu dn̄i oīa ꝑcioſa facit: ideo aurū nūc denoīatˀ Aurū enī oīum theſauroꝝ ꝑciū eſt. Oēs lapides ꝑcioſi oīa ꝑdia cuncte domꝰ ⁊ mercancie ⁊ quicq̄d aliud appꝛeciabile ē: pꝛecio auri extimabitˀ. Sic cūcte hoīs cogitatiōes ⁊ affectiones cūcti ſermōes inſup oēs operatiōes amoꝛis ꝑcio menſurantˀ. Non enī ponderat dn̄s ope ſed affectu ſicut patet. xxiiij. q. j. c. odi in fine vbi dicitˀ. Dn̄s non ea que offerūtur ſed volūtates reſpicit offerentiū. Et idē xiiij. q. v. c. ſi q̄d vbi dicitˀ dn̄s interrogat coꝛ non manū. Quāto enī purioꝛi ſeu feruētioꝛi amoꝛe q̄cq̄ placitū deo facimꝰ: tanto g̃tioſius deo redditˀ coꝛā eo. Unde oꝛe dn̄ico Luce. xxj. Laudata ē vidua paupcl'a que miſit i gazophilaciū duo minuta erea: nō qꝛ multa et magna fecit. ſed qꝛ ampla charitate dilexit Nec ſolū aurū eſt amoꝛ: ſed q̄ꝺ mirabiliꝰ eſt aurea reddit quecūqꝫ ꝯtingit. plūbūqꝫ i aurum ꝑcioſum ꝯuertit. Opa nanqꝫ licet de genere bonoꝝ ſint cū autē fiunt ex charitate q̄ſi aurea ⁊ ꝑcioſa fiūt. Ideo. iij. Reg. vj. ſcriptum eſt. ꝙ nihil erat in tēplo q̄ꝺ nō auro tegeretˀ: quia bona opa ex charitate facta quaſi aurea ſunt q̄bus aīa iuſti exoꝛnatˀ. Unde i pš. Aſtitit regina a dextris tuis in ve. deau.

## Qꝛ ignita ꝑ deuotionē debet eſſe in aīa charitas dei. Ca. ij

s Ecūda eſt lex nouitatis. In hac enī lege charitas emi debet vt ſemper nouitˀ opetur magna: nouoqꝫ feruoꝛe ſemp iterū renouetˀ ſicut charitas illius dilecte aīe ad quā ait pš. Renouabitˀ vt aquile iuuētus tua. Que nouitas a iohāne myſtice ſubinfertˀ cū ait ignitū. Aurum enī dilectiōis tunc ignitū eſt: cū feruoꝛe dilectiōis plenū eſt. Item mgr̄alitˀ deuotio diffinitˀ ſic. Deuotio eſt feruoꝛ bone volūtatis quē mens cohibere nō valēs certis indicijs manifeſtat. Que nanqꝫ pn̄t eſſe certioꝛa indicia charitatis: q̄ ꝯtinua renouatio virtuoſi opis? Hic eſt ille ignis de quo Lu. xij. dicitˀ. Ignem veni mittē in terrā ⁊ q̄d volo niſi vt ardeat? Ignis enī charitas eſt que de deuotionis plenitudīe tūc in mēte ardet. cū continue in nouitate boni opis feruet. Unde in huiꝰ myſteriū dicitˀ Leuit. vj. Ignis i altari meo ſemp ardebit quem nutriet ſacerdos ſubijciēs mane ligna ꝑ ſingulos dies. Altare vtiqꝫ mens hūana eſt q̄ſi alta res. alta res eſt aīa nr̄a que ad dei imaginē ⁊ ſimilitudinē eſt foꝛmata vt in deū aſcendat. Un̄. ij. Coꝝ. v. Mente excedimꝰ deo. In hac mente diuinus amoꝛ ſemp debet ardere quē illuminata ratio. q̄ eſt ſacerdos tunc nutriēdo ꝯſeruat: cum ꝑ ſingulos dies luminū dn̄oꝝ mane hoc eſt in ipſo ꝑmoꝛdio g̃rarū ſubijcit lig̃ id eſt. renūerat bn̄ficia magna que ſibi a diuina bonitate collata ſunt. In altari vtiqꝫ cinis erat. Quid enī cinis erat ⁊ ignis in altari niſi charitas in mēte humili.? Ignis in cinere melius ꝯſeruatˀ ⁊ creſcit: ſic amoꝛ in humilitate cuſtoditˀ ⁊ iuueneſcit. Ad hāc charitatis nouitatē hoꝛtamur Lu. xvij. Cū feceritis oīa que ꝑcepta ſunt vobis: dicite ſerui inutiles ſumꝰ. Ecce ꝙ dei amoꝛ eſt ignis q̄ ſemper mouetˀ vt inſatiabilitˀ ardeat in affectiōe nouꝰ ⁊ in ope recens. Hoc igne ardebat mēs glorioſi frāciſci ⁊ coꝛpus qui cū iam ſtigmata dn̄i in coꝛpe ſuo geſtaret ſummūqꝫ ꝑfectionis culmē iam aſcēdiſſet ad ꝯfrēs dicere ſolebat. Incipiamꝰ aliq̄d boni agere. ⁊ q̄ſi incipiemꝰ pniam facere? ⁊ ꝯſimilia multa.

## De ſeptē foꝛnacibꝰ q̄bus pꝛobatur in aīa verꝰ amoꝛ. Ca. iij.

t Ertia eſt lex puritatis. Nihil enī adulterine admixtiōis ſecum patitur verus amoꝛ. Ideo ſubdit ꝓbatum. Aurum enī ānihilatū nō niſi ſex poteſt ſuſtinere decoctiōes in ſeptima enī deficit. Sic charitas ficta ſex foꝛnaceſ patitur ſed in ſeptima alchimie falſitas patꝫ Primus nanqꝫ foꝛnaceus ignis fit in coꝛde. ſcōs fit in oꝛe. tertiꝰ in ope. q̄rtꝰ i inimicoꝝ dilectiōe. q̄ntꝰ in eoꝝ ſbuctiōe. ſextꝰ in recta intentiōe vt. ſ. ꝓptˀ deū h̄ oīa fiāt. ſeptimꝰ in ꝑ=

ſeuerāti ꝯtinuatiōe. Hic ſanct⁹ ꝓbat amoꝛ: qm̄ ſi verus nō eſt cito euaneſcit. Vn̄ Mat. x. Qui aūt ꝑſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſalu⁹ erit. Tunc eni aurū charitatiſ ꝓbatū eſt. id ē a dn̄o approbatum.

## Q diligentib⁹ deum oīa conuertunt in lucrum. Cap. iiij.

q Uarta eſt lex vtilitatiſ. Diues eniꝫ cito efficit: cui oēs mercancie. oēs vēdiciōes. oēs emptiōes. ceteriqꝫ ꝯtractus lucroſi fiūt. Sic non minus diuites fiūt qbus diligētib⁹ deū oia cooꝑant in bonū vt dicit ad Rho. viij. Cooperantur eni eis in bonū ꝓſpera adūſa ⁊ mixta ſiue bona gr̄e. mala culpe. ⁊ mala pene. Unde dicit Iob. vt locuples fias. Qui eniꝫ aurū dei amoris habet vere locuples eſt: qꝛ oia quecūqꝫ opatur in celeſtis theſauri loculos apud deū reponit. Tam p̄cioſa eſt charitas apud deū ꝙ etiā ipſa pctā que de genere pctā eſſent ſi hoc ſolo intuitu fiūt. ſ. diui amoris ⁊ charitatiſ: in aīe merita ꝯuertit ⁊ lucra. Nō eni eſt minoꝛ in bono diuina dilectio: q̄ꝫ ſit in malo diuina offenſio. Arrogāti eni bona ꝯuertunt in malū: qꝛ non ad dei gloriam ſꝫ ad ſuā ꝓpriā opatur teſte dn̄o Mat. vj. Si lumen qđ in te eſt tenebre ſunt ipſe tenebre q̄ꝫte erunt? Si eni in arrogāti lumē bonoꝛuꝫ operū q̄ ipſe ⁊ aliȷ̄ ꝑ eū illumiari deberēt ſūt tenebre pctōꝝ. i. bonū qđ facit fit ei peccatuꝫ ipſe tenebre. i. opa q̄ de genere ſuo ſunt peccata q̄ꝫta. i. q̄ꝫ grauia erūt? Ecce ꝙ arrogātia virtutes ꝯuertit in vitia nō min⁹ autē fit a diuina charitate de malo in bonū ſicut patet Oſee. j. vbi fornicatio ⁊ adulteriū in meritū et obediētie ꝑ diuinā diſpenſat dilectionem

## Articulus. iij. de q̄ttuoꝛ vltimis legibus charitatis dei. Et primo đ copioſitate diuini amoris. Capitulum. j.

p Rima aūt eſt lex copioſitatiſ. Multum q̄dem copioſa eſt h̄ mercācia amoris. Eſt ei immēſa que habꝫ in ſe infinitatē. incōprehēſibilitatē. ⁊ eternitatem. Nōne deus charitas eſt? Qui ſi ꝯſideretur in ſe infinit⁹ vtiqꝫ iuenit. Vn̄ pſ. Magnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis ⁊c̄. Si ꝯſideretur in compatiōe ad intellectū ſic eſt incōprehenſibilis. Unde apl's ad Rho. xj. O altitudo diuitiarū ſapie ⁊ ſciētie dei q̄ꝫ incōprehenſibilia ſunt ⁊c̄. Ideo dicit a pſ. ſedere ſuper cherubin. i. ſedere ſuꝑ ſciētie plenitudinē et ſuꝑ oēm intellectū creatū. Si vo in cōpatiōne ad diuturnitatē penſet: ſic inuenit eternus. Vn̄ apl's. j. Timoth. j. inquit. Regi ſeculoꝝ imoꝛtali inuiſibili ſoli deo honoꝛ ⁊ gloria in ſecula ſeculoꝝ amen. Magna eni ē copia huius mercācie. Nemo aūt dubitet qꝛ et ſi multi de ea emant: non tamē deficiet reliq̄ſ. Nam ⁊ ſi oēs mūdi hoies illam mercarent adhuc infinita eius copia ſuparet.

## Q facile repiri poteſt diuin⁹ amoꝛ. Capitulum. ij.

s Ecūda autē eſt lex facilitatiſ. Multa dixim⁹ de mercācia dilectiōis: ſꝫ vbi eſt vt illā inuenire poſſimus? forte in remotis ꝑtib⁹ eſt. forte difficile ē multis adire illam. Et licet multi eam emere ꝯcupiſcant tn̄ incertitudo loci itineris longitudo eos ab hoc ꝓpoſito deuiaret. tamē dilecti mei non ſic. Deus enim qui charitas eſt vbiqꝫ regnat. vbiqꝫ eſt. vbiqꝫ imperat. vbiqꝫ maieſtas eius. oia replet complectit vniūſa. faciliter eni hec mercācia inueniri pōt. Nullus qui eam emere nolit excuſabil' eſt. Prope eſt dn̄s oib⁹ inuocātib⁹ eum in veritate ſicut ait pſ. ⁊ dn̄s Lu. xvij. Amoꝛ intra nos ē

## Q̄tum ꝑiculū ſit negligentia in dilectione acq̄renda. Ca. iij

t Ertia vo eſt lex dubietatis. Forte multi ꝯcupiſcūt ſcire nūdinas. dubitant tp̄s hmōi p̄cioſiſſime mercancie. In volūtate eni mercatoris ſtat nūdinarū tp̄s. pſ. Mortificat ⁊ viuificat deducit ad inferos ⁊ reducit. Q̄diu in libertate arbitriȷ̄ ſum⁹ tp̄s eſt nūdinarū. p⁹ moꝛtē claudit damnatis apotheca amoris. Dubiū eſt igit tp̄s emptiōis eius. Et merito hoc facit ſapia mercatoꝛis ⁊ ꝓuidētia eius ꝓpter multa. Primo vt q̄libet ſolerti ſe prepararet. ⁊ ꝯgruo ꝓuideat tp̄e de mercācia amoris. Scđo vt oēs illū poſſe ꝑdere vel nō acq̄rere ꝑtimeſcāt. Tertio vt reprobi cecitatē quā meruerunt incurrāt. qꝛ eni vt illam emere potuerunt eam aſpernati ſunt. ⁊ merito q̄n illa indiguerūt iuſto dei iudicio ꝑuati ſunt. Prudentes aūt querūt illā emere q̄n illā poſſunt repire. Vn̄ Apoc. xiiij. Hec eſt ſapia ſanctorū. ſ. ꝓuidere in hac vita de charitate. Quā ſapiāꝫ improuide optabat q̄ Deut. xxxij. dicebat vtinā ſapent. ſ. ꝑfectiōes ⁊ excellentias charitatis ⁊ intelligerēt. ſ. leges diuini amoris. ac nouiſſima ꝓuiderēt q̄n deficient nundine diuine dilectionis. Unde. ij. Coꝝ. vj.

Feria q. post cin[er]es. M. de fide viua et mortua. Primus articulus



hoꝛtamur vos ne i vacuū gr̄am dei recipiatis. Ait eni Eſa. xlix. Tempe accepto. ſ. vite exaudiui te. ſ. charitatē vendēdo ⁊ in die ſalutis adiuui te. Ecce nūc tp̄s acceptabile ad amandū. Ecce nūc dies ſalutis. ſ. ad diligendum deum omnipotentē.

## Q denariȷ̄ q̄b⁹ emit dei amoꝛ ſunt peccata ⁊ crimina. Ca. iiij.

q Uarta aūt lex eſt pauꝑtatiſ. O q̄d facient paupes q̄ denarios nō habent? Et anteq̄ꝫ ad ſolutioneꝫ veniamus p̄mittendū eſt. ꝙ quilibet prepararet denarios ſuos nō alienos nō pximi nō dei. ſed qui ꝓprie ſunt ſui. Stultū foret ſi q̄s emens pannū ꝓ induēda vxore ſua poſt taxatū preciū iamqꝫ inciſa ipſa p̄cia panni peteret clauē de capſa denarioꝝ vendentis. ſi ipſi vendēti ſic ſoluere vellet emēs miraret mercatoꝛ vrbanitateqꝫ q̄dam emēti diceret. Amice facile poſſem totā mercanciā h̄ precio venūdare. Sic in ꝓpoſito nemo exiſtimet ꝓ hac mercācia đo ſoluē monetā que ipſiuſmet dei eſt. De ꝓprio ſoluat qui intēdit emere charitatē. Dn̄i eni ſunt bona tp̄alia. coꝛpalia. ⁊ ſpūalia. Tp̄alia q̄dem dei ſunt. Dei eni ſunt diuitie delitie denarū theſauri lapides p̄cioſi. p̄dia. domus ⁊ oēs mercācie fama virtutū ⁊ vniūſa que terre ambitu ꝯtinentur. Vn̄ pſ. Dn̄i eſt terra ⁊ plenitudo ei⁹ ⁊c̄. Coꝛpalia etiam dei ſunt. coꝛpus nr̄m nr̄a iuuentus. pulchritudo. ſanitas. filiȷ̄ frēs. et ceteri parentes. Spūalia q̄ꝫ dei ſunt. ſ. gratie virtutes dona ſcientie magn⁹ ſenſus grādis intelligētia. memoria tenax. volūtas bona. cunctaqꝫ ſpūalia bona. Unde Iac. j. Oē datū optimū ⁊c̄. Quid eni dabim⁹ deo pro hac p̄cioſiſſima mercācia? prepate burſas. Ecce nūc tp̄s acceptabile ecce nūc dies ſalutiſ extrahite marſupia. Quid inq̄ꝫ ſoluem⁹ đo? Quā monetā? Nr̄aꝫ. Quoſ denarioſ? Utiqꝫ nr̄os. In q̄ marſupio ſunt? In coꝛde. Preparate coꝛda vr̄a dn̄o. Queuaꝫ moneta nr̄a eſt ibi? Qui denariȷ̄? Pctā ſcelera iniq̄tates odia ire rixe auaricia rapina ꝑiuria blaſphemie detractiōes mēdacia furta vſure ⁊ cetera mala ⁊ abomiabilia ⁊ ſceleſta. Hi ſunt denariȷ̄ nr̄i: hi theſauri ⁊ monete. Hec acceptat dn̄s ꝓ p̄cioſiſſima mercācia amoris. nullūqꝫ aliud p̄ciū dn̄s ſuſcipit niſi qđ nr̄i ē. Nr̄a n̄ ſunt niſi mala: dei q̄dem ſunt omia bona.

In hac eni emptiōe ꝯſidera aīa mea q̄d damus: q̄dqꝫ recipim⁹. Demus deo humilē cōfeſſionē ⁊ recognoſcam⁹ ⁊ ꝯfiteamur oia mala ex nobis eſſe: oīa vo bona nr̄a ex deo eſſe. Cōfiteamur ſacerdoti ſcelera nr̄a. ipſe nēpe recipit denarios dei. ſibi ſoluunt cū peccata illi ꝯfitent pctōres. Peccata igit ſunt p̄ciū diuine dilectiōis. Vn̄ pſ. Dixi ꝯfitebor aduerſum me ⁊c̄. Ecce p̄ciū qđ dn̄o dat. Sed de cōmercio diuine dilectiōis ſubdit. Et tu remiſiſti impietatē ⁊c̄. Nō eni fit in aīa peccati remiſſio ſi in ea non adſit diuina dilectio. O imenſa benignitas dei. O pelagus infiniti amoris. O amplitudo diuine dilectiōis qua ab erroꝛe nos reuocās ⁊ in ꝑpetua charitate nos diligens ad te tua charitate nos trahis nr̄i miſerās miſeratoꝛ optime. O longitudo paciētie dei q̄ ſuſtines ſceleratos diſſimlans peccata hoīum ꝓpter pn̄iam. O ſublimitas ſapiētie dei que oēm ſupans ſenſum ſtulta q̄dammodo facta es: nūmos ſcelerū nr̄oꝝ ſuſcipiens ⁊ tuam charitatē nobis ꝯcedēs. O amoꝛ in te trāſfoꝛmās amoꝛes nr̄os. hāc veram ⁊ ipſe nos de amoꝛe huius ſeculi nequā transfer coꝛda nr̄a in veram tui poſſeſſionē. in p̄ſenti ꝑ ꝑſeuerantē gr̄am ⁊ in futuro ꝑ cōſūmatam gloriā. Qui cū pr̄e ⁊ filio ⁊c̄.

## Feria. v. poſt cineres de fide viua ⁊ moꝛtua. Sermo. vj.

v Ide et ſicut credidiſti fiat tibi Matth. viij. ⁊ in euāgelio hodierno. Sūt nēpe pleriqꝫ credētes ſe habere veram atqꝫ viuā fidem atqꝫ charitatē ꝓfitētes ſe credere oia neceſſaria ad ſalutē. ⁊ q̄nqꝫ bona plurima opant ⁊ tn̄ verā fidem charitate infoꝛmatā non habēt. Aliȷ̄ q̄ꝫ ſunt qui etiā ſine bonis opib⁹ habere ſe fidē viuā reputant ꝯtra quos Iac. ij. ait. Fides ſine opib⁹ moꝛtua eſt. Qđ verbū ad p̄ſentē materiā pōt eē aliud thema. Ad hoꝝ igit clarā intentionē et oium erroꝝ elimiationē. ⁊ ad viue ac moꝛtue fidei neceſſariā diſtinctionē triplicē fideꝫ diſtinguere neceſſe ē. p̄ma dicit lumioſa. ſecunda vo opoſa. tertia vo gr̄oſa. Prima ē ſolum in intellectu. ſcđa in opatiōe. tertia ꝑficitur ex vtraqꝫ. Prima pōt eſſe viua atqꝫ moꝛtua. ſcđa ſimilit. tertia vo ꝓ viua cōiter accipi ſolet. Et q̄libet q̄ ſm hanc triplicē fidē fidelis aut infidelis repiet a deo merebit audire vade ⁊ ſic credidiſti fiat tibi. ſ. in hoꝛa moꝛtis

## Articulus prim⁹ ꝙ fides ſine opib⁹ viua ⁊ moꝛtua eſſe poteſt

Pria eni fides đ lumioſa qꝛ ſolū ꝯſiſtit in

intellectu. nec tñ ꝑ opa cōpabaꝛ. Q̄ð quidez ex triplici cauſa ↄtingē pōt. Primo ex amore male inflāmāte. ſcðo ex timore male humiliante. tertio ex rōne bñ illūiante. Siue aliꝛ dicendū ſit ⁊ tñ idem ſit dicē. ſ. ꝙ h̄ ↄtingere pōt. ꝑmo ex inordinato amore. ſcðo ex inordinato timore: tertio ex reglata rōe. In duobus aūt ꝑmis fides ſine opibꝰ mortua eſt: in tertio xᵒ viua efficiꝛ per charitatem.

## Q̄ fides mortua eſt ſi ex triplici inordīata dilectiōe bona opera ceſſant. Cap̄. j.

Primo igiꝛ fides mortua eſt qñ eſt ſoluz in intellectu ⁊ bona ceſſant: qꝛ credēs bona nō opatur. ⁊ h̄ ex amore male inflāmāte hoc eſt ex inordinato amore. Triplex aūt pōt eſſe talis amor inordinatꝰ. Primꝰ eſt dictꝰ amor auarꝰ. ſcðs eſt amor luxurioſus: tertiꝰ xᵒ amor ſupbus. Primꝰ eſt amor auarꝰ. q̄ qui inficiꝛ licet intellectualiꝛ credat a bono tñ ope ceſſat: qꝛ ex cupidine tpaliū rerū implicat ſe in iniuſtí lucrí et in ↄtractibꝰ impijs. in mēdacijs. piurijs. i duplicitatibꝰ. in malicijs ⁊ circūuētiōibꝰ. in rapinis. in furtis. ⁊ in vſurí. mercaꝛ in feſtí et in locis deo dedicatí ⁊ in ↄſimilibꝰ multis Tñ talis interrogatꝰ ſi credat oīa q̄ tenet eccleſia credere ſe fateꝛ. ⁊ q̄ ad intellectū veruz fateꝛ: ⁊ tñ nō tm̄ a bono ope ceſſat. verūetiaz in multis impietatibꝰ implicaꝛ. Taliū nempe fides eſt qðdā credē generale. qð eccleſia ſctā tenet: q̄ in multí pticularibꝰ errāt. ⁊ in huiuſmodi fides mortua ē. Nā vera fides eſt et viua quā dei informat grā nō tm̄ gnāliꝛ. ſed etiā pticulariꝛ ad ſalutem neceſſaria credit. ⁊ oīa cauēda euitat. ⁊ opanda implet. Vñ. j. Cor. xiij. Charitas oīa credit. ⁊ ſi nō oībꝰ credat. Sed hi q̄dam credēda credūt. q̄daz xᵒ credēda nō credūt. Sicut aliꝛ aptū libꝝ intelligens videt. aliꝛ vero qui litteras neſcit. licet vtriqꝫ oculos habeāt pſpicaces. qꝛ intelligēs vir doctꝰ multa pticlaria recogſcit. ⁊ lraſ ⁊ dictiones. ⁊ ſenſus. ⁊ ſilia: q̄ impitꝰ igrat. Sic tales q̄dāmodo credūt. ⁊ dicūt deū eſſe. ⁊ iuſtoſ remunerātē. ⁊ impios punientē. credūt alterū eſſe ſeculū. credūt malū eſſe pctm̄. credūt bonū eſſe virtutes. aīam imortalem. ⁊ cetera multa: ⁊ tñ in his ↄſilibꝰ in pticulari multipliciꝛ errāt. Quia ſi viue ⁊ vere intelligerēt q̄d eſt deus. que ⁊ q̄ta ſit gloria padyſi: que et q̄ dura ſunt ſupplicia inferni: ſi intelligerēt horribilitatē pcti: ornamēta virtutū ⁊ aīe dignitatē: potiꝰ eligerēt milies mori q̄ ī minimo mortaliꝛ peccare ſiue offendē creatorē. Cur igiꝛ ↄtra p̄ceptū dñi Nō furtū facies tāta cupidine flagrāt: niſi qꝛ nō viuaciꝛ ſ; mortue ⁊ gnāliꝛ credūt: Vñ pſ. Tales oculos ſuos ſtatuerūt declinare in terrā. Talem fidez puto habuiſſe cupidiſſimū iudaz: qꝛ ex auaricia vēdidit ⁊ ꝓdidit ſaluatorē. Nō eni legimus poſt ꝓditionē deū nouā ei grām ↄtuliſſe: ⁊ tñ adhuc ꝑori lumīe fidei pmanēte: penitens fuit corde. ↄfitēs ore. atqꝫ ſatiſfaciēſ opere: licet infructuoſe. Vnde Mat. xxvij. Penitētia ductus retulit triginta argēteos pñcipibꝰ ſacerdotū ⁊ ſeniorībꝰ populi dicens. Peccaui: tradēs ſanguinē iuſtū. Et abiens laqueo ſe ſuſpēdit. Et ſic cū tali intellectuali fide. ⁊ ſine ope eternaliꝛ pemptꝰ eſt. cū q̄ autē multi auari ⁊ in mūdialibꝰ implicati: vſurarij. fures. raptores. ſcelesti licet eni in fine vite appareāt penitē: eternaliꝛ cruciēꝛ. Scðs xᵒ inordinatꝰ amor impediēs ne viua ſit fides in intellectu: eſt amor luxurioſus. Nā licet talis hō credat ſub tali gnālitate luxuriaz mortalē eſſe culpā tñ ex inordinata dilectiōe ſectaꝛ luxurias. fornicatiōes freq̄ntat. adulteria cumulat. inceſtꝰ ⁊ ſacrilegia patrat. ſodomias atqꝫ ſpurcitias horrēdas freq̄ntare nō ceſſat. Quere nūc obſecro ab hmōi ſcelerato ſi p̄dicta deo diſplicē atqꝫ dānabilia eſſe credat: fateꝛ h̄ credere ⁊ ſentire. Quis q̄s dubitat licet etiā verū dicat ꝙ fides hmōi mortua ſit? Tali itaqꝫ fide ꝓpħa dauid. ij. Reg. xj. ex libidine infidelis excecatꝰ nō ſolū cum berſabee adulteriū ppetrauit: verū ⁊ virū ſuum vriam crudeli nece pemit. Sic etiā ex libidine infatuatꝰ ſalomō ſapiētiſſimꝰ ſicut dꝛ iij. Reg. xj. idola muta ⁊ vana adorauit: licz intellectu ſm Aug. crederet deū. ſ. fide mortua ⁊ informi. Tertiꝰ xᵒ amor inordinatꝰ dictꝰ eſt amor ſupbꝰ. Hic q̄ mirabiliꝛ ꝑ impia opa mortuā reddit fidē: licet in intellectu fidei remaneat qðdā lumē. Sectaꝛ ille pcialitates ⁊ guerras. ambit dignitates ⁊ īgrātus q̄rit oībꝰ dñari extolliꝛ ꝓditiōibꝰ. eleuaꝛ ſeditionibꝰ. ad id laborat machinatiōibꝰ ⁊ cuz his oībꝰ pompí faſtibꝰ nunq̄ ſtatuit finē. Ecce opa tā iniq̄ ⁊ cū hac fide itellectualiꝛ credit oīa eē impia ⁊ iniq̄ ⁊ tñ mortuā eē in hoīe tali fidē ipſa opa mālfeſtāt lʒ ſe oīa credē atteſtaꝛ

## Fides mortua ē ſi bona opera ceſſant ex triplici inordīata timoratione. Cap̄. ij.

Secūdo q̄ fides pōt eſſe in intellectu. ſ. qꝛ hō credit attamē bona ei opa deſunt: ⁊ h̄ ex timore hūiliāte. h̄ ē ex inordinata timoratiōe. Vñ pſ. Illic trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Triplex eni timor ſolet aīam a bonis opibꝰ remouē. ꝑmꝰ eſt timor mūdanꝰ. ſcðs ē timor vanꝰ: tertiꝰ ē timor hūanꝰ. Primꝰ timor q̄ a bonis opibus ceſſare facit dꝛ timor mūdanꝰ q̄ potiꝰ eligit dimittē celū q̄ cenū. potiꝰ eligit amittē eternū regnū q̄ pdere mūdū: potiꝰ amittē grām q̄ ſubam. potiꝰ amittē aīaz q̄ ꝓpriā famam. Ex h̄ eni timore pleriqꝫ piurāt. ⁊ peierare tñ nō curāt: ne. ſ. tpaliꝛ dāneꝛ. Cōtra q̄s dicꝛ Lu. xij. Nolite timere puſillus grex qꝛ complacuit pr̄i vr̄o vob dare regnū. ſ. eternale q̄ ſi dicat q̄to ampliꝰ nō pmittet vob deficere ſubam tpalē. Scðs xᵒ dicitur timor vanꝰ Qui licet etiā credēda credat ī intellectu. potius tñ eligit pdere grām diuinalē: q̄ graz ſecularē. Et eiuſmodi ſunt q̄ potiꝰ parē eligūt p̄ceptí ac ſtatutis iniq̄s cōitatū ⁊ dñorꝝ q̄ p̄ceptis dei ⁊ h̄ ne amittāt eorꝝ grām officia ⁊ fauorē ideo multa impia patrāt. multas iuſticias negāt. atqꝫ multí bonis neq̄ſſime aduerſanꝛ. Cōtra q̄s dꝛ Act. v. obedire oportꝫ deo magí q̄ hoībꝰ. Inter hos cōputādi ſunt quidam q̄ ne diſpliceāt occultā retinēt veritatē: maxime cū illā ex debito vel officio teneanꝛ māifeſtare. Cōtra q̄s dꝛ ad Rho. viij. Nō accepiſtis ſpm̄ ſeruitutí iterū in timore. Itē dicit Berñ. Nō licet tacere cui ex officio incūbit peccātes arguere. Cōnūande etiaz inter iſtos ſunt q̄dam femīe inſenſate ⁊ vane. que tanta formidine timēt nō placē maritis ſuis ꝙ nō vereāꝛ ꝑ imoderatū ambitū vanitatuz ornatū ⁊ pompā vltra q̄ deceat chriſtianā religionē aīas p̄cioſo ſanguīe chriſti redēptas ſcādalizare: ⁊ eis pditiōis laqueū p̄pare. Tales eni ſm Amb. dū vereāꝛ maritale iudiciū pdidere ſuū. Nec eni adūtūt ꝙ ſicut vulpes malicia ſua decipit gallinā: ſic diabolus verſucia ſua decipit feminā vanā. Solet eni vulpes qñ videt gallinā ex timore ſuo in arbore aſcēdiſſe: ↄcito greſſu ſtipitē arboris ſatagit circūire. Qūa territa. gallina defixo oculo ⁊ ex alto ꝓſpectās. cerebri vertiginē inſperato patiꝛ. ex q̄ in arbore mīme ſe retinē valens d̄ arbore cadit: ſtatimqꝫ illā vulpes pata rapit atqꝫ comedit ⁊ occidit. Sic mulier inſenſata dum timet non placere viro ſuo meretricali ornatu ſe muniēs ⁊ vere rōnis ꝑ ſpūalē vertiginē iudiciū pdens: in os infernalis vulpí peccādo mortaliꝛ ruit. Tertiꝰ aūt dꝛ timor hūanꝰ q̄ licz etiā intellectualiꝛ credat. tñ ex timore ope ↄtradicit dū potiꝰ eligit mortē ſpiritualē q̄ mortē incurrē corpalē. Hmōi ſunt q̄ aſtricti iuramēto piurāt ſeu falſe alios ⁊ iniuſte ꝓ ſua liberatiōe accuſant. aut ne occidātur ore ⁊ ope fidē etiā negāt ⁊ nihilominꝰ fidem veram in corde tenēt. Hoc timore pterritus petrus licet crederet chriſtū filiū dei viui: dū mori timuit fidē negauit. Alij q̄ diſcipuli eandē fidem in intellectu ſeruātes plus tñ ſeipſos q̄ dñm diligētes ex h̄ timore eum dānabiliꝛ reliquerūt. Reſtat igiꝛ ꝙ neceſſarium eſt fidē ope ↄfirmare. Vñ Gregꝰ. Tunc veraciꝛ fideles ſumus ſi qð verbis ꝓmittimꝰ operibus adimplemus.

P Rima autem abomiatio furia nominat. Jdeo ꝓpheta ait. Furor illis. ſ. ineſt. Quātus autem crudeliſ furor ſit in talibus gomorreis oſtēdit Aug⁹. dicens. Hoc vicio laborātes homicide ſunt et ſi non gladio tamen facto. qui dicunt deo tu feciſti maſculū et feminā vt multiplicarent hoies ſicut dicitur Geñ. ix. Creſcite et multiplicami et replete terram. nos autē operam damus vt minuat et deficiat genus humanū femis non pturientib⁹. Jdeo hoc ſcelus hūana natura horret: quia q̄ꝫtum ꝑt et q̄ꝫtum in ſe eſt humanū genus ꝑimere nititur. Nam ſi oēs hoies eſſent gomorrei q̄s homo generaret? Certe nullus. Et ſic ꝑiret hūana natura. Proinde hmōi ſcelerati pharaone et egyptijs crudeliores ſunt cum illi (ſicut dicitur Exo. j.) interficerēt filios tm̄ maſculos hebreorum ex eis feminis reſeruatis. hi vero occidunt vtroſq̄. Nec tm̄ ſunt homicide: ſed (quod horribili⁹ penſare eſt) filicide veriſſime dici debent. Unde de tot filijs coram deo habent reddere rationē: quot ceſſante hoc ſcelere orirent. Quod ꝓuidens Job. xv. ait. Leditur quaſi vinea in primo flore botrus eius. id eſt. filius ad nature maturitatē venturus, Et iterū ꝓpheta ait. Diſperierūt in endor et facti ſunt vt ſtercus terre, Endor enī fons gnātionis interꝑtat. In hoc vero fonte omnes filij generādi diſpierunt: cum tale ſcelus diūſimode perpetrat. Nimirum tales filij in natura non generati contra parentes quotidie per facti euidentiam clamant illud Apocal. vj. dicēres. Uſq̄ quo dñe ſanctus et verus non iudicas et vindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terra? O ſi aperirent aures ſpūales ꝑrimoꝝ: de q̄t innūabilib⁹ locis q̄ nūare nō

licet pcipent q̄ m ultis in patrijs tpib⁹ noſtri
clamor zodomor̄ ⁊ gomorreor̄ multiplicat⁹
eſt voce terribili clamātiū ad ignem ad ignē.
Scđm eni Greg. tante inaudite turpitudi=
nes quaſi admiratiōes ⁊ dubitatiōes pariūt
in audiēte. Unde dn̄s ait Geñ. xviij. q̄ſi ad=
mirans ⁊ dubitās ſup tanto ſcelere. Deſcen=
dam (inq̄t) ⁊ videbo vtrū clamorem qui venit
ad me ope cōpleuerint: an non eſt ita vt ſciaʒ.
Non ſolum autē in marib⁹ verūetiā in femi=
nis ⁊ maxime i ſacro mr̄imonio ꝯſtituti hoc
ſcelus eſt abominabile. vn̄. xxxij. q. ij. c. adulte
rij Aug⁹. ait. Adulterij malū vincit fornica=
tionem. vincit aūt ab inceſtu. peius eſt enim
cū matre q̄ȝ cum aliena ꝯcumbere vxore. ſed
hor̄ oīum peſſimū eſt qđ ꝯtra naturā fit. vt ſi
et vir mēbro mulieris ad hoc non ꝯceſſo vti
voluerit. Sequit. ſed iſtud qđ ꝯtra naturam
eſt exrecrabilit quidem fit i meretrice: ſed exe
crabilius in vxore. Ex his verb̄ Aug. patet
q̄ horribili⁹ eſt abuti ꝯtra naturaȝ vxore: q̄ȝ
adulterari vel fornicari cū ꝓpria mr̄e. Pro=
inde Bonauē. in. iiij. di. xxxviij. ad lr̄am ait
Quia ſm q̄ſdam ꝓpter hoc pctm̄. ſ. ꝯtra na.
turam cum vxore pōt mulier dimittē ⁊ fuge
re virū ſed de hoc. j. dicet et. xxxij. q. vij. c. fla
gicia ait Aug⁹. Flagicia que ſunt ꝯtra natu=
ram vbiq̄ȝ ac ſemp repudiāda atq̄ȝ puniēda
ſunt. q̄lia zodomitarū fuerūt: que ſi oēs gē=
tes facerēt eodem crimis reatu lege diuina
tenerent. que non ſic fecit hoīes vt ſe illo vte
rent modo. Uiolat eni ip ſa ſocietas que cū
deo nobis eſſe debet: cū eadem natura (cui⁹
ipſe eſt auctor) libidinis puerſitate polluitur.
Propter h̄ eni ſcelus (ſm eundē Aug.) quia
erat in hūana natura filius dei ferē deſijt in-
carnari. Inſup Hiero. ſup illud Eſa. ix. ha=
bitantib⁹ in regiōe vmbre mortis lux orta ē
eis dicit q̄ lux illa oēs illo vicio laborātes ex
tinxit: ne natura (quā aſſumpſerat) tanta imū
dicia fedaret. Et hec pōt eſſe ratio q̄re chriſt⁹
tm̄ ſcelus nō legit arguiſſe: eo q̄ tam recens
memoria illius pūctionis i mūdo erat q̄ ho-
mines ab ipſo crimie abſtinebāt. Etiā in hui⁹
ſignū licet demōes de alijs crimib⁹ legant tē-
ptaſſe hoīes etiā viſibilit apparēdo: nullū ta=
men in vitiſpatrū legitur temptaſſe de vicio
contra naturā. Proch ſcelus horrēdū. Non
ne ꝯtumeliā infert chriſto qui crucē factā ad
ſilitudinē crucis illius: cui chriſti caro ꝯiun=
cta fuit i luto fedat. Sic nēpe chriſto iniuria
tur qui ꝯtra naturā humanā in virili ſexu ſi-
bi pſonalit copulatū p coinq̄nationē in h̄ ſce-
lere in carne ſua cōmaculat: que ab ipſo ꝑba-
ptiſmū abluta ē ⁊ ſanguie ſuo ſcificata ⁊ tīcta

## Q̄r ex malicia ſerpentina go-
## morrei odiūt mulieres. Ca. ij.

Ecūda abomiatio malicia merito
dicit vel dici pōt. Un̄ ꝓpheta ait.
Scđm ſimilitudinē ſerpenti. ſ. eſt
furor ille. Maxime etiā ad litterā
eſt inimicicia inter ſerpentē ⁊ mulierē dicen-
te dn̄o Geñ. iij. inimicitias ponā inter te ⁊ mu
lierē ⁊ ſemē tuū ⁊ ſemē illius. ſic vtriq̄ȝ ſm ſili
tudinē ſerpentis generat ſerpēſ antiqu⁹ odi
um ⁊ abomiatiōnē int gomorreanos ⁊ mu-
lieres non tm̄ eis delectationē in hoc flagi=
cio imūdus ſpūs ſubmiſtrat vt multo maio
rem cōplacentiā ibi ſentiāt q̄ hoc morbo la=
borant: q̄ȝ in fetore libidinis mulieri ſicut au
diui a talibus hoc nō erubeſcētib⁹ ꝯfiteri.
Nunq̄d ꝓpter h̄ ſcelus pōt mulier dimitte=
re virū ſuū: Rn̄det glo. xxxij. q. vij. c. oēs. ſu
per verbo zodomita dicit. Uidet q̄ dimitti
pōt maritū ꝓpter zodomiticū opus. xxxij. q
vij. c. adulterij vbi eni dicit q̄ illud crimē ad=
ulterio maius eſt. Item q̄d dices ſi ꝓpriā vx
orem polluit extra clauſtrū pudoris vel ſeip
ſum polluit ꝓprijs manib⁹ nunq̄d ob hoc di-
mitti pōt: videt q̄ ſic. quia noīe mechie oīs
illicitus ꝯcubit⁹ ⁊ illicit⁹ mēbror̄ vſus ꝯtine
tur vt. xxxij. q. iiij. c. meretrices. et. c. ſe. qđ
Laudenſ ꝯcedit. Uix credo q̄ ꝓpter aliqđ
iſtor̄ poſſet dimitti vir vt. xxxv. q. iij. exordi-
naria. Hec glo. Primū tenet Hug. et Ray. i
ſumma ſua rubrica de nūo teſtiū. Innoc. ꝯ
ex de diuor. c. j. Quid dicā ꝯ q̄buſdā ꝑch
nephandū ſcelus qui in fomentū huius ſce=
leris ꝯdiderunt libros diebus nr̄is in odiuȝ
ſacrum ꝯiugium exponētes: O rectores O
dn̄i O iuſticie zelatores: quid dormitiſ quid
ſtatis tota die ocioſi: Querite hos ſceleſtos
oīs honeſtati ⁊ pudicitie ac totius reipublice
corruptores ac deſtructores. Nam quoſ dei
timor a tanto ſcelere non reuocat ferro nēce
eſt vt abſcindant vulnera que fomētor̄ nō
ſenſerint diſciplinā vt dicit. lxxxij. di. c. plu=
rimos in fine. Sed quia nec ferro nec igne
hoc ſcelus in doctores eorum nūc punit: ti=
meo q̄ maxime italicis eueniet qđ alias pro
pter hoc ſcelus quibuſdā nationib⁹ ꝯtigiſſe
ꝓbatur. Nam. lvj. di. c. ſi gens anglorū. ſic
ſcribit Bonifaci⁹. iiij. regi anglor̄. Si gens
anglor̄ ſicut per iſtas ꝓuincias diuulgatuȝ
eſt ⁊ nobis in francia ⁊ in italia improperat
et ab ipſis paganis in improperium nobis
obijcitur ſpretis legalibus cōnubijs adul-



terādo ⁊ luxuriādo. ⁊ adinſtar zodomitice
gentis fedam vitā duxerit. ꝯ tali cōmixtione
meretricū eſtimandū eſt degeneres ꝑpl'os et
ignobiles ⁊ furētes libidine fore ꝓcrēados:
et ad extremū vniūſam plebē ad deteriora ⁊
ignobiliora vergentē. ⁊ nouiſſime nec bello
ſeculari fortem. nec in fide ſtabilē. nec hono=
rabilē hoībus. nec deo amabilē eſſe venturā.
ſicut alijs gentib⁹ hyſpanie ⁊ ꝓuincie burgō
dionū ꝯtigit: que ſic a đo recedētes for-
nicati ſunt donec vindex taliū criminū vltri
ces penas ꝓpter ignorantiā legis dei ⁊ ſara-
cenos venire ꝑmiſerit ⁊ ſeuire. Hec ille. Que
oīa timeō ⁊ valde ptimeſco italicis de ꝓximo
euenire. Nec aduertūt italici ceci ⁊ infideles
q̄ q̄tidie ⁊ maxime ꝓpter hoc ſcelus flagellā-
tur: qđ diuino flamie inſpirat⁹ imꝑator teſta
tur in auc. vt non luxurient ꝯtra naturā cir=
ca ſi. coll. vj. dicens: q̄ ꝓpter hoc crimen tem
peſtates ⁊ peſtilentie inducunt ⁊ fameſ ⁊ ter
remotus. Hoc etiam recitat Hiero. xxxij. q.
iiij. c. in eo.

## Ad q̄ȝtam duriciem cordis ex
## hoc ſcelere ꝑueniūt gomorrei.
## Capitulum. iij.

Ertia abomiatio duricies dicitur
Ideo ꝓpheta ſubdit. Sicut aſpi=
dis ſurde. gomorre⁹ ei aſpidi ſur=
de aſſilatur. Nam ſicut aſpis ſurda bonū vl
malum non audit: ſic ille neq̄ȝ exhortatiōes
ꝓmiſſionū. neq̄ȝ cōminatiōes punitionū ꝑci=
pere pōt. Un̄ Job. xlj. de tali hoīe inq̄t. Cor
eius indurabit quaſi lapis qui. ſ. nec vnctio
ne flectit nec ꝓmiſſione mollit. Et addit. et
ſtringet q̄ſi malleatoris incus. Incus eni q̄ȝ=
to plus malleo ꝑcutit tanto ampli⁹ indurat.
ſic cor hoīs gomorrei cum ad hāc abomia=
bilem duriciē longa ꝯſuetudie ꝑduct⁹ ē vſq̄ȝ
ad foueā inemēdabilit pſeuerat ſic Eccl'. iij.
teſtatur dicēs. Cor durū male habebit ī no=
uiſſimo. Ideo ait Bern. ad Eugeniū lib. j.
deſcribens cor durū ſic ait. Cor durū eſt qđ
nec compūctione ſcindit nec pietate mollit.
minis non cedit. flagellis indurat. ingratuȝ
eſt ad bn̄ficia. infidum ad ꝯſilia. ſeuū ad iudi
cia. inuerecūdū ad turpia. impauidū ad pe=
ricula. inhūanū ad hūana. temerariū ad di=
uina. preteritor̄ obliuiſcēs. ꝑn̄tiū negligēs. fu=
tura nō ꝓuidēs. Ipſum eſt cui preteritor̄ (pre=
ter ſolas iniurias) oīno nihil preter ꝑn̄tiū ni=
hil non apperit. futuror̄ nulla niſi forte ad vl
ciſcendū ꝓſpectio ſeu ꝑpatio eſt. Et (vt in bre-
ui cuncta horribilis mali mala cōplectar) ip=
ſum eſt qđ nec deū timet nec hoīes veretur.
Un̄ Geñ. q̄ȝ. xxxij. hoc viciū peſſimū nūcu=
patur cum dicit q̄ ioſeph accuſauit fr̄es ſu=
os apud pr̄em ſuū crimie peſſimo. i. h̄ ſcele=
ſti vicio qđ cum beſtijs aut cum alijs exerce=
bant. Ecce q̄ peſſimū viciū peſſimos hoīes
efficit atq̄ȝ in corde duros: vt merito aſpidi
ſurde ſilent. Igitur ꝓpter errorē huius tri=
plicis abomiatiōis tolle grabatū tuū. ſ. vbi
tanto tp̄e in tanto ſcelere iacuiſti.

## Articulus. iij. ꝺ triplici ſigno reprobatiōis obſtinatorum go morreorum.

Ternus autē huius ſceleri horror eſt re=
ꝓbatiōis. Ideo ꝓpheta ſubdit. In ſtudijs
ſuis. n̄ ē q̄ faciat bonū n̄ eſt vſq̄ȝ ad vnū. Stu
dia đo gomorreor̄ ſunt in adinuētiōes i ſce-
lere illo. Plus eni dn̄s abhorret ſtudioſam
voluntatē peccādi: q̄ȝ ipſum ſcelus. Tūc igit
tales ſtudioſi ſunt: cum nouos modos adin
ueniūt in hoc peccato dn̄o ꝑmittēte ⁊ grauita=
te huius ſceleris exigente. Un̄ de talib⁹ dn̄s
ait p ꝓphetam dicēs. Dimiſi eos ſm deſide=
ria cordis eor̄ ibūt in adinuētiōib⁹ ſuis. In
huis myſteriū Ezech. viij. dicitur. Adhuc vi
debis abomiatiōes maiores. Et ſequit. Et
cum fodiſſem parietē ecce vniūſa idola do=
mus iſrael depicta erant in pariete ⁊ p totū.
Per parietē caro deſignat. que ſi ꝑfoderet
apparent hmōi adinuētiōes carnis ⁊ videret
ꝓpheta. i. ſpūalis homo idola depicta in pa=
riete. Idola đo ſignificant adinuētiones in
peccato ꝯtra naturam que q̄dem ꝓpter ſtu=
dioſitatē depicta dicunt ⁊ ꝓpter nature con
trarietatē idola noiant. Idolum eni nihil ē
in rerum natura nec inter naturalia aliquid
ſimile habet: Sic talia ſcelera in rebus natu-
ralibus nullū ſimile reꝑire valent. Si enim
homo luxurioſus eſt reꝑit etiam aīal luxuri
oſum. ſ. aſinū canē vel equū ſi crudelis. leo-
nem ſi rapax lupum. ⁊ ſic de alijs. Non ſic i
ſcelere iſto: ſed ait. q̄ talia idola depicta erāt
p totum. ſ. quia non eſt qui faciat bonū non
eſt vſq̄ȝ ad vnū. Qđ quidem excluſiue legē=
dum eſt. i. nō eſt inter illos ſceleſtos qui faci=
at bonū nec etiam vnus. Ecce horror repro-
bationis. Que aūt ſigna reprobatiōis in ꝑ=
ſeuerātia huius ſceleris habeāt gomorreani
ꝓpheta ſubdit dicens. Obturātis aures ſu-
as que non exaudiet vocem incantantiū et
venefici incantantis ſapienter. Et poteſt eſſe
thema in p̄ſenti articlo. In q̄b⁹ verb̄ triplex
reꝓbatiōis ſignū inſinuat. Primū ē ꝑtinacia

- ſcõm eſt impñia: tertium eſt diffidentia.

## De maliciosa pertinacia obſtinatoꝝ gomorreoꝝ. Cap. j.

P Rimũ inq̃ꝫ reprobatiõis ſignum
gomorreoꝝ dicit ꝑtinacia. Jõ ꝓ-
pheta ſubdit. obturãtis aures ſu-
as. Pro q̃ notandũ eſt ꝙ aliud eſt
naturalit̃ eſſe ſurdũ: ⁊ aliud eſt ſpõte aures
obſerare. Per pmũ ſicut in pcedẽti. c. dictuꝫ
eſt duricies deſignat: vñ ꝓpheta ait ſicut aſ-
pidis ſurde. ſ. ex natura. Per ſcõm vo ꝑtina
cia demõſtrat: ideo ꝓpheta ait obturãti au-
res ſuas. ſ. ex ꝑtinacia. Tales vtiqꝫ ſunt go-
morrei qui ſicut aſpis obturat aures ſuas.
Duo vo ſunt q̃ aſpidis aures obturare pro-
bant. Primũ eſt terra. ſcõm eſt cauda. Sic
duo ſunt que obſurdeſcẽ faciũt gomorreos
Primũ eſt terra. i. carnis adoleſcẽtiũ ⁊ effe-
boꝝ luxurioſus amor. Scõm eſt cauda. id ẽ
vana ſpes pnie in extremis. Hec duo obtu-
rant aures gomorreoꝝ ne audire velint hu-
ius ſceleris rep̃henſores. De tali ꝑtinaci ait
pš dicẽs. Noluit intelligere vt bene ageret.
Sed audiant tales qđ dicit Prouẽ. xxviij.
Qui declinat aures ſuas nec audiat legem
ofo eiuſ erit execrabil. maxie in hora morti.

## De finali impenitẽtia gomorreoꝝ ⁊ de triplici cauſa q̃re fiũt impenitentes. Ca. ij.

S Ecundũ vo reprobatiõis ſignuꝫ
in eis eſt impenitẽtia. Jõ ꝓpheta
ſubdit. Que nõ exaudiet vocẽ in-
cantantiũ. i. ꝑdicatoꝝ ꝑdicantiũ ꝯtra hoc vi-
tium. Sed ſi ꝑdicator h̃ vicio infect⁹ eſt diffi-
cilius corruptorem ſuſcipit. Unde Eccl. xij.
Quis medebit incãtatori a ſerpẽte ꝑcuſſo?
Quare aũt talis non peniteat oñdit ꝓphe-
ta in ꝑſona hmõi ſcelerati dicẽs. Infix⁹ ſum
in limo ꝓfundi ⁊ nõ eſt ſubã. In q̃bus verb
oſtendit triplex impedimẽtũ impenitẽtie ſue.
Primũ eſt tenacitas. ſcõm eſt obſcuritas ſi-
ue cecitas: tertiũ eſt debilitas. Primũ eſt
viſcoſum q2 inuiſcat volũtatẽ: ſcõm eſt tene-
broſum q2 obtenebrat cognitionẽ. tertiũ eſt
ruinoſum q2 debilitat facultatẽ: ita vt infe-
lix gomorrean⁹ nolẽdo velit. cog̃ſcẽdo igno
ret. ⁊ conãdo nequeat ad ſtatũ vere pnie ꝑ-
uenire. Primũ impedimẽtũ tenacitas ẽ.
ideo ait ꝓpheta. Infixus ſum in limo ꝓfun-
di. Nempe in aquã ruẽs ſepi⁹ inde egredi p̃t
eundo ſeu natãdo. at non ſic iſte gomorrea-
nus q̃ de ſe ait. Infixus ſum in limo. i. in ſce-
lere h̃ qđ ſimile eſt limo. Limus eni ſterilis ẽ
fetens ⁊ tenax: ſic etiã h̃ ſcelus. Primo ẽ ſte-
rile q2 filij q̃ gnãrent diſꝑcũt: ſic ꝓpheta ait.
Diſperierũt in endor. i. fonte gnãtionis vt
dictum eſt in pcedẽti. c. arti. j. Scdo auteꝫ
fetens ẽ ſic q̃ꝫ hoc pctm̃ h̃ terribili fetore olet
Vñ illud Johel. ij. dicit. Aſcẽdit fetor eius
et aſcẽdit putredo eius. Dicit notant̃ aſcen-
dit: quia in altis hoib⁹ regnare h̃ pctm̃ ſolet
Tertio vo eſt tenax. Dicit eni ꝙ q̃ ſemel i
illud pctm̃ cadit difficulter reſurgit. Ideo di
citur Gen. xiiij. ꝙ vallis ſilueſtris in q̃ zodo-
mite cõmorabant habebat bitumis puteos
multos. Bitumẽ eni tenaciſſimũ glutinũ eſt
Vñ de talib⁹ dicit Eſa. xxiiij. formido fouea
et laque⁹ ſuꝑ te q̃ es habitator terre. Naꝫ hi
qui ꝑ tam obſcenũ affectũ cõmorant in ter-
ra ſupra modũ formidãt mortẽ: ⁊ tamẽ q̃ti-
die in foueã hui⁹ ſceleris dilabunt. ⁊ ita ab
eo illaqueũt. ꝙ illud ꝑ pniam non euadũt.
Scõm impedimẽtũ dicit obſcuritas ſeu
cecitas. Ne q̃dem q̃s credat ꝙ luie vel calore
vel vere luminis ille lim⁹ fruat ſubdit ꝓfun
di. Quid ꝑ hoc ꝓfundũ ſignat niſi ꝯſcia go-
morreani in ꝓfunditate hui⁹ ſceleris obceca
ta ꝑ carentiã luis radioſi. amaricata ꝑ abſen
tiam dulcoris gr̃oſi. ⁊ deſperata ꝓpter inex-
perientiã amoris amoroſi? De cecitate taliũ
dicit ꝓpheta ſuꝑcecidit ignis. i. h̃ ignitũ ſce-
lus: ⁊ non viderũt ſolem. i. nõ cognouerunt
miam dei paratam parcere penitẽti. De amari
cata ꝯſcia coꝝ dicit Job. xxxviij. Nunq̃d in-
greſſus es ꝓfundũ maris. i. nunq̃ꝫ ꝑ dulce-
dinẽ tuã viſitare dignat⁹ es ꝯſciam amaritu
dine hui⁹ ſceleris cruciatã? De eoꝝ aia deſpe
rata dicitur Prouerb. xviij. Impius ſcilicet
taliſ cum in ꝓfundũ peccatoꝝ ſcilicet talium
venit ꝯtemnit. ſ. reſurgere a peccati tam ſce-
leratis. Tertiũ obſtaculũ eſt debilitas ſeu
fragilitas. Unde ſubdit. Et non eſt ſubſtan-
tia. ſ. vt ſubſiſtere ⁊ ꝯtinẽ me poſſim. Quia
ſicut in ꝓfundo ⁊ fluido limo q̃tidie infigor i
hoc ſcelus. Proinde de talibus ait pš. Fiat
id eſt. fiet via illoꝝ tenebre ⁊ lubricũ ⁊ ange-
lus dñi ꝑſequens eos. Viatorẽ nempe cui h̃
tria ꝯcurrunt non ruere q̃ſi impoſſibile eſt
ſcilicet incedere in tenebris noctis ꝑ lubricaꝫ
viam ꝑſequente grauiter ⁊ impellente adũ-
ſario. Hec ſiq̃dem ſunt tres pene huius ſcele
ris inflicte anime infelici. Primo eni ince
dunt tales ꝑ ignorãtie tenebroſam noctem:
ideo ꝓpheta ait. Fiat via illoꝝ tenebre ſicut
idem alibi inquit. Neſcierunt neqꝫ intellexe-
runt qui in tenebris ambulant Scdo per



lubricã gradiunt viã: ideo ſubdit. et lubricũ
De talib⁹ Hieremias Thren. iiij. ait. lubrica-
uerũt veſtigia vr̃a in itinere platearũ vr̃arũ.
Tertio etiã a diabolo impellunt. Vñ ſub
dit. Et angelus dñi ꝑſeq̃ns eoſ. Angelus ve
ro iſte diabolus ẽ qui angelus dñi dicit: q2
velit nolit dño famulat. Vñ Job. iiij. ait. Ec
ce q̃ ſeruiũt ei non ſunt ſtabiles. Hic q̃dẽ an-
gelus dño ꝑmittẽte ꝑſequit gomorreos: vt
impellens. in h̃ ſcelus faciat eos ruere. Un-
de Eſa. xix. dñs ait. Concurrẽ dñs faciet egy
ptios adũſus egyptios. i. demones adũſus
gomorreanos: vt lubricãtes ad inferos tra-
hant eos. Sicut eni paſtor ſolet ꝑſeq̃ oues et
oportune impellẽ vt ad caulas deducat eas:
ſic diabolus ad caulas infernales ꝓſequitur
gomorreos. Vñ in ꝑſona taliũ Thren. iij. dr
Me minauit ⁊ adduxit in tenebras ⁊ non in
lucem. Et de his trib⁹ ſimul dicit Hiere. xxiij
Polluti ſunt ⁊ in domo mea. inueni malum
eoꝝ dicit dñs: ideo via illorum erit q̃ſi lubri-
cum in tenebris. impellent ⁊ corruẽt in ea. i.
impenitent morient in h̃ crimie nephãdo.

## Quõ ⁊ q̃n diffidenduꝫ ſit de gomorreoꝝ ſaluatiõe. Ca. iij.

T Ertiũ ſignũ reprobatiõis eoꝝ di-
citur diffidẽtia: ideo ꝓpheta ſub-
dit. Et venefici incantãti ſapiẽter
nõ exaudiet vocẽ talis gomorre-
ani. veneficus nẽpe a veneno ꝯficiendo dr.
Habet eni venenũ duplex ſignificatuꝫ. vno
modo idem ẽ qđ virus: alio mõ idem eſt qđ
tinctura iuxta illud vgilianũ. Fucat lana ve-
neno. Veneficus eni chriſt⁹ eſt. i. tinctor qui
veſtes ſuas ſanguine ſuo ꝓprio tinxit vt di-
citur Eſa. lxiij. Quis eſt iſte q̃ venit đ edom
tinctis veſtib⁹ de boſra? Boſra ciuitas eſt et
interp̃tat anguſtia vel tribulatio. Dicit etiaꝫ
chriſtus veneficus ab ipſo viru q2 facit de ip
ſo veneno tyriacã hoc ẽ de ipſo ſcelere caute
lam. vt ſit homo de ꝑpetrato ſcelere cautior.
et ꝯtra ipſum fortior ac in amore dei feruen-
tior poſt ruinã: qđ maxime in teneriori eta-
te ꝯtingere ſolet. q̃b⁹ dñs ꝑ eccleſiaſticũ. xxj.
ait. Fili peccaſti ne adijcias iterũ. Talis eniꝫ
veneficus chriſt⁹ ſapient incantat: dũ mẽtes
eoꝝ dulciſſimis inſpiratiõib⁹ allicit ⁊ ad peni
tentiã reducit dicens. Reũtere ſunamiti reũ
tere vt intueamur te: q2 auerti faciẽ meaꝫ ne
viderẽ tantam turpitudinẽ tuã. Sed reũte-
re aia mea quia dulciſſime te iuuo. benigniſ-
ſime te expecto. tm̃ ſcel⁹ vlciſci diſſimlo gau-
denter te ſuſcipio. reũtentẽ admitto offen-
ſam dimitto gr̃am liberalit̃ dono eã tibi mul
tiplicando. demũqꝫ vitã eternã ꝓmitto. Hec
ſunt verba chriſti venefici ſapient vtiqꝫ incã-
tantis vt tales de antris ⁊ gomorreanis ceci
tatibus ⁊ occultis extrahat ad lucẽ gr̃e irra-
diantis: nec cadant amplius i h̃ ſcelus. Un-
de Eſa. xj. Suꝑ foramia aſpidis ⁊ cauna re-
guli qui ablactat⁹ fuit manũ ſuã mittet. non
nocebũt ⁊ non occidẽt in vniũſo monte meo
q2 repleta eſt terra ſcia dñi. eo ꝙ ex auditi g̃-
uitatem hui⁹ ſceleri cog̃uerũt ex q̃ in horrorẽ
ipſi⁹ deuenerũt. Sed ecõtra hoies inuetera-
ti ⁊ in hoc ſcelere indurati: non exaudiẽt vo-
cẽ xp̃i venefici incãtãti vtiqꝫ ſapiẽt. Proide fi
lij merito diffidẽtie nũcupant ſicut teſtatur
apl̃s ad Eph. v. dicens. Propt̃ hec. ſ. ſcelera
venit ira dei in filios diffidẽtie. ſ. q̃ſi ſubuer-
ſe ſunt zodoma ⁊ gomorra. Eodẽ mõ noian
tur ex de exceſ. prela. c. clerici. Nempe actiue
et paſſiue diffidentie dici pñt. Primo q̃dem
actiue ſic dicti ſunt. q2 tale ſcelus cũ in ꝯſue-
tudine ductum eſt ita infelicem aiam rapit.
et tanta violentia tenet ⁊ ducit ꝙ in deſpera-
tionẽ illam adducit: ita ꝙ de eterna vita ⁊ de
ſua ſalute diffidat. Scdo modo filij diffi-
dentie nũcupant paſſiue eo ꝙ ſm glo. in pal
legato. c. clerici de ſalute eoꝝ diffidendũ ſit.
quia vix vel difficilime reuertunt ad deũ ſm
Chryſ. Tamen q̃uis difficile ſit: reuerti pñt
ad gr̃am dei. Vñ. xxxij. q. ij. c. ancillam Leo
papa ſic ait. Nemo eni deſꝑanduſ eſt duꝫ in
hoc corpe ꝯſtitut⁹ eſt: quia nõnunq̃ꝫ qđ diffi-
dentia etatis differt ꝯſilio maturiore ꝑficit.
Hec eadẽ verba ponunt de pe. di. vij. c. ne-
mo. Quare aũt talis ſceleratus ad veraꝫ pe-
nitentiã ꝑuenire nõ valet oñdit ꝓpheta q̃ in
pš. in ꝑſona gomorrei ad dñm ait. Concluſi
ſti me. i. ꝑmiſiſti me ꝯcludi in manibus ini-
mici. id eſt. in poteſtate huius ſceleriſ nec ait
clauſiſti ſed ꝯcluſiſti quia claudere ſiue clau-
di eſt ad tempus in peccato tenere vel teneri
concludi vo eſt impenitenter in eo morari.
De hac ꝯcluſiõe dr Thren. iij. Cõcluſit. ſ. hoc
pctm̃ vias meas lapidib⁹ q̃dris. ſ. ne ab eo
ꝑ penitentiã reſilire ⁊ euadere poſſem. Per
lapides eni q̃dros diũſi hui⁹ ſceleri gradus
ſignificant. Lapis eni q̃drus ſex facies habꝫ
ſicut etiam hoc ſcelus. Prima eſt ꝯſenſus rõ
nis. ſcđa eſt opatio ſceleri. tertia ꝯſuetudo ei
us. q̃rta gloriatio de h̃ pctõ. q̃nta defenſio il
lius: ſexta deſpatio ſeu p̃ſũptio đ mia dei q̃ ẽ
pctm̃ in ſpm̃ſctm̃. De turpitudie haꝝ facieꝝ
dr Naũ. ij. Facies oiuꝫ ſicͭ nigredo olle. Fe-
lix igitur homo q̃ horrẽs ꝑdictũ ſceluſ illius

corruptiões fugit. eius abomiatiões ſentit. ac etiā ipſius reprobatiōis ſigna humilit expaueſcit: ⁊ q̄ſi alter loth āgelo impante atq; dicente ſurge tolle grabatū tuū ⁊ ambula. i. fuge de tali patria. Patet ꝓinde ꝙ nos iſtorum memoriā horrificā penſata grauitate illi⁹ non tam breuitate ꝑſtrinxim⁹. q̄ etiaȝ fugimus ⁊ fugam⁹ ne maioris inſanie occaſionem demus inſipiētib⁹ ⁊ laſciuis. ſed tātō illius horrore oium repleat memoria vt etiaȝ illius horreat reminiſci in aio. Qd oībus fidelib⁹ dignet largiri hoſtis tante impietatis et amator mūdiſſime puritatis ⁊ caſtitatis dn̄s noſter ieſus chriſtus: Qui cū pr̄e ⁊ ſpū ſctō.

## Sabbato poſt primā dn̄icaȝ in. xl. de regimine principū ⁊ q̄rumcūq; regentiū. Ser. xvj.

Corripite inquietos. j. Theſſal. v. et in ep̄la hodierna. Ad ꝓncipes ciuitatū ac patriarū rectores loquit apl's cum ait. Corripite inquietos. i. hoies ſceleſtos peſtilētes ac ꝑturbātes polyticā pacificā ⁊ ciuilem. populi ꝯuerſationē ⁊ charitatē. Sed vt ſermo noſter circa regimē ꝑplo℞ vtilior generalior efficacior fiat, oſtendam⁹ q̄le debeat eſſe regimen cuiuſcūq; regentis: ſiue dn̄i corrigentis ſiue rectoris cuiuſcūq;. Qd vt ꝑfectius fieri poſſit ad vnū ꝓncipē ꝑ oīb⁹ dirigamus ſermonē. aſſumētes ꝓpheticū verbum in pſ̄. x. vbi deſcribit regimen vniuſcuiuſq; iuſti ꝓncipis atq; iuſte regentis cum ait. Iuſtus dn̄s ⁊ iuſticiā dilexit: eq̄tatem vidit vultus eius. Qd pōt eſſe aliud thema. Cū enim ꝓnceps ſit publica ptās dei in terris atq; diuine maieſtatis imago: ideo ei neceſſe ē vt ab eo (qui cuncta ſua diſpēſatiōe gubnat atq; ſibi in ꝓncipatu tradidit ptātē) exēplar ⁊ normam ſuſcipiat gubnandi. Nec hoc q̄dem ꝓpenſiori ꝯſilio efficere pōt: q̄ ꝑ iuſticie diſciplinam. Qd clare patet ex triplici rōne. Primo rōne ꝑfectiōis, ſcdo rōne diſtributionis. tertio rōne aſſiſatiōis. Primo vero rōne ꝑfectiōis. Iuſticia enī gn̄alis ēſt virt⁹ in ſe cōtinens cunctas mo℞ virtutes. Vn̄ Amb. in hexa. ait. Vbi eſt prudētia ibi interdū ē malicia, vbi fortitudo ibi iracūdia. vbi tempantia ibi impatiētia plerūq; inuenit. vbi auteȝ iuſticia: ibi ⁊ ꝯcordia aliarū virtutū. Jō princeps duȝ iuſticiā diligat ceteras virtutes amplexatur: ſine quib⁹ nihil aliud eſt eminētia ꝓncipatus q̄ ſui atq; ſuo℞ ꝑ abrupta ꝑiculorum ꝑcepſ curſus. Scdo eſt neceſſaria ꝓncipi iuſticie diſciplina. ratione diſtributiōis. Nam (ſicuti Proſper ait) Iuſticia eſt quedaȝ animi nobilitas, ſuam cuiq; tribuēs dignitatem. ſupiorib⁹ reuerētiā. parib⁹ ꝯcordiā. inferiorib⁹ diſciplinā, deo obediētiā. ſibiipſi ſcimoniā, inimico patiam: miſero compaſſionem, Vn̄ Aug⁹. Actus iuſticie eſt ſcire q̄cq̄d debeat reddere. non velle pluſq; poſſit diſtribuere, oēm ai cogitationē ad ſolū deum erigere: eumq; (tanq; nihil aliud) ſola mētis acie intueri. Sine hac iuſticia nullus ꝓnceps regnare pōt. Nam (ſicut dicit Aug⁹. iiij. li. de ciuita. dei. c. iiij. Amota iuſticia: quid ſunt regna niſi magna latrocinia. Ideo Sap̄. j. de iuſticia ꝓncipes hortat dicēs. Diligite iuſticiā q̄ iudicatis terrā. Tertio eſt neceſſaria ꝓncipi iuſticie diſciplina rōne aſſiſatiōis ſeu ꝯformatiōis. Deus enī in regimie vniūſi iuſte cū potentia, clemētia atq; ſapia cūcta diſponit ⁊ regit, ideo ꝓnceps ex deo ſuſcipiēs ꝓncipatū iuſto gubnatori deo toto ſtudio in regimine ꝑ iuſticiā ſatagit ꝯformari. ſicut in verbo p̄allegato pſ̄ teſtat dicēs. Iuſtus dn̄s ⁊c. In q̄bus ſctis verbis triplex iuſticia ꝓncipi in regimine neceſſaria demōſtrat. Prima eſt iuſticia vigoroſa de q̄ dicit. Iuſtus dn̄s. Scda iuſticia eſt amoroſa. de q̄ ſubdit. iuſticiā dilexit, Tertia eſt iuſticia radioſa. Vn̄ ſubdit. eq̄tatem vidit vultus eius. In q̄bus ſacratiſſimis verbis ꝑ iuſticiā vigoroſam pōt iuſte regere, ꝑ iuſticiā amoroſam vult iuſticiā ſeruare, ſed ꝑ iuſticiā radioſam ſcit oia cuȝ iuſticia diſpēſare, Vn̄ de his tribus Apoc. xi. Jo. in miſterio ait. Datus ē mihi calam⁹ ſiīs virge ⁊ dictū eſt mihi. Surge metire templuȝ ⁊ altare ⁊ adorātes in eo, atriū vero (qd eſt foris templū) eiice foras,

## Articulus prim⁹ in q̄ oſtenditur ꝙ (vt princeps bn̄ regere poſſit) ſunt ei neceſſaria que reddūt iuſticiam vigoroſam.

Primo eni ꝓncipi neceſſaria ē iuſticia vigoroſa q̄. ſ. poſſit bn̄ ſibi ſubditos gubnare. Vn̄ pſ̄. ait. Iuſtus dn̄s. In dn̄o nēpe potētia notat. Nullus eni ꝓnceps a deo ordinat in terris niſi vt tanq; miniſter ſuus vicia cōpmat. ſcelera obruat. ꝑplos dirigat. ⁊ iuſtos mores atq; virtutes inſerat ⁊ exaltet: nō ad ſuā gloriā tpalē ſed ad gloriā dei. Tres vero ſunt virtutū g̃dus. qui ꝓncipi bene regendi tribuūt poteſtatē. Primus eſt humilitas. ſecundus eſt iuſticia: terti⁹ ē mia. Quaſi ſint tres ptātū g̃dus. De his trib⁹ Apoc. xj. tangit ꝑ ordinē dicēs. Datus eſt mihi ⁊c.



## Qr ex munere dei ꝑ humilitatem acq̄rat princeps regendi poteſtatem. Capitul. j.

Primus⁹ eni ad ptātem g̃dus ē hūilitas. q̄ fundamētal' radix eſt totius potētie dn̄andi. Cū eni apl'us ad Rhoma. xiij. ait. Ois aīa, ptātib⁹ ſublimioribus ſubdita ſit. Non eni eſt ptās niſi a deo Ideo ꝓncipi neceſſariū eſt h̄ intelligē h̄ credere hocq; toto corde ſentire. vt ex h̄ ſe ſubdere diſcat impio dei q̄ nō ꝑ hūanis meritis ſed ꝑ ſua mia dedit talē hoi ptātem. atq; ſe indignū tanti muneris arbitret. Vn̄ in hui⁹ myſteriū in ꝑſona ꝓncipis h̄ implentis Jo. ait. Datus ē mihi calam⁹. Qd iohes q̄ in q̄ ē gr̄a interꝑtat deſigt. niſi ꝓncipē ſupna gr̄a irradiatū: Cui ꝓpterea calam⁹ dat vt ſe tāto dono recognoſcat indignū: qd ipſa natura calami notat. Nā vn̄ a ſe intus magis vacuus eſſe cernit. inde magis ſpū adimplet. atq; ex his duob⁹ ad mēſurādū aptior reddit: vt ꝑ eū leuior fiat metiētis man⁹. Primo eni taleꝺ eſſe officiū dn̄andi: vt q̄ illud hȝ ſeipſuȝ vacuū ⁊ inutilē reputet ad tale officiū exercēdū. Nā ſic dicit apl's. ij. Cor. iij. Nō ſum⁹ ſufficientes aliq̄d cogitare a nob: q̄ſi ex nob: ſed ſufficiētia nr̄a ex deo ē. Vtroq; erit mior eſtimatio ſui in ſe: tāto ſpūal' gr̄a ad regendū in tali aīa vberior abūdabit. Vn̄ Iac. iiij. ait. Deus ſupbis reſiſtit hūilib⁹ autē dat gr̄am. Vn̄ Ecc. iij. Q̄to maior es hūilia te in oīb⁹ et corā deo inuenies gr̄am. Pute⁹ vero (cū iux fluuiū ſit ꝓfundus) cito replet aq̄: ſic mens ꝓncipis q̄to magis iuxta deū hūiliat: tāto gr̄a vberiori replet. Cū aūt talis dn̄s fuerit ī ſuis oculis vacuus: ⁊ ſpū ſctō plen⁹: in dn̄o nō in ſe ꝯfidens: iuſſiōib⁹ dei adherēs: huic nō difficile ſed facile ⁊ leue erit ſuo℞ ꝑplo℞ multitudini ꝓuidē. atq; illos dirigē ⁊ gubernare. Et patria (q̄ prius erat plena blaſphemijs homicidijs ꝑcialitatib⁹ ⁊ odijs ſacrilegijs rapinis furtis vſuris ludis vanitatib⁹ laſciuijs et ſic de alijs) fiet quaſi regnū pacis amoris honeſtatis ⁊ oium bono℞ mo℞. Et de h̄ calamo verificet illud Eſa. xxxv. In cubilibus in quibus prius habitabāt dracones ⁊ viror calami ⁊ iunci orict. Quid eni ſunt multitudines populo℞ ſine dn̄o iuſto: niſi cubilia infernaliū draconū: Cum vero auſter ille ſpiritus veritatis amorē iuſticie in corde principis ꝯflauerit viror calami. i. boni regiminis pulchritudo in ſubditis eius populis orict. atq; viror iunci quia iūgendo dicit merito ſubſequet. cum in multitudie ſubdito℞ morum bonitas quo ad deū ⁊ cordiū vnitas q̄ ad ꝓximū apparebit. Vnde apl's ad Phil. ij. In tali dn̄o opatur deus velle ⁊ ꝑficere ꝓ bona volūtate. Et ſicut veris p̄dicatorib⁹ Mat. x. dicit. Non eni vos eſtis qui loq̄mini; ſed ſpūs patris veſtri qui loquit in vobis. Sic etiam oia iam dicta non opatur ꝓnceps ſed ſpūs dei patris opatur in eo,

## Qr ſine rigore iuſticie princeps bene dn̄ari non poteſt. Capitulum. ij.

Secūdus gradus ad potētiā dn̄andi eſt iuſticia: Et hoc notat in virga que corrigit delinq̄ntes. Ideo Joh. inq̄t. Similis virge. ſ. erat calam⁹ mihi datus. In duob⁹ ꝯſiſtit maxime iuſticia ꝓncipis. ſ. in iuſtarū legum ſanctiōe: ⁊ ī trāſgreſſo℞ punitione. Ideo in ꝑſona talis iuſti ꝓncipis Zach. xj. dicit. Aſſumpſi mihi duas virgas. vnam vocaui decus: aliā vocaui funiculū. Decus vero ꝓncipis ē leges iuſtas ſancire. Virge q̄ funiculū habet: cum trāſgreſſores iuſtarū legū ꝑ indiſſolubilē iuſticiā punit. Hec eni virga a rectitudie veritatis flecti nō debet, nec retro nec ante; non inſuꝑ a ſiniſtris neq; a dextris. Petro flectitur per timorem ante per ſpem a ſiniſtris per odiū: a dextris vero per amorem ſicut. xj. q. iij. c. q̄ttuor Greg⁹. ait. Quattuor modis humanū iudicium ꝑuertit. Timore. dum metu poteſtatis alicuius veritatē loqui ptimeſcim⁹. Cupiditate dum premio animū alicui⁹ corrumpim⁹ Odio dum contra quemlibet aduerſarium molimur. Amore dū amico vel ꝓximo p̄ſtare ꝯtendimus. Sūmope ꝓncipi cauendū eſt ne ſub clementie pallio inherciā induat leuitatis. Nulla in ꝓncipatu beſtia ſeuior: q̄ impunitas delinq̄ndi. Ferro ſecanda ſunt putrida mēbra ne cetera corrumpāt. Nihil tm̄ regimia potentiū infirmat: q̄tum languor iuſticie ſub noie pietatis. Ac econtra ꝑ iuſticiam omne regimen ꝯfirmatur ⁊ ſtabilitur. Vnde dicit Prouerb. xvj. Abomiabiles regi qui agunt impie quia in iuſticia firmabit ſolium eius. Vn̄ pſ̄. Brachia pctō℞ conterentur: ꝯfirmat autem iuſtos dn̄s. Quid ei talis falſa pietas: q̄ ad pcēs iniuſte ſupplicantiū impij dimittāt impūes. niſi iuſticie iterit⁹ mltiplicatio ſcele℞. violatio pacis. libtas pec-

candi. et fractio diuꝫ ꝯſtitutionū ſanctarū?
Que qdeꝫ deus ſufferre neqt: ⁊ ideo regna
tranſfert. aufert ptātes. ⁊ occulto iudicio do
minia mutat ſicut dicit Eccl. x. Regnū a gen
te in gentē trāſfert ꝓpt iniuſticias. Vn̄ ps.
ait. Propt iniuſticias eni ſuas hūiliati ſunt
ſcꝫ multitudies dn̄oꝝ. Si eni talis mollicies
atqꝫ in eis ſegnities pietas eſt. qd tanto labo
re ꝯtra trāſgreſſores inſtituunt leges. multi
plicant codices. ⁊ cumulant pncipū ſanxio-
nes? Vna ſūma ⁊ ꝯſūmata pietate ꝓuideri
pōt tāte impie pietati. Igne cōburant omia
iuſta inſtituta legū. Quid paulatim tn̄ bo-
nū hui⁹ pie crudelitatis opandū eſt. vno pie-
tatis impulſu ois iuſticie ⁊ veritatis lex impie
deſtruat: vt hec ſeua mollicies obtineat pn-
cipatū et regnet. Ideo Prou. vij. dicit ad iu
ſtum iudicē. Serua legē meā quaſi pupillaꝫ
oculi. Si igit crimē leſe maieſtatis incurrit q
offendit oculū regis. q̄tomagis qui offen-
dit oculum legis?

## Quāta pietate ac ſeueritate debꝫ fulgere princeps: vt bene valeat gubernare ſubditos. Cap̄. iij

Tertius gdus ad potētiā dn̄andi
miſericordia nuncupat. Debꝫ eni
pnceps rigorē iuſticie p fulcimen-
tū mie tempare. vt q̄tūcūqꝫ foris
riguerit p iuſticie ſeueritatē: intus tn̄ ſeruet
compaſſiōis ſuauitatē. Et licet virgam tene-
at manu iuſte diſtrictiōis: in pectore tn̄ ge-
rat vbera mr̄ne cōpaſſionis. Ideo ſubdit Jo
hannes. Datus eſt mihi calam⁹ ſimilis vir-
ge. Non eni ait datus eſt mihi virga. ſed ca-
lamus ſimilis virge: in q cum iuſticia mia de-
notat. Vn̄ ad talē pncipem ait ps. Dabo tibi
gentem in hereditatē tuā. ⁊ poſſeſſionē tuaꝫ
termios terre: ⁊ reges eos in virga ferrea.
Quid eni in ferro niſi ſuſtētatio mie deno-
tatur. Nam ſicut Greg⁹. ait. Juſticia vel mi-
ſericodia deſtituit: ſi vna ſine altera teneat.
Mira qdem dulcedie ad pncipē afficit ꝑpls
qn̄ ſe ꝯſpicit cū iuſticia ⁊ clementia gubnari.
In cui⁹ ꝑſona ait ps. Virga tua ⁊ baculus
tuus ipſa me ꝯſolata ſunt. Virga enim ſm
Greg. ꝑcutimur: ⁊ baculo ſuſtētamur. Sit
igit diſtrictio virge que feriat: ſit ⁊ ꝯſolatio ba
culi que ſuſtētat. Sit itaqꝫ amor ſed nō emol
liens: ſit rigor ſꝫ nō exaſperās. Et iteꝝ idē ait
Sit zelus ſꝫ nō imoderate ſeuiēs: ſit pietas
ſꝫ nō plus q̄ expedit pcens. vt dū ſe arte regi
minis iuſticia clemētiaqꝫ pmiſcet: is q pceſt
corda ſubditoꝝ terrēdo demulceat. ⁊ tuꝫ ad
terroris reuerētiā demulcēdo ꝯſtringit. Et
ſic reget virga ferrea ꝑplos pnceps pius et
iuſtus. Vn̄ Prou. xx. Mia ⁊ veritas cuſto-
diunt regem: ⁊ roborabit clemētia thron⁹ ei⁹

## Articulus. ij. de triplici officio iuſticie amoroſe: in qbus ſe exercere tenetur princeps.

Scd̄o eſt neceſſaria pncipi iuſticia amoro
ſa. Vn̄ ps. Juſticiā dilexit. Ad hāc diligēdā
hortabat pncipes ſpūs charitatis cuꝫ Prou.
xv. ait. In abūdāti iuſticia vtus maxia ē. Jo
dictū eſt Joſue. vij. Job. x. pncipi in q regit
gr̄a dn̄andi. ſurge. ſ. p amoroſum affectū ad
deū iuſte gubnās ad gloriaꝫ dei atqꝫ ꝓximi
id eſt. amor dei reflectat ad ꝑplm tibi ſubie-
ctum: oēm tibi cōmiſſum ſtatū amoroſa iuſti
cia gubnādo. Tria ſunt officia iuſticie amo-
roſe: in qbus occupari iubet amabilis prin-
ceps. Primū honorare diuina ⁊ ſacra. ſcd̄m
augmētare deuota: tertiū refrenare iniqua
Et h eſt ſm Jo. metire templū ⁊ altare ⁊ ad-
orantes in eo.

## De reuerētia quā debēt exhibere principes diuinis ⁊ ſacris Capitulum. j.

Primū qdē officiū iuſticie amoro-
ſe in pncipe ē honorare dīna ⁊ ſa-
cra: id dictuꝫ eſt illi. Metire tem-
plū. Templū vo a ꝯtēplādo dr ⁊ ſigt dīna et
ſacra q vt honorent diſcreta ꝯtēplatiōe ꝯſi-
derāda ſunt: ⁊ h eſt pncipē metiri templum.
Licet eni oia q ptinēt ad dīnū cultū mag ve-
neratiōe ſint dig: tn̄ tria maxie decēt pncipē
venerari. Primo ſctiſſimū ſacramentū. ſcd̄o
diuinū verbū: tertio eccleſiaſticū gradum.
Primo inqꝫ decet pncipē venerari ſctiſſimū
ſacramētū audiēdo deuote miſſas ⁊ pmiſſa
vera ꝯfeſſiōe ſepi⁹ ⁊ deuote ſumē corp⁹ chri-
ſti. Quāta aūt veneratiōe ſit dignū h dīnū ſa-
crificiū oſidit de ꝯſe. di. ij. c. nihil vbi dr. Ni-
hil in ſacrificijs mai⁹ eſſe pt q̄ corpus ⁊ ſan-
guis chriſti. nec vlla oblatio hac potior ſed h
oēs pcellit: q pura ꝯſcia dn̄o offerēda ē ⁊ pu
ra mēte ſumēda atqꝫ ab hoib⁹ venerāda. Et
ſic potior ē ceteris ita poti⁹ venerari oꝫ. Vn-
de. j. Regl. ij. dn̄s ait. Qui honorificauerit
me honorificabo eū: q aūt ꝯtēnūt me erūt ig
biles. Ad h idē referri pōt ſolertia quā debꝫ
habere pnceps vt in dn̄io ſuo obſeruent fe-
ſta ab eccleſia ordiata: refrenent pompe ex
qbus innūabilia ſequunt mala ⁊ ꝯſimilia q-
bus populi in vitijs ſūmergunt ꝑuigili cir-



cumſpectione curent. Nam ſepe fit iudicio
dei ⁊ multiplicatis crimib⁹ ꝑploꝝ dn̄i cum po-
pulis flagellant: qr ꝓpter peccata populi ve
niunt adūſa. Ideo dicit Sap̄. xviij. Simili
pena ſeruus cū dn̄o afflictus eſt. Scd̄o de-
cet pncipem venerari dīnū verbū. Plerūqꝫ
dn̄i miſſas audiant reuerent eccleſias viſitēt
officia ⁊ ſuas orones non ptermittāt: ſꝫ heu
de verbo dei parū curant. Sed diligent ad-
uertant Archidia. in. c. interrogo vos frēs
j. q. j. ꝙ licet pdicatio ſit corpe chriſti mior di-
gnitate: eam tn̄ ſumētib⁹ maior eſt efficiēdi
ptāte. Nam p pdicationē dimittuut peccata
mortalia: p corpus vo chriſti venialia relaxā
tur. Vn̄ Prou. xiij. Lex ſapientis fons vite:
vt declinet a ruina mortis. Vnde Act. ij. ad
verbū petri circit tria milia hoīum ad deum
ꝯuerſi ſunt. Vn̄ ps. Lex dn̄i imaculata ꝯuer
tens aīas. Vn̄ Eccl. xxxij. deuotū pncipem
hortat dicēs. Audi tacens ⁊ p reuerētia acce
det tibi gr̄a bona. i. remiſſio pctōꝝ. Ter-
tio decet pncipē venerari eccleſiaſticū gduꝫ
Magna quippe ac venerāda dignitas eſt ſa
cerdotis ⁊ eccleſiaſtici gdus. His nēpe ptās
deſup data eſt aīas ſeruare paſcere ſoluere
et ligare ⁊ eis regna celeſtis reſerare: dicēte
dn̄o Mat. xviij. Amen dico vobis quecūqꝫ
ligaueritis ſup terrā ⁊c. Hi ptātem habēt q-
tidie a ſummis celoꝝ educere dn̄m angeloꝝ
dū miſſarū ſolēnia celebrant. Eccleſiaſtico
q̄ꝫ gradui ꝯceſſa eſt ptās miſtrādi eccleſiaſti-
ca ſacra. Et lꝫ plimi inueiāt diſcholi ⁊ ſceleſti
tū dum illos ſuſtinet eccleſia dei: honorandi
ſunt ꝓpt gdus ſublimitatē dicēte dn̄o Lu. x.
Qui vos ſpernit me ſpernit. Vn̄ Eccl. vij.
Honora deū ex tota aīa tua ⁊ honorifica ſa-
cerdotes. Sed vt populi eius meli⁹ gubnen
tur ⁊ etiam habeat occaſionē maiorē venerā
di eos: ſemp q̄tum fas ē querat hr̄e clericos
et platos timētes deū. Sumāt pncipes exē-
plum fideliſſimi ꝯſtantini qui cū ſacerdotuꝫ
ꝯſiliū in lateraū. eccleſia ꝯuocaſſet nec pmuꝫ
locū auſus obtinere eſt nec ſe pſbyteroꝝ cō-
miſcere ꝯſeſſib⁹ ſed ſedē nouiſſimā occupa-
uit. Snīas vo qs ab eis approbatas audiuit
ita veneratus eſt ac ſi eas de dīne maieſtatis
ſenſiſſet emanaſſe iudicio. ſed ⁊ libellos in-
ſcriptionū qs adinuicē ꝯceptos ſacerdotuꝫ
crimina ꝯtinētes impatori porrexerūt ſuſce-
pit qdem clauſoſqꝫ repoſuit in ſinu ſuo. Cuꝫ
aūt eoſdem ad charitatē ⁊ ꝯcordiā reuocaſſꝫ
dixit ſibi tanq̄ hoi ⁊ qui ſacerdotuꝫ iudicio
ſubiacebat illicitū eſſe examiare cauſas q ni-
ſi a ſolo deo pūt iudicari. Libelloſqꝫ qs rece
perat non inſpectos incēdio dedit patrū ve
ritus crimia vel ꝯuicia publicare ⁊ cham filij
reprobi maledictionē incurrere qui pr̄is ve
renda non texit. Vn̄. xcvj. di. c. in ſcripturis
etiam ſcriptum eſt ꝯſtantinū dixiſſe vere ſi
oculis ꝓprijs vidiſſem ſacerdotē dei aut ali-
queꝫ eoꝝ qui monaſtico habitu circūamicti
ſunt peccantē chlamydē meam explicareꝫ et
cooperirem eum ne ab aliquo videretur. Hac
triplici veneratiōe deuot⁹ ⁊ fidelis pnceps di
ſcrete metitur templum.

## Quāto feruore debet princeps augmētare obſeruantiā regularem. Capitulum. ij.

Secundū officiū iuſticie amoroſe i
fideli pncipe eſt augmētare deuo-
ta: ⁊ hoc eſt ſm Joh. metiri altare
Altare ſiqdem in quo Leuit. vj. pceptū erat
ſemp ardere ignem. ſtatū ſigt deuotoꝝ: in q
bus ſemp debet feruere ignis dīuine deuo-
tionis. Hic eſt ignis d q Lu. xij. dicit. Ignē
veni mittere in terrā vt. s. Tunc vo pnceps
altare metit: qn̄ cuꝫ prudēti diſcretiōe deuo
tioni diūſarū ꝑſonarū ⁊ ſanctarū religionū
multiplicit fauet. vel ꝙ in patria ſua d nouo
regulares ꝯuentus ſeruoꝝ dei edificent. vel
ꝙ edificati iam diu i regulari obſeruātia ob-
ſeruent. aut ꝙ iam deniqꝫ relaxati ad diſci-
plinam regule ꝯfirment. Sunt eni tales ocu
li patriarū verbo ⁊ exemplo. Ex ipſis enim
praui corrigunt atqꝫ virtuoſi inſerunt mo-
res orones atqꝫ ſupplicatiōes p pncipe ⁊ po-
pulo porrigunt ad deū. impetrat p illis mi-
ſericordia placat iuſticia amouent flagella ſi
da ⁊ luioſa dant ꝯſilia: ⁊ ex infernali bara-
tro multiplicit aīe liberant. In hoc vero ma
ri magno hui⁹ ſeculi nequā in q reptilia q̄rū
nō eſt nūs vbi pegrinantiū multitudo pidi-
tatur: plurimi in ſtatu religiōis q̄ſi in portu
ſalutis a naufragio reſeruant. Ibi eni ſcd̄m
Bern. amplius q̄ in pcelloſo mundo viuit
homo purius. cadit rarius. reſurgit veloci⁹
incedit cautius. quieſcit ſecuri⁹. irrogat fre-
quentius. purgat citius. morit ꝯfidentius:
et in fine a dn̄o copioſi⁹ premiat. Dium au-
tem pdictoꝝ fructuū bonoꝝ fidelis ⁊ deuot⁹
princeps dum per hunc modum in via iſta
metit altareꝫ tante deuotioni fauorabilis re
peritur: efficaciſſima poſt deū cauſa pōt dici
ac per hoc cumulatiſſimā multitudinē meri-
torum ꝯſequit. Diſcant fideles noſtri pnci-
pes exemplar imitari magnoꝝ deuotoꝝ vi-
rorum. ꝑſpiciant ac legant q̄tas abbacias

et religioſiſſima monaſteria edificauerint et
feruētiſſime fouerint vt fuit fideliſſimꝰ impe
rator karolus magnuſ. rex ꝙ francoꝝ ſctiſſi
mus ludouicus. ⁊ famoſiſſimꝰ rex robertus
et ceteri nobiles ꝑncipes q̄s cauſa breuitatꝭ
omitto.

## Contra eos q̄ dñis aut principibus adulanť: ⁊ q̄bus ſubditi dñis ⁊ dñi ſubditis obligati ſunt. Capitulū. iij.

t Ertiū ꝙ officiū iuſticie amoroſe i
ꝑncipe virtuoſo eſt refrenare ini-
qua: ⁊ hoc eſt ſcđm Jo. metiri ado-
rantes in templo. Quid ꝑ templū niſi eccle-
ſia ſctā ſignificať: Unde ꝯgregatiōꝭ fideliuȝ
ait apl's. j. Coꝝ. iij. Templum dei ſctm̄ eſt qḋ
eſtis vos. Sunt eni pleriqꝫ q̄bus ſolū nomē
chriſtianitatꝭ ſufficiēs eſt: totam fidē in labijſ
ſuis portāt. Unde Mat. xv. Populus h̄ la-
bijs me honorat: cor aūt eoꝝ longe eſt a me
Et hi ſunt q̄ adorāt in templo. ſ. ſolo ore: cor
de tamen ⁊ ope gentiliť viuūt. Tales fidelis
ꝑnceps metiri debet: atqꝫ ꝑ eū ſunt a malis
opꝫibus refrenādi. Sed ad p̄ſens ceteri omiſ
ſis ad eos qui ꝑncipibꝰ q̄tidie aſtant diriga-
mus ſermonē. cum ſi bn̄ ꝑncipis familia et
domeſtici dirigant faciliť totus bn̄ regiť ꝑn-
cipatus. nihilqꝫ ꝑncipi ꝑnicioſus eſſe pōt ꝙ
domeſticus inimicus: hmōi ſunt adulatoreſ
et veritatꝭ occultatores. Solent eni ꝑncipibꝰ
magis domeſtici freq̄ntiꝰ adulari. virtutem
ꝯuertētes in viciū ⁊ ecōtra: ab his iuxta illḋ
ps̄. laudať pctōr in deſiderijs aīe ſue ⁊ ini-
quus bn̄diciť. Sup q̄ Aug. Lingue adulan
tium alligāt aīas in pctis nec ſolitaria ſerpit
adulatio nequā: comites ſecū plerūqꝫ habet
ambicionē. fraudem. odiū. ſimlationē. inui-
diam. ꝑditionē. ⁊ notā mēdacij. ſequelā ſer-
uitutis. ⁊ exceeatiōnē ꝓximi: atqꝫ totꝰ exter
miniū honeſtatꝭ. Hi ſunt ſyrene in delubris
voluptatis vt diciť Eſa. xiij. Audiat igiť ꝑn-
ceps ꝯſiliū ſalomonis Prouerb. j. Fili mi ſi
te lactauerint pctōres ne acq̄eſces eis: q2 vt
diciť Prouerb. xxvij. Meliora ſunt vulne-
ra diligentꝭ ꝙ fraudulēta oſcula odientꝭ. et
v. q. v. c. non ois. Melius eſt cum ſeueritate
diligere: ꝙ cum lenitate decipe. Hoc oleum
abhorrebat rex ſctiſſimꝰ dauid cuȝ dicebat.
Oleum autē pctōris non impinguet caput
meum. Simili labe corrumpunť multi ꝑnci
pes mūdi vt de genere dn̄antiū repiant ra-
ri qui ꝓpter inſuetudinē audire ſuſtineāt ve
ritatem. Cum quidam felix dn̄s i circulo ma
gnatoꝝ glorianť enūaret diuitias delitias fi-
lios vxorem familiā principatū pulchritudi-
nem ſanitatē nobilitatē famulos equos ar-
ma famam palacia atqꝫ cūcta ſolacia atqꝫ to-
tius ſue felicitatis abſqꝫ defectu gloriā ⁊ ma-
gnificentiā ſigularē: inter alia interrogās cir
cumſtantes ait. Quid eſt qḋ mihi deficiat in
ter multos ꝑncipes mūdi: Cui ex adūſo qui
dam ſapiens ait. Dñe nihil tibi deficit niſi q̄
tibi denūciet veritatē. edoctus quidem ſnia
Senece dicentꝭ. Uis ſcire quid oia habenti-
bus deſit: Qui dicat veritatē. Pro his oībꝰ
norint ꝑncipes atqꝫ amici ⁊ ꝯſiliarij ſui qḋ
xxij. q. v. c. de forma. dictū eſt. ꝙ qui dn̄o ſuo
fidelitatē ſeruare teneť iſta ſex in mēoria ſꝑ
hře dȝ. icolumē tutū honeſtū facile vtile poſ
ſibile Jncolumē. ſ. ne ſit in damnū dn̄o ſuo
de corpe ſuo tutum ne ſit ei in damnū de ſe-
creto ſuo vel de munitiōibꝰ per quas tutus
eſſe poteſt. Honeſtū ne ſit ei in damnū de iu
ſticia ſua vel de alijs cauſis que ad honeſta-
tem eius ꝑtinere videnť. Utile ne ſit ei in dā
num de ſuis poſſeſſiōibꝰ. Facile vel poſſibile
ne id bonū qḋ dn̄s ſuus facere leuiter pote-
rat faciat ei difficile: nec etiam id qḋ poſſibile
erat reddat ei impoſſibile. vt fidelis hec do-
cumenta teneat iuſtū eſt. Sed q2 non ſufficit
abſtinere a malo niſi faciat qḋ bonuȝ eſt. re-
ſtat vt in eiſdem ſex ſup̄dictis ꝯſiliū ⁊ auxili-
um dn̄o fidelis p̄ſtet. ſi bn̄ficus videri vult et
ſaluus de fidelitate eſſe quā iurauit dn̄o ſuo
in his oībus fidelem ſe reddere debet. qḋ ſi
non fecerit: merito cenſebiť malefidei ſicut il
le qui in eoꝝ p̄uaricatiōe vel faciēdo vel con
ſentiendo dep̄henſus fuerit ꝑfidus ⁊ piuruſ
Et de alijs q̄buſcūqꝫ ſubditis ad Eph. vj. ait
Serui obedite dn̄is carnalibꝰ cum timore ⁊
tremore in ſimplicitate cordis vr̄i ſicut chri-
ſto: non ad oculū ſeruiētes q̄ſi hoībus placē
tes. ſed vt ſerui chriſti faciētes voluntatē dei
ex aīo cum bona volūtate ſeruiētes ſicut do
mino ⁊ nō hoībus. Ex q̄bus oībꝰ intelligāt
ꝑncipes ſe locum dei tenere in terris non ad
ſe extollendū: ſed ad ſe ꝯſiderandū ⁊ ad diri
gendū ſuos ſubditos in gloriam eius q̄ ꝯſti-
tuit eos loco ſui ꝑncipes ſup terram.

## Articulus. iij. Q̄rti ꝑiculi ſunt apud principes ignorantia ⁊ negligentia in regēdo: et de tribuſ generibꝰ impioꝝ qui aduerſantur iuſticie dei.



Tertio eſt neceſſaria ꝑncipi iuſticia radio
ſa qua. ſ. ſciat ꝑſpicaciť intelligē q̄liter valeat
bn̄ ſibi ſubditos gubnare. Et de hac iuſticia
ps̄ ſubdit. Eq̄tatē vidit vultꝰ eius. Vultꝰ nē
pe q̄ a volēdo dr̄ tunc in ꝑncipe eq̄tatē videt
cū iuxta illius facultatē mens eiꝰ in amoro-
ſo zelo inuigilat ſup ꝑplm ſuū. vt videat que
in ſuo dn̄io iuſte ſiue iniuſte fiūt. Plimi nāqꝫ
in h̄ ſeculo dn̄anteſ vel vt q̄etius fruanť mū
do vel vt excuſabiles videanť ꝑplo ſeu aliter
opꝫantes peccata alienis oculis vidēt atqꝫ ſci
enter neſciūt: iniuſticias ⁊ neq̄tias que in co
rum dn̄io ꝑpetranť non notāteſ. Q̄ꝫ crimi
nis ſit hmōi ignorare his q̄bus incūbit ꝑploſ
gubnare: O ignorātia affectata q̄ iniuſticia
rū iniq̄tatū atqꝫ iniuriarū in mūdi dn̄ijs es
mater ⁊ nutrix: Quot reddis ſcelera impu-
nita q̄ fideliſſimos dn̄os reddis cordialiſſi-
mos inimicos: Hanc ignorantiā admirans
Eccs̄. iiij. ait. Uidi calūnias que ſub ſole ge-
runť ⁊ lachrymas innocentiū ⁊ ꝯſolatorē ne
minē nec poſſe reſiſtere violētie eoꝝ cuncto-
rum auxilio deſtitutos: ⁊ laudaui magꝭ mor
tuos ꝙ viuētes. Harū aūt iniq̄tatū volunta
ria ⁊ affectata ignorātia ꝑncipis cauſa ē dicē
te ps̄. Noluit intelligē vt bn̄ ageret. Nō eniȝ
ait non intellexit: ſed noluit intelligē. Qḋ q̄-
dem nihil aliud eſt ꝙ q̄dāmodo ſecrete his
oībus iniq̄tatibꝰ ꝯſentire. Un̄. lxxxvj. di. c.
facientis dr̄. Facientꝭ ꝓculdubio culpā habȝ
qui qḋ pōt corrigē negligit emēdare. ⁊ negli
gere cū poſſis ꝑturbare ꝑuerſos. nihil aliud
eſt ꝙ fauere. Un̄ Sap̄. vj. ꝑncipes admonē-
tur cū dr̄. Diligite lumē ſapie oēs q̄ p̄eſtꝭ po-
pulis. Ex his vtiqꝫ ſepe fit vt multiplicatꝭ ſce
leribꝰ iniuſticijs iniq̄tatibꝰ ⁊ alijſ innūis ma
lis irritata ⁊ ꝑturbata iuſticia dei ſicut prin-
ceps ſciēter ignorare voluit corrigēda: ſic
ſapienter dei iuſticia velit illum neſcire futu
ra ſup eū extermia ⁊ flagella ſicut dr̄ Eccl. x.
Regnū de gēte in gentē trāſferť ꝓpter iniu
ſticias iniurias ⁊ ꝯtumelias ⁊ diūſos dolos
Jnter q̄s dolos ignorātia ꝑncipis ꝯcupita ⁊
affectata ſup oēs alios obtinet ꝑncipatum:
imo qḋ magis timendū eſt q̄libet in q̄cunqꝫ
officio vel dn̄io ꝯſtitutꝰ oia illa de neceſſita-
te teneť ſcire ⁊ etiā iuxta poſſe abſqꝫ negligē
tia executioni mādare que ad ſuū officiū ꝑti
nere noſcunť. aliter ad ſatiſfaciendū leſis re
manet obligatꝰ ſicut patet ex̄ de iniurꝭ. ⁊ dā.
c. ſi culpa. Ratio aūt huiꝰ eſt ſicut ibidē patȝ
quia talis ignorātia vel negligētia in talibuſ
ſunt quedam cauſe efficaces oium dānoꝝ q̄
ex his eoꝝ ſubditis ſubſequunť. Jō diciť in
eodeȝ. c. Qui occaſionē damni dat damnū
dediſſe videť. Sed ne in hec ꝑicula ruat ꝓui
dus princeps attēdat quid ſpiritus veritatꝭ
ꝑ ſuū euangeliſtā precipiat cum in Apocꝭ. ſb
dit. Atriū vero qḋ eſt foris templuȝ eijce fo-
ras. Templū vtiqꝫ ſalomonis minoris men-
ſure erat ꝙ atriū cum eſſet lx. et. xxx. cubito-
rum in latitudine vt dicitur. iij. Regꝭ. vj. atri
um xō centum cubitoꝝ erat tam in longitu-
dine ꝙ in latitudine vt diciť Exo. xxvij. Et
Ezech. xl. Quid igitur per atriū niſi multi-
tudo peccantiū ſigtur que reſpectu iuſtoruȝ
qui dei ſunt templū incoꝛpabiliť maiori nūo
in q̄libet principatu reꝑitur: Hoc nēpe atriū
foris templū eſſe diciť: quia ſceleratoꝝ mul-
titudo tam aliena eſt a ꝯtemplatiōe ſeu co-
gnitione diuina. vt nec diuino amore inca-
leſcant nec diuino tremore cōtremeſcāt nec
aliquo modo habeant deum pre oculis eo-
rum. Hi ſunt de quibus Zach. vij. dicitur.
Auerterunt ſcapulas recedentes ⁊ aures ſu
as aggrauauerūt ne audirent: poſuerunt
cor ſuū vt adamantē ne audirēt legē. Quia
igitur ꝑnceps miniſter iuſticie dei eſt: ideo
tales ſceleratos hoies qui a ſe eijciunt deum
ꝑ iuſtam punitionē oſtendere debet eiectos
eſſe a iuſticia dei. Et hoc eſt atriū qḋ eſt foris
templū principem eijcere foras. Aduertē ta
men debet diſcretus princeps ꝙ tria ſunt ge
nera iniquorum aduerſantium iuſticie dei
qui quaſi atrium ꝑmanēs foris templū eijci
debent per prudentiā eius. Primi ſunt iuſti
cie corruptores. ſecūdi iniuſticie opꝫatores.
tertij ſunt iuſticie ſubūſores.

## De. xij. generibꝰ impioꝝ que corrūpūt iuſticiā dn̄andi. Ca. j.

p Rimū itaqꝫ impioꝝ genꝰ q̄ aduer
ſanť iuſticie dn̄oꝝ ſunt iuſticie cor
ruptores. Hi ſunt q̄ non tm̄ ſibi ⁊
et populo ꝑncipatꝰ reuerentiā ꝑn
cipis anime ⁊ corpori ⁊ ſtatui adūſanť eccle-
ſie. nec tm̄ ponūt ꝑncipem in odiū dei: verū
etiam in odium amatoꝝ ſuoꝝ ⁊ totiuſ popu
li ſui. Hmōi ſunt ambicioſus in dn̄o. adula-
tor in palacio. ꝑcialis in populo. accuſator i
thalamo. falſus iudex in ꝯſiſtorio. detractor
in occulto. paſſionatꝰ in ꝯſilio. auarus in of-
ficio. iniurians clero. ꝑcuſſor in territorio. in
uidioſus in ꝯſortio atqꝫ inabilis beneficio et
officio: a quibus oībus debet dn̄s ſe cuſtodi
re quia illud eſt atrium qḋ eſt foris templuȝ
eijcere foras.

Q2 a principibꝰ corrigēdi ſūt

## blaſphemi vſurarij luſores ꝛ q̄cunq̄ alij ſcelerati. Cap̄. ij.

Scđm vitiũ increpandũ eſt luxuria. Uñ ſubdit ꝯgregatio tauro᷑ in vaccis pp̃lorum. Tauri ſunt indomiti iuuenes ⁊ laſciui viri i ſuis luxurijs indurati. Uacce pp̃lo᷑ ſunt ꝓprie meretrices vel que meretricali habitu ⁊ morib᷒ in popul̃ ꝯũſant̃: vel ſunt iuuẽculi effebi atq̃ effemiati qui vacce dicunt̃ ꝓpt̃ co᷑ fragilem ⁊ debilẽ ꝯditionẽ. Oẽs hmõi ſunt increpãdi ⁊ maxie ꝓpter q̃ttuor genera peccato᷑. ꝓpter que ciuitates ⁊ patrie extminãtur: que oĩa i luxuria radicata ſunt. Primũ eſt zodomia. ſcđm eſt laſciuia vel luxurioſa vita. tertiũ eſt inſipiẽtia. q̃rtum eſt iniuſticia et de his oĩbus vindex eſt dñs.

## De flagellis q̃bus puniunt̃ patrie gomorreo᷑. Cap. j.

P Rimũ ſunt zodomia ⁊ abomiatiões vitio᷑ ꝯtra naturã. Uñ Hiere. vij. Tu ergo noli orare ꝓ pp̃lo hoc: nec aſſumas ꝓ eis laudem et oꝛ̃onem ⁊ nõ obſiſtas mihi quia non exaudiam te. Nonne vides quid iſti faciũt in ciuitatib᷒ iuda ⁊ in plateis hieruſalẽ. i. publice? Filij colligunt ligna. i. occaſiões peccãdi contra naturã. ⁊ patres ſuccẽdunt ignẽ. ſ. p̃ malum exemplũ hmõi peccati. ⁊ mulieres ꝯſpgunt adipem hoc eſt delitijs ⁊ vanitatib᷒ fomentant puero᷑ ⁊ adoleſcentulo᷑ fragilem carnem: vt faciant placẽtas a placẽdo dictaſ regine celi. i. gomorreano pctõ ⁊ zodomie. Gomorra eni cecitas interp̃tat̃: quia tale vicium citius excecat mentẽ ⁊ intellectũ q̃ aliqđ aliud ſm̃ Alex. de hal̃. Jdeo zodomia regina celi. i. cecitatꝭ interp̃tat̃: quia tale vitiũ citius excecat intellectũ. Et libent dijs alienis vt me ad iracũdiã ꝓuocẽt. Sequit̃. Hec dicit dñs deus. Ecce furor meus ⁊ indigñio mea ꝯflatur ſup locum iſtũ ſup viros ⁊ ſup iumenta ⁊ ſup lignũ regiõis ⁊ ſup fruges terre ⁊ ſuccendet̃ ⁊ non extinguet̃.

## De flagellis q̃bus exterminãtur laſciui populi ⁊ carnales. Capitulum. ij.

S Ecundũ pctm̃ eſt luxuria ⁊ laſciuia. ſ. laſciuia vita multo᷑. ſ. cum pp̃ls totus plenus eſt fornicatiõibus adulterijs publicis ſtupris ſacrilegijs inceſtib᷒ carnalib᷒ ornamentꝭ maxie in ſupfluis p̃cioſis exñeis vanis ⁊ monilib᷒ veſtimentis q̃ poſtq̃ in ciuitate multiplicata ſunt ſi angelus de celo deſcẽderet vel paulus forte vel chriſtus ⁊ ꝯtra hec talia veſtimẽta ⁊ ſuperflua p̃dicarent. credo ꝙ victoriã non haberent. tum ꝓpter auariciã quia viri talia deſtruendo vel vendẽdo optatũ preciũ nõ haberent: tum q: vanis mulierib᷒ nimis durũ eſt hec iam habita amouere. tum q: iudiciũ dei excecãs hoc pctm̃ expoſcit. Uñ ꝓ talibuſ amouẽdis cũ multiplicata ſunt nullũ remedium rꝑit̃ ſicut in plurib᷒ ciuitatib᷒ expt̃us ſum: niſi dei flagellũ cum q̃ tanta ſupfluitas p̃ ſtipendiarios in gyroneis ⁊ alijs extermi nijs expurget̃. Uñ Johel̃. j. Hec filijs veſtri narrate ⁊ filij veſtri filijs ſuiſ: ⁊ filij eo᷑ generationi alteri. Reſiduũ eruce comedit locuſta. ⁊ reſiduũ locuſte comedit bruchus: ⁊ reſiduũ bruchi comedit rubigo. Eruce ſunt armo᷑ capitanei. locuſte ſunt viri armorũ bruchi ſunt ſaccomãni: rubigines ſunt rubiginoſi iuuenculi qui in ſtabulis gubernãt equos. Sequit̃. Expgiſcimi ebrij ⁊ flete ⁊ vlulate oẽs qui vinũ bibitis in dulcedie: qm̃ perit. i. periet ſeu pibit ab ore veſtro. Gens eni aſcendet ſuper terram meam fortis ⁊ innũabilis. Dentes eius vt dentes leonis. hec eſt gens equeſtris. ⁊ molares eius vt catuli leonis hec eſt gens pedeſtris. poſuit. i. ponet vineam meam. i. ciuitatẽ ⁊ patriam in deſertũ

et ficū meam.i.delitioſitatē ciuitatis mee decorticauit. Uide multa que ibi ſequūt quia mirabilia ſunt Nauz.iij. Ue ciuitati ſanguinū.i.carnaliū delectationū. Et ſequit. Corruent in corpibus ſuis ꝓpter multitudinem fornicationum.

## Q ꝓpter defectum vtiliū cōſilioꝝ q̄nq; patrie flagellantur. Capitulum.iij.

t Ertiū pctm̄ eſt inſipiētia.i. defect⁹ vtiliū ꝯſilioꝝ. Naturale ꝟo eſt q luxurioſa ⁊ laſciua vita obtenebrans intellectū: ſapia ⁊ ꝓuidis ꝯſilijs ꝑuet Raro vel nunq̄ repit vt hō carnalis laſciu⁹ aut luxurioſus ſani ꝯſilij ſit. Ideo multiplicatis alijs pctis iudicio dei fit vt qui iminētibus piculis ꝓuiderēt: obtuſa intelligētia remedia nō cognoſcāt. Uñ ſigno crucis cuz ſe muniant aut ſe ſignare cupiāt in oculū ꝓprium ſuo digito inſperato impingūt. Unde Eſa.xxvij. Ciuitas eni munita deſolata erit ſpacioſa relinquet ⁊ dimittet q̄ſi deſertū. Ibi paſcet vitulus ⁊ ibi accubabit ⁊ ꝯſumet ſūmitates eius: in ſiccitate meſſis illi⁹ ꝯterent mulieres veniētes ⁊ docētes eam. Nō eſt eni populus ſapiēs: ideo nō miſerebit eius. Qui fecit eum ⁊ qui formauit eū nō parcet ei. Et i pſ. Ois ſapia coꝝ deuorata ē.ſ. a multitudine pctōꝝ ⁊ maxime a luxuria. Uñ Eccl.viij. Cū fatuis non habeas ꝯſiliū: non eni poterunt diligere niſi que ipſis placent. Uñ Job xij. In antiq̄s eſt ſapia. et Prouẽ.viij. Ego ſapientia habito in ꝯſilio ⁊ eruditis interſuz cogitatiōib⁹.

## Q ꝓpter iniuſticias patrie ſepe flagellant ⁊ dñia trāſferunt. Capitulum.iiij.

q Uartū peccatū eſt iniuſticia ⁊ maxime cum correctiōes deficiūt veterum pctōꝝ. Oia ꝟo regimia ciuitatū ⁊ dñioꝝ iuſticia ornant defenſant et ꝯfirmant. Unde Prou.xvj. Abomiabiles regi qui agunt impie: qm̄ iuſticia firmat ſolium eiuſ. Uñ pſ. Brachia pctōꝝ ꝯterent: cōfirmat āt iuſtos dñs. Quidā aūt ſub ſpē pietatis iuſticie aduerſant. nō intelligētes q ſi delinquētes impune agunt. iuſticia perijt. mala multiplicant: q alij ſimilia facere audent ⁊ peiora. pax violat ⁊ ſanctaꝝ inſtitutionū frangit fedus. Que mala non ſufferēs deus mutat regimia ciuitatū patriarū ⁊ regnorum. Unde Eccl.x. Regnū a gente in gentē trāſfert ꝓpter iniuſticias iniurias ⁊ ꝯtumelias ⁊ diuerſos dolos: ⁊ maxie quia talia etiam non puniunt. Uñ pſ. Propt iniuſticias eni ſuas humiliati ſunt. Ut igit dicit Sap.j. Diligite iuſticiā qui iudicatis terrā. Ad hec igitur ſcelera corrigēda ne dñs habeat patriam flagellare increpāda eſt ꝯgregatio taurorum in vaccis ꝑploꝝ: q de his oībus vindex eſt dñs.ſ.ſi non emēdauerint ſe.

## Articulus.iij. de q̄druplici iudicio atq; punitione q̄bus flagellant ciuitates ⁊ patrie ꝓpter ſcelera auaricie ⁊ cupiditatis.

Tertiū viciū increpanduz eſt auaricia.ſ. vt dñi ⁊ regimia ciuitatū excludāt eos qui incorrigibilit ꝓbati ſunt argento.i. denarijs encenijs munerib⁹ ⁊ ſic de alijs cupiditatib⁹ Quattuor eni peccata ſunt ex auaricia originem ſumētia: ꝓpter que deus flagellat ciuitates ⁊ patrias. Primū eſt ſymonyarū ⁊ cōcuſſionū abomiatio. Scðm eſt rapinarū multiplicatio. Ternum eſt pauperum oppreſſio. Quartū ē bñficioꝝ dinoꝝ ingratitudo: ⁊ d oībus his vindex eſt deus.

## Q ꝑ ſimonias atq; multiplices concuſſiōes patrie flagellāt Capitulum.j.

p Rimū eſt ſimoniarū ⁊ ꝯcuſſionū aboiatio. Simonia eſt in ſpūalib⁹ ꝯcuſſio ꝟo in tꝑalib⁹. Simonia ē ſtudioſa volūtas emēdi vel vendendi aliqð ſpūale vel ſpūali annexū. Spūale vt eſt ordo vel aliqð ſacramentū vel aiaruz cura ⁊c. Spūali annexū eſt vt iuſpatronat⁹ ⁊c de q̄bus creuit fetor vſq; ad nares dñi ſabaoth. Cōcuſſiōes ꝟo ſunt cum quidam in officio ꝯſtituti extorquēt a ſubditis aliq̄d ꝑ metum aut cū nolunt facere ad qð tenent niſi pecunia data: vel cū officiales vltra ſtipendia eis data aliq̄d aliq̄ modo extorquēt. Sūt eni q̄dam q̄ vadūt ad furandū occulte cū tremore ſicut faciūt fures q̄ occulte domos ingredientes furant que poſſunt: ſimilit ⁊ p̄dones qui in vys ⁊ ſiluis aggrediunt ⁊ expoliant tranſeūtes ⁊ tales ſilueſtres fures vocant. Sunt tñ alij multi q̄ apta fronte ſub p̄textu et in ſignū iuſticie explicato vexillo noīe cōmunis vtilitatis ad officia ꝑgunt ad populum excoriandū: q̄ q̄ſtas extorſiōes euiſcerationes circūuentiōes malicias fictiōes ꝓmiſſiones indebitos fauores impios terrores aliaſq; iniquas machinatiōes ad pecunias



exhauriēdas agant nouerūt in q̄buſdaz patrijs miſeri populi. qui talia ſunt experti. Hi ſunt domeſtici fures tantoq; ſilueſtrib⁹ peiores ſeu ꝑnitioſiores: q̄to ſunt ceteris ſecuriores cum nedū puniant ⁊ ſuſpendant vt p̄dones ⁊ fures ſed etiam a ꝯſulib⁹ defenſant laudant ⁊ honorant. fiuntq; alter alteri i exemplū atq; tutelam. Sed audiāt dñi ⁊ ciues quid dicit.iij. Regl.xx. Dixit ꝓpheta.i.p̄dicator ad regem achab. Quia dimiſiſti viruz dignū morte.ſ. benadab: aia tua erit ꝑ aia eius ⁊ populus tuus ꝑ ꝑplo eius. Audiant q̄d eis dicat ꝓpheta Eſa.ix. In ira dñi exercituū ꝯturbata erit terra: ⁊ erit ꝑpls quaſi eſca ignis. Uir fratri ſuo non parcet. ⁊ declinabit ad dexterā ⁊ eſuriet: ⁊ comedet. ad ſiniſtram ⁊ non ſaturabit. Unuſq̄ſq; carnem brachū ſui vorabit.

## De exterminio q̄ flagellāt patrie ⁊ ciuitates ꝓpter rapinas ⁊ impie acq̄ſita ⁊ cupiditate poſſeſſa. Capitulum.ij.

s Ecundū pctm̄ eſt rapinarū multiplicatio. Nullū violentū ꝑpetuuz Quieſcūt eni creature ⁊ ꝯſeruantur in locis ſuis. leuia q̄dem ſurſum ⁊ g̃uia deorſum: ſi aūt in alienis locis ponunt ad loca ſua ꝓpria reūtunt. Sic ꝯtingit de diuitijs mūdi. Si eni acq̄runt vſuris rapinis mēdacijs ꝑiurijs falſis ponderib⁹ ſeu mēſuris et venditiōe tꝑis ⁊ termioꝝ. vendēdo ⁊ emēdo in locis ſacris in dieb⁹ feſtiuis cum ſcotis retrāgolis ſchamacijs vel alijs malicijs fraudibus ⁊ violentijs. Cui dubiū q tales diuitie cito ueniūt citiuſq; recedūt? Uñ Prouẽ.xiij. Suba feſtinata minuet: que autem paulatim colligit manu multiplicat. Uñ Abachuc.ij. Ue ei q̄ multiplicat non ſua. Uſq; q̄ aggrauat ꝯtra ſe denſum lutū. Nunq̄d nō repente reſurgent q̄ mordeant te ⁊ ſuſcitabuntur lacerantes te ⁊ eris in rapinā eis? Quia tu ſpoliaſti gentes multas: ſpoliabūt te oēs qui reliqui fuerint de ꝑplis ꝓpter ſanguinez hois. Sequit. Ue qui ꝯgregāt auariciā malam domui ſue vt ſit in excelſo nidus eius et liberari ſe putat de manu mali ⁊ ꝯſilia multa igitur et Eſa.xxxiij. Ue qui p̄daris nōne et ipſe p̄daberis? Sequit. Cum ꝯſūmaueris p̄datione p̄daberis.

## Q patrie ⁊ ciuitates maxime flagellant ex oppreſſiōe pauperum viduarum atq; orphanorū et pupilloꝝ. Cap.iij.

t Ertiū pctm̄ patrie extmiatiuū eſt pauperū oppreſſio pupilloꝝ atq; viduarū deuoratio: inſuꝑ eccleſiaſticoꝝ bonoꝝ vſurpatio qui chriſti pauꝑes ſunt. Uñ Eccs.iiij. Uerti me ad alia ⁊ vidi calūnias que ſub ſole gerunt ⁊ lachrymas innocentiū ⁊ neminē ꝯſolatorē: nec poſſe reſiſtere eoꝝ violentie cunctoꝝ auxilio deſtitutos. Et laudaui magis mortuos q̄ viuētes. Uñ Prou.xxx. Eſt ꝗnātio q̄ ꝓ dentib⁹ gladios hz: ⁊ cum mādit molarib⁹ ſuis. vt cōedat inopes de terra.i. ruſticos ⁊ pauꝑes ex hoibus hoc eſt artifices. Et Eſa.x. Ue q̄ condunt leges iniq̄s. ⁊ ſcribētes iniuſticias ſcripſerunt. vt opprimerēt in iudicio pauꝑes. et vim faciant cauſe humiliū populi mei: vt eſſent vidue p̄da eorum ⁊ pupillos diriperēt Quid facietis in die viſitatiōis ⁊ calamitatꝭ de longe venientis? Ad cuius ꝯfugietꝭ auxilium? Et Eccl.xxxv. Nōne lachryme vidue ad maxillam deſcendūt ⁊ exclamatio ei⁹ ſuꝑ deducētes eas? A maxilla eni aſcendūt vſq; ad celum: ⁊ dñs exauditor nō delectabit in illis.ſ.cū clamabūt. Prou.xxiij. Ne attigas ꝑuuloꝝ termios: ⁊ agrū pupilloꝝ ne introeas. Propinqu⁹ eni illoꝝ fortis eſt: ⁊ ipſe iudicabit ꝯtra te cauſam illoꝝ. Et q verum ſit Zach.xiiij. Ecce dies veniūt dicit dñs ⁊ diuident ſpolia tua in medio tui. Et ſequit. Et vaſtabunt domus ⁊ mulieres violabunt: ⁊ egrediet media pars ciuitatis in captiuitatē

## Q patrie ⁊ ciuitates ꝓpter ingratitudinē diuinoꝝ bñficioꝝ a dño ſepius flagellant Ca.iiij

q Uartū pctm̄ eſt dinoꝝ bñficioruz ingratitudo que maxie ex ceca miliʒtia ⁊ ignorantia venit. Contra q̄s Hiere.xxxiij.dr. Abſcondā faciez meam a ciuitate hac ꝓpter oēm maliciaz eorum. O ingrata ciuitas audi dñm vtinam tibi non p̄dicentē Lu.xix. qui vidēs ciuitatē fleuit ſuꝑ illam dicēs.ſ.cū ſingultu ſi cognouiſſes et tu.ſ. fleres. Et quidē in h die que ad pacē tibi: nūc aūt abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te ⁊ circūdabūt te inimici tui vallo ⁊ circūdabūt te ⁊ coanguſtabūt te vndiq; ⁊ ad terrā ꝓſternēt te ⁊ filios qui i te ſunt: ⁊ non relinquēt in te lapidē ſuꝑ lapidem eo q tu nō cognoueris tꝑs viſitatiōis tue Et Deut.xxviij. Mittet ſuꝑ te dñs famez et

eſuriem ⁊ increpationē in omia opa tua que tu facies. Sequit̃. Uxorem accipies ⁊ alter dormiet cum ea. domū edificab̃ ⁊ nō habitabis in ea. plantab̃ vineā ⁊ nō vindemiab̃ eaȝ bos tuus imolabit̃ coram te ⁊ nō comedes ex eo. aſinus tuus rapiet̃ in ꝯſpectu tuo ⁊ nō reddet̃ tibi. oues tue dabunt̃ inimicis tuis et non erit q̄ adiuuet. filij tui ⁊ filie tue tradent̃ alteri populo videntib⁹ oculis tuis ⁊ deficiētibus ad ꝯſpectū eoꝝ tota die: ⁊ nō erit fortitudo in manu tua. Fructus terre tue ⁊ oēs labores tuos comedet pp̃ls quē ignoras. et cetera ſimilia. Ecce vindicte ſcelerū. ecce premonitio pp̃loꝝ: ecce ꝙ ꝓpe ſunt iudicia pctōrum. Quare niſi ꝯūſi fueritis gladiū ſuū vibrauit arcum ſuū tetēdit ⁊ parauit illum ⁊ i eo parauit vaſa mortis. i. flagella mortalia ꝓpt̃ duodecim ſcelera ſup̃dicta: qꝛ vindex eſt dñſ de his oībus. A q̄bus oībus ꝑuiavera ꝯuerſione ⁊ emēdatiōe eripiat noſ ampla mia ſaluatoris noſtri ieſu chriſti cui ꝓpriū eſt oībuſ ad ſe redeuntib⁹ miſereri ſemꝑ ⁊ parcē chriſtus ieſus: qui cum patre ⁊ ſpūſctō vi. ⁊ reg.

## Feria. ij. poſt ſcd̃am dñicaȝ in q̄dragesima de ſignis ꝑ que cognoſci poteſt q̄n dei iudicia ſunt ꝓpinqua. Sermo. xix.

Moriemini i peccatis vr̃is. Jo. viij. ⁊ in euāgel. hodier. Triplex eſt gen⁹ mortis. Quidam enī moriunt̃ peccato. q̄dam moriūt̃ ꝓpt̃ pctm̄. q̄dam vō in pctō. Primi q̄dem ſunt q̄ moriunt̃ pctō ⁊ hec mors deſiderabilis eſt: in qua aīa in charitate reſurgit. Uñ ad Rhom. vj. Qui enī mortuus eſt pctō iuſtificat⁹ eſt a pctō. Scd̄i ſunt qui moriunt̃ ꝓpt̃ pctm̄: ⁊ eſt mors deteſtabilis. Uñ pš. Mors pctōꝝ peſſima. Tertij ſūt qui moriunt̃ in pctō: ⁊ h̃ eſt formidabil̃ mors. ꝑ q̄ effugiēda orabat pš. dicens. Illumina oculos meos ne vnq̄ȝ obdormiaȝ in morte. Felix enī eſt mors p̃ma. infelix ſcd̄a. infelicior tertia. ſed ſcd̄a cum tertia iūcta infeliciſſima dicit̃. ſ. q̄n ꝓpter peccata ⁊ in pctīs oīno a charitate ſepate aīe moriunt̃. De hac ſic duplicata morte ꝯtra ſceleſtos pp̃los dñs cōminatur dicens. Moriemi in pctīs vr̃is. ſ. qꝛ ꝓpter ſcelera veſtra ad mortē triplicatā. ſ. corporalem ſpūalem ⁊ eternalē mittet dñs iudicia ſeuera ſup vos. Sed q̄daȝ timoroſi aut curioſi forte dubitāt ⁊ cū aplīs Mat. xxiiij. a dño interrogāt dicētes. Dic nobis q̄n hec erunt ⁊ qd̄ ſignum aduent⁹ tui. ſ. ad taliter puniendū. Audiant ipſos demōes maḡ deſiderio ad flagellandū paratos q̄ dño ſcelera populi allegātes dicunt. Tps faciēdi dñe: diſſipauerūt legem tuā pš. cxviij. qd̄ verbū pōt eſſe aliud thema. In q̄b⁹ verbis triplex pctōꝝ tps oſtendit̃. Primū eſt emēdationis expectate. ibi. Tps. Scd̄m punitiōs p̄parate ibi. faciendi dñe. Tertiū offenſiōis ꝯſūmate ibi. diſſipauerūt legem tuam.

### Articulus prim⁹ cum q̄ꝫta patientia ⁊ multimoda miſericordia expectat deus pniam pp̃loꝝ.

Primū quidem tps eſt emēdatiōis expectate: qꝛ dicit tps. ſ. antique mīe dei pctōrib⁹ demr̃ate. Tpe enī expectatiōis. i. anteq̄ȝ puniet deus ⁊ exerceat ſua dura flagella: q̄ttuor miſericordias porrigit eis de⁹. Primam ſniam ſuſpendentē. ſcd̄am ad pniaȝ reuocātem. tertiā offenſam remittentē. q̄rtā grām offerentē. Quas mias oſtendit ieſus crucifixus. Primā in pedib⁹ affixis. ſcd̄am i manibus extenſis. tertiam in capite inclinato. q̄rtam in latere aperto.

### Cum imēſa mīa ſuſpēdit dñs ſniam ne ſubito (vt merent̃) peccatores puniat. Capitulū. j.

Primā miam. ſ. ſniam ſuſpendentem offert pctōrib⁹ dū pedes cruci tenet affixoſ. Non enī ad executionē ſnie currit. non feſtinat iraſci: ſuſtinet. diſſimulat. expectat. Non q̄dem pius deus iraſcit̃ ꝑ ſinglos dies. Uñ Sap. xj. Miſereris oium dñe q̄m oia potes: ⁊ diſſimulas peccata hoīum ꝓpter pniam. Et reuera oēs dicē poſſum⁹ illud Thren. iij. Mia dñi ꝙ nō ſum⁹ ꝯſumpti. Et miror certe ſi q̄libet in ſe hoc non miraẗ. ⁊ cum ipſo ſuſtinente mala multiplicant̃ ipſo diſſimulāte peccata agḡuant̃: ipſo inſuꝑ expectante animi indurant̃. Unde Eccſ. viij. Quia nō cito ꝓfertur ſnia ꝯtra malos abſq̄ȝ vllo timore filij hominū ꝑpetrāt mala: iuxta illud ad Rhom. ij. Sm duriciā tuā ⁊ impenitēs cor theſaurizas tibi ire in die vindicte. Et paulo ante ad populū duri cordis ait. An diuitias bonitatis eius ⁊ patientie ⁊ longanimitatis ꝯtemnis?

### Cum q̄ꝫta mīa ⁊ dulcore reuocat ad ſe dñs impios pctōres. Capitulum. ij.



Secundā miam. ſ. ad pniam reuocantē pctōrib⁹ offert: dū man⁹ expandit q̄ſi oēs pctōres ad pniam vocet ⁊ trahat dicēs eis illō Mat. xj. Uenite ad me omēs q̄ laboratis ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego reficiā vos: an ignoras qꝛ benignitas dei ad pniaȝ te adducit o popule dei vt dicit̃ ad Rho. ij. Ad vos o pctōres ingrati ſceleſti ⁊ obſtinati vox illa horrēda chriſti in cruce pendentis. Uocaui ⁊ rēnuiſtis. extēdi manū meā ⁊ nō fuit q̄ aſpiceret: deſpexiſtis oē ꝯſiliū meū ⁊ increpatiōes meas neglexiſtis. Ego q̄ȝ in interitu vr̃o ridebo ⁊ ſubſannabo cum vobis qd̄ timebatis aduenerit. cū irruerit repentina calamitas ⁊ interit⁹ quaſi tempeſtas ingruerit. Qñ veniet ſuꝑ vos tribulatio ⁊ anguſtia. Tunc inuocabūt me ⁊ nō exaudiam mane ꝯſurgēt non inuenient me Prouerb. j.

### De mīa cum q̄ dñs ad ſe redeuntibus pctōrib⁹ ꝑcit. Ca. iij

Tertiā miam videlicet offenſas dimittentem inclinato capite offert chriſtus: qꝛ amoroſe ꝑatus eſt remittere pctm̄ recipe ⁊ dare oſculū et inſuꝑ offerre pacis vinculū. Uñ Hiere. iij. O aīa o patria o multitudo crimib⁹ plena. fornicata es cū amatorib⁹ plurimis: tñ reuertere ad me ⁊ ego ſuſcipiā te. Sȝ de multis verificatur illud Hiere. v. Indurauerūt facies ſuas ſuꝑ petram ⁊ noluerūt reuerti.

### Cum q̄ꝫta dulcedine miſericors deus pctōrib⁹ indulgentiā offert. Capitulū. iiij.

Quartā miam grām offerentē aperto latere oñdit: vñ ſanguis nr̃e redemptiōis ⁊ aq̄ nr̃e ablutiōis charitate largiflua defluxerūt. Uñ Eſa. lv. dñs vocat oēs pctōres dicēs. Oēs ſitiētes venite ad aq̄s: ⁊ q̄ nō habetis argentum ꝓperate emite ⁊ comedite. Et Jo. vij. ex feruore charitatis ⁊ amoris ad pctōres excitādos clamabat dicēs. Si q̄s ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Sed heu q̄dam impij ⁊ multo ampli⁹ inſcij me dereliq̄rūt fontē aque viue ⁊ foderūt ſibi ciſternas diſſipatas. h̃ ē ꝯcupias ⁊ miq̄tates ſuas aīas diſſipātes: que ꝯtinē nō valēt aq̄s. Conquerit̃ dñs ꝑ Hiere. ij. Sed veniet in q̄ȝ tps q̄n vexatio dabit intellectū auditui vt dicit dñs Eſa. xxviij. Ecce p̄mū tps. ſ. emendationis expectate.

### Articulus. ij. ꝙ poſt multiplicatas gratias multiplicata ⁊ nō emendata ſcelera flagellat deus.

Secundū tps eſt punitiōis p̄parate de q̄ pš ꝓſequit̃ dicēs. faciēdi dñe. ſ. aſperā vindictā durā punitionē ſi ſe noluerit pp̃ls emēdare. Uñ Lu. xiij. hāc ſilitudinē ait dñs. Arboreȝ fici habebat q̄dā plantatā in vinea ſua: ⁊ venit querēs fructū in illa ⁊ nō inuenit. Dixit aūt ad cultorē vinee. Ecce āni tres ſunt ex q̄ veni querēs fructū in ficulnea hac: ⁊ nō inuenio. Succide igit̃ illam. Ut q̄d etiā terraȝ occupat? At ille rñdēs ait illi. Dñe dimitte illam ⁊ hoc anno vſq̄ȝ dū fodiā circa illam: et mittam ſtercora. Et ſi q̄dem fecerit fructum ſin autē in futurū ſuccides illam. Arbor fici eſt ciuitas iſta grā pinguis ſed culpa ſterilis Uinea in q̄ eſt plantata eſt lombardia ſiue italia tota. Dñs ficulnee atq̄ȝ vinee deus eſt ſed cultor alius eſt chriſt⁹. Uenit autem dñs vinee. ſ. deus ꝑ ſuam ſapientē ꝯſiderationē querens fructū bonoꝝ operū non folia verboꝝ neq̄ȝ fictam ⁊ vmbraticā honeſtatē: ⁊ ait ad cultorem vinee. i. chriſtū. Ecce anni tres ſunt ex q̄ venio querēs fructū i ficulnea hac et nō inuenio. Tres vō anni ſunt tres gratie huic pp̃lo iamdiu a deo date. Prim⁹ gratie annus eſt ſpūaliū donoꝝ. ſcd̄s eſt tpaliū bonoꝝ. terti⁹ eſt terribiliū cōminationū. Sȝ caueat ficulnea iſta q̄rtū. ſ. duroꝝ flagelloꝝ.

### De ſpūalibus donis patrijs datis. Capitulum. j.

Prim⁹ vō annus eſt ſpūaliū donoꝝ que multa ꝯtulit nobis deus ſicut patronoſ ſctōſ apud deū interceedentes. ſctōꝝ corpoꝝ multaſ reliquias. ſpirituales p̄res vtuoſos ꝓbos atq̄ȝ pios viroſ religioſos multos ⁊ bonos in ſua obſeruantia reglari vitā ducētes: freq̄ntiā multaꝝ p̄dicationū ⁊ ſctārum exhortationū doctores ſctōs ⁊ ꝯſimilia multa.

### De bonis tpalib⁹ a deo in patria multiplicatis. Capitul. ij.

Secūdus ē ann⁹ tpaliū bonoꝝ ſicē ſunt nobilitas ꝯditionis viroꝝ et mulieꝝ diuitie multe pax tpalis amplū dñiū. abūdātia reꝝ. nāle ingeniū ⁊ ſenſati viri nūoſitas pp̄li ⁊ ſimilia.

### De prauis cōminatiōib⁹ q̄s flagellandis patrijs miſericor-

diter ꝑmittit deus. Cap. iij.

t Ertiꝰ ē annꝰ terribiliū cōmiationū q̄ forte h̄ āno currit ſicut in p̄cedenti ſermōe oſtſum ē ⁊ forte etiā in ſeq̄ntibꝰ apparebit vt ſaltē h̄ tertio āno veniēs vinee dn̄s inueniat triceſimū ſexageſimū cēteſimū fructū opeꝝ bonoꝝ. Sin aūt dicit dn̄s cultori vinee ſuccidite igiꞇ illā. i. ciuitatē iſtā penitꝰ eradica. Vt q̄d occupat terrā ſm glo. cur etiā tꝑali copia vtiꞇ. Ex h̄ ſumiꞇ argumētū ꝙ hō pctōꝛ nō ē dignꝰ aq̄

## De duris afflictiōibꝰ q̄bꝰ miſericorditer flagellat deꝰ pctōꝛeſ Capitulum. iiij.

q Uartꝰ ē annꝰ durarū flagellationū ⁊ h̄ ē annꝰ q̄rtꝰ: quē impetrat vinee cultoꝛ chriſtꝰ dicēs dn̄o vinee. Dn̄e dimitte illā ⁊ h̄ āno vſq̄ dū fodiā ⁊ mittā ſtercoꝛa. In foſſione eni mutanꞇ glebe et terra q̄ ſupioꝛ erat deſcēdit: ⁊ q̄ erat inferioꝛ eleuaꞇ. Tūc v̄o fodit circa ficulneā chriſtꝰ cū in patrijs ⁊ ciuitatibꝰ reuoluunꞇ ſtatus: fiunt in ciuitatibꝰ ſaccomāni p̄dones atq̄ deſtructiōes domoꝝ incēdia ⁊ cetera extminia patriarū. Stercoꝛa v̄o mittit cū p peſtilētias et varios moꝛbos ipſoꝝ crimia punit. Hic āt q̄rtus ānꝰ licet pctōꝛibꝰ appareat durꝰ: tn̄ illū impetrat pꞇ piꝰ q̄ nō vult pctōꝛis etnā moꝛtem ſ vt flagellꝰ ꝯūratur ⁊ viuat dicente dn̄o Apoc. iij. Ego q̄s amo caſtigo ⁊ arguo. Añ tn̄ aduentū chriſti ⁊ paſſionē deꝰ pctōꝛibus ſubito aſpꝛimā intulit irā. cū illos p bella cateruatim ruere faciebat. zodomā ⁊ gomoꝛram atq̄ pentapolym cū ꝯfinibꝰ ciuitatibus igne ⁊ ſulphure ꝓfundauit: imo ⁊ totū mundū diluuio extermiauit. Chriſtꝰ aūt naturaꝫ nr̄am aſſumēs ⁊ ꝓ ea moꝛtē ſufferēs: hūc q̄rtum dine patie annū hūano generi impetrauit a deo. Nā licet pctōꝝ ſceleratoꝝ abomiationes multiplicenꞇ tn̄ ds̄ pctōꝛes tādiu i ſoꝛdibꝰ ſuis ſuffert. donec multi pctōꝝ ſoꝛdibꝰ ſaturati p̄ ꝯfuſiōe abomiatiōis ſue a pctōꝛū libidine reſipiſcāt: vel ſaltē tribulatiōibꝰ conquaſſati dine coꝛreptiōis timoꝛe peccādi audaciā pdūt ſicut Lu. xv. in filio ꝓdigo habeꞇ exēplū. Et h̄ eſt ſcōm tꝑs puniciōis ꝑpate et vtinā nō verificeꞇ qđ Mat. iij. dꝛ. Jam ſecuris ad radicē arboꝛis poſita eſt.

## Articulus. iij. q̄bꝰ modis ſe parat chriſtꝰ ad flagellandū ⁊ iudicandum populos ſceleratos.

Tertiū eſt tꝑs offenſiōis ꝯſūmate. Jō dauid pſ̄. Diſſipauerūt legē tuā. Que diſſipatio vera eſt offenſio ꝯſūmata. Ex hac ꝯſummatione ⁊ legis diſſipatiōe cognoſci poteſt ꝓpinq̄tas dinoꝝ iudicioꝝ que i terra vel patria ſupuētura ſunt. In hoꝝ tn̄ myſteriū clarius Apoc. xiiij. Et alius angelus exiuit de templo clamās voce mag̃ ad ſedentē ſup nubem. Mitte falcē tuā ⁊ mete q2 venit hoꝛa vt metaꞇ: q̄m maturauit meſſis terre. Et miſit ille qui ſedebat ſup nubē falcē ſuaꝫ in terra. Hoc q̄dem myſteriū expoſitū eſt. ſ̄. ſermōe xj. arti. j. p totū de iudicio gn̄ali. Sꝫ nūc aliq̄liter variando exponaꞇ de iudicio pticulari alicuiꝰ patrie vel ciuitati. In q̄bꝰ verb̄ q̄ttuoꝛ ꝯditiōes chriſtꝰ ſe oſtēdit hr̄e cū iratꝰ mūdum taliꞇ punit. Primā ſplēdoꝛis. ſcd̄am vigoꝛis. tertiā rigoꝛis: q̄rtā terroꝛis.

## Q2 chriſtꝰ p ſapiam patris noſcit qn̄ patria debet iudicari vel flagellari. Capituꝰ. j.

p Rimā ꝯditionē chriſtꝰ ſe oſidit habere dum punit. ſ. ſplēdoꝛis. Ipſe eni pr̄ne ſapie ꝯſiliū noſcit Vñ Joh. ait. Et aliuſ angelus exiuit de templo. Qui v̄o de tēplo exit p̄us eius interioꝛa clariſſime pluſtrauit. Vñ ⁊ tēplū h̄ eſt qđ ſolus ſummꝰ pontifex intrat qđ q̄dem pr̄ne mentiſ archanū eſt. Jō pſ̄. dicit. Dn̄s in tēplo ſancto ſuo. Ipſe eni eſt dn̄s ⁊ ſacerdos q̄ ſingłariter in h̄ tēplo ē. Vñ ad philippū Joh. xiiij. ait. Non credis q2 ego in pr̄e ⁊ pꞇ in me eſt. Et huiꝰ ſapie ꝯſilio oē iudiciū ſuum foꝛmaꞇ. In h̄ v̄o tēplo cog̃ſcit clare: q̄d de patrijſ q̄d de ciuitatibꝰ ad pniam expectādis vel flagellandis in ꝯſilio pr̄ne ſapie ſtatuaꞇ. Sꝫ tūc de templo exit: cū talia iudicia dina māifeſtare intendit. ⁊ p̄cedētia ſig̃ oſtendit.

## Quō chriſtꝰ ſua futura iudicia ſup patrias diuerſimode manifeſtat. Capituꝰ. ij.

s Ecūda ꝯditio chriſti iudicātꝭ ē vigoꝛis q̄ in eiꝰ clamoꝛe demōſtraꞇ. Jō ſubdiꞇ. Clamās voce mag̃ ad ſedentē ſup nubē. Tacet ſiq̄dē chriſtꝰ cū ſecreta pr̄na ꝯſilia cecꝭ ⁊ indignis pctōꝛibꝰ celat. Clamat v̄o cū pr̄na ꝯſilia ⁊ futura flagella p oꝛa p̄dicatoꝝ ſceleratꝭ ipſis māifeſtat. vꝉ etiā cū ad ſedentē ſup nubē clamare dicatur q̄d aliud deſig̃ꞇ niſi ꝙ ideꝫ chriſtꝰ q̄ de tēplo exit ⁊ ſup nubē ſedēs ſm aliā ⁊ aliā foꝛmā ad



ſeipſum clamat dū ſecreta dei iudicia de humanis culpis oībꝰ māifeſtāda eſſe denūciat: Vñ de ipſo dicꞇ Lu. viij. hoc dicēs clamabat: ſignificās ꝙ que occulte dixerat exponēdo māifeſtare volebat. Jdeo ad pctōꝛes dicitur Eſa. xlij. Semp ſilui ⁊ patiens fui ſicut pturiens loquar. ſ. cū flagellis viſitabo iniq̄tates veſtras.

## De ſeptē ſignis q̄bꝰ cognoſci poteſt ꝙ ꝓpinq̄ ſunt iudicia dei Capitulum. iij.

t Ertia eius ꝯditio eſt rigoꝛis eo ꝙ illa vox clamās ait. Mitte falcem tuā ⁊ mete. Falx eni iudiciū agentoꝝ denotat. Vñ Deutꝭ. xxiij. ꝓhibet dominus ꝙ nemo mittat falcē in meſſeꝫ alienā: h̄ eſt nemo temerario iudicio opa iudicet aliena. Hanc falcem chriſtꝰ in mău teneꞇ: cū recte rōnis iudicio ſeuera iudicia ſua pctōꝝ expectando ꝯūſſionē ad tpus patienꞇ ſuſtinet. Sed tūc falcē hāc in meſſem mittit: cū eodeꝫ recte rōniſ iudicio hūana opa diſcutiēdo punit. Jō ſceleratꝭ ipſis cōminaꞇ dicēs illud ꝓphericū. Cū accepo tꝑs ego iuſticias iudicabo. Jō Joh. merito ſubdit. Quia venit hoꝛa vt metaꞇ: quoniā maturauit meſſis terre. Quid eni p meſſem terre intelligiꞇ niſi terreni hoieſ ad dinū iudiciū ⁊ iuſticiā pꝛepati: Sicut ecōtra populi q̄ pati ſunt ad miſericoꝛdiam dei licet meſſis noienꞇ non tn̄ meſſis terre dicunꞇ. Joh. iiij. Videte regiōes q2 albe ſunt iam ad meſſem. i. ad ꝯūſionē ⁊ ad miſericoꝛdiā dei ſuſcipiēdā. Hic aūt dꝛ q̄m maturauit meſſis terre. Qui v̄o ſaltē in generali ſcire deſiderat tꝑs qn̄ dei irati ſup ipłm ꝓteruū fundūꞇ flagella: ꝯſideret qn̄ matura ē meſſis. Quia anteq̄ ꝯtra pctōꝛes iraſciꞇ ds̄ ſeptē ſunt ſig̃ mature meſſis: ⁊ p ꝯſeq̄ns contra patriā tꝑs eſt iudicij p̄pati de q̄bus. ſ̄. ſermone. xj. arti. j. c. iij. Hec eadem ſigna exp̄munꞇ in pticulari p iudicium zodome ⁊ gomoꝛre ⁊ ꝯfiniū ciuitatū. Primū ꝙ multa ⁊ hoꝛrenda ſcelera ibi fiebāt. Propterea de zodoma Geñ. xiij. ſcriptū eſt ꝙ hoies zodomite erant peſſimi ⁊ pctōꝛes coꝛā dn̄o nimiſ: eo ſcꝫ q2 h̄ ſcelus multa alia vitia añcedūt ⁊ ꝯſequunꞇ ⁊ ⁊ ſubſequunꞇ. Scd̄m q2 tota mētis aiaduſione ⁊ intentiōe peccabant. Vnde Geñ. xix. ſcriptum eſt. Cum duo angeli ingreſſi fuiſſent zodomā ⁊ veniſſent ad domū loth veſpere. id eſt. hoꝛa tarda ꝓpter qđ de eoꝝ aduentu non tam cito poterat diffundi fama. niſi tota mentis aiaduerſione ad hoc ſcelus inuigilaſſent: ꝓpterea ibi dicitur ꝙ p̄uſq̄ angeli irent cubitū viri ciuitatis vallauerunt domū loth. Tertium ꝙ cōmuniꞇ ab omnibꝰ hoc ſcelus ꝑpetrabaꞇ ideo ſequitur vbi. ſ̄. ꝙ venerunt a puero vſq̄ ad ſeneꝫ omnis populus ſimul. ſ. ad domuꝫ loth. Et Geñ. xviij. ait dn̄s ad abꝛaam cuꝫ verſus zodomam pariter irent cū cepiſſet a q̄nq̄ginta ꝙ ſi inueniret in zodoma decem iuſtos toti parceret ciuitati. Ecce ꝙ tota ciuitas coꝛrupta erat. Quartum ꝙ aperte inuerecūde et impune fiebat ideo ſequiꞇ vbi. ſ̄. Vocaueruntq̄ loth ⁊ dixerunt ei. Vbi ſunt viri: Ecce ꝙ non multum iuuenculi erant. Sequiꞇ qui introierunt ad te nocte: Ecce ꝙ multum tarde intrauerūt domū ⁊ tamen mox fama diffuſa eſt. Et addunt impudens verbum: Educ illos huc. ſ. in via vt. ſ. cognoſcamꝰ eoſ id eſt. coꝛam oībus abutamur eis. O ſtupēdum facinus ⁊ inuerecundū ſcelus. Quintum ꝙ fiebat tota coꝛdiſ affectiōe ꝓpterea ſb infertur. ꝙ reſiſtente eis loth dixerūt ei. Recede illuc. ſ. iſenſata beſtia. Et rurſuſ ingreſſus es inq̄ūt vt aduena. Quaſi dicāt ad ſimilia ꝑpetranda. Nunquid vt iudices: Quaſi dicēnt. Non. Teipſum magis affligemꝰ. ſ. p zodomiticū actum tecum peccādo etiam te inuito q̄̃ hos. Vimq̄ faciebant loth vehementiſſime iamq̄ ꝓpe erant vt ꝯfringerent foꝛes. Sextum ꝙ hoc faciebāt toto ſtudio quod oſtendiꞇ non ſolum ex pluribꝰ p̄cedētibus. ſed etiam ex his que ibi ſequunꞇ quia angeli pcuſſerunt eos cecitate a mīmo vſq̄ ad maximū ita vt oſtium inuenire non poſſent. ſ. q̄̃uis illud toto ſtudio quererēt. Septimū quia hoc faciebant continue ⁊ pſeueranter ideo ait dn̄s Geñ. xviij. ad abꝛaam. Clamoꝛ zodomoꝝ ⁊ gomoꝛreoꝝ multiplicatus eſt: ⁊ peccatum eoꝛum aggrauatū eſt nimis. Deſcendaꝫ ⁊ videbo vtrum clamoꝛem qui venit ad me compleuerūt opere. Quaſi diceret. matura ſit meſſis. Sed quia per pꝛedicta p̄cedentia ſigna vidit meſſem illam maturam: ſequitur. ꝙ pluit dn̄s ſuper zodomā et gomoꝛram ſulphur ⁊ ignem a dn̄o de celo ⁊ ſubuertit has ciuitates ⁊ omnē circa regionem vniuerſos habitatoꝛes vrbium et cuncta terre virentia. Similiter cum dominus abꝛae extermiatione gentium ꝓmiſiſſet que terram quam ei pꝛomiſit ꝯtinue incolebant ait. Necdum implete ſunt iniquitates eoꝛum. ſcilicet amoꝛreoꝛum vſq̄ ad pꝛeſens tempus Geñ. xv. Quaſi diceret. Et ſemini tuo hanc terram ꝓmitto: tn̄ ante tꝑs comple

menti iniqtatis coꝝ nõ extermiabo. Ex his que dicta ſunt nũc penſet qlibet auditoꝛ q̃ntum hec ſigna in patria regnãt: ⁊ inde ꝓpinquitatẽ iudicioꝝ dei ſeu lõginqtatẽ intelligꝫ

## Qꝫ ta ſeueritate cõtra obſtinatos populos executioni mãdet deus iudicia ſua. Cap̃. iiij.

q Uarta ⁊ vltima ꝯditio chriſti iudicia facientis eſt terroꝛis: de q̃ Job. ſubdit. Et miſit q ſedebat ſup nubem falcẽ ſuam in terrã: ⁊ meſſuit terram. Nubes h̃ ſup quã angelus chriſt⁹ ſedet eſt eius hũana caro. Uñ Eſa. xix. Ecce dñs aſcendet ſup nubem leuẽ: ⁊ ingredietur egyptũ. Sup hanc nubẽ ſedet q2 licet pctõꝛibus terribilis appareat in iudicijs ſuis: oia tñ in trãquillitate iudicat vt dicit Sap̃. xij. Sed tunc mittet falcẽ ſuam in terrã ⁊ metet terrã: cũ terrenas ꝯcupiſas luxurie ſuperbie ſeu auaricie flagellis guerrarũ peſtilentiarũ et famis caſtigat. Uñ Hiere. xxi. Diſpoſui faciem meã ſup ciuitatẽ iſtam in malũ ⁊ non in bonũ. Et ante ꝑmiſerat ⁊ q derelicti fuerint in ea peſte gladio ⁊ fame in mãu querẽtium aiam eoꝝ dabo. Et Eſa. xxiiij. Ecce dominus nudabit terrã ⁊ diſſipabit eam: ⁊ affliget faciem ei⁹. Tunc xo dñs terrã nudat: cũ vel cauſas luxurie ſupbie vel auaricie ab homine aufert. vel ipos hoies ab eis moꝛte ſeu alias remouet. Uñ Eſa. xvij. Ablata ẽ meſſis in die hereditatis. i. ĩ tpe quo mũdana putabat ſine fine hereditare: ⁊ dolebit g̃uit. ſcꝫ q2 ad tpalia afficiebat affectualit. Hec pi⁹ deus micꝛdit egit vt ꝑ flagella euigilent ⁊ reſipiſcant ſcelerati: q2 ꝑ ꝓſpera mũdi ad oium bonoꝝ inſenſualitatẽ ducti ſunt ſicut dicit Eſa. xxviij. Uexatio dat intellectũ auditui. Nõ ad ꝯũſionẽ ⁊ coꝛreptionẽ aũt ſua iudicia ⁊ flagella nobis largiri dignet ille q ⁊ dilectione ꝯũſionẽ expectat ex dilectiõe flagellas ex dilectiõe ad pniam vocat atq3 ex dilectione grãm in pñti donat ⁊ gloriã in futuro dñs: dñs ieſus chriſt⁹: q cũ pře ⁊ ſpũſctõ glorioſe triũphat in ſecula ſeculoꝝ Amen.

## Feria. iij. poſt ſcdam dñicam in qdrageſima de multiplici cã q̃re populi ſup eos futura dei iudicia / non cognoſcunt: nec verent. Ser. xx.

q Ui autem ſe exaltauerit hũiliab. Mat. xxiij. ⁊ in euangelio hodierno. Grauis ſnĩa ⁊ dura iuſticia a dño ꝯtra ſupbiã merito pat: eo q̃ oium flagellandoꝝ ſcelerũ q ꝯtra charitatẽ fiũt ſit pncipiũ ⁊ oꝛigo, ſicut dr Eccl. x. Initiũ ois peccati ẽ ſupbia: ⁊ qui tenuerit eã adimplebit maledicti. i. iudicijs ⁊ maledictiõib⁹ dei. Uñ Hiere. l. Ecce ego ad te ſupbe dicit dñs exercituũ: q2 veniet dies tu⁹. tps viſitatiõis tue. et cadet ſupbus ⁊ coꝛruet ⁊ nõ erit q ſuſcipiet eũ. Uñ pš. Retribuet abũdant facientibus ſupbiã. i. quecũq3 ſcelera ⁊ pctã: q2 in qlibet peccato eſt ſupbia ⁊ ꝯtempt⁹ dei. Legat aũt hec dictio abundant cũ replicatiõe h̃ modo. Retribuet abũdant facientib⁹ ſupbiã abundant. Uñ de abũdantia hui⁹ ſceleris dicitur Apocl. xviij. Reddite illi ſicut illa reddidit vobis ⁊ duplicate duplicia ſm opera eius. Sequitur. Quantum gloꝛificauit ſe ⁊ in delitijs fuit: date ei toꝛmentũ ⁊ luctum. Hec tamen ĩ illis iudicijs maxime adũtendum: quia q̃to ſceleratis populis ꝓpinquioꝛa ſunt: tanto illa minus ꝑtimeſcũt ⁊ minus ea intelligunt ſeu cognoſcunt. Quod non ex alia cauſa cõtingit: niſi quia cecitas mentis ĩ eis ex ſuperbia gñata eoꝛum intantũ obtenebrat intellectum q̃ ſuam manifeſtã ruinam non vident. Jdeo dicit Eſa. xliij. Educ foꝛas populũ cecum ⁊ oculos habẽtẽ: ſurdũ ⁊ aures ſunt ei. Unde pš. cauſas talis humiliatiõis ⁊ ignorate ruine oñdit dicens. Ueniat illi laqueus quem ignoꝛat ⁊ captio quã abſcondit apprehendat eũ: ⁊ in laqueũ cadat in ipſum. Et pt eſſe aliud thema. Jn qb⁹ triplex cauſa hui⁹ ignorãtie demrat. Prima eſt ex pte dei. ibi. Ueniat illi laque⁹ quẽ igrat. Scda ex parte mũdi. ibi. ⁊ captio quã abſcõdit apprehẽdet eum. Tertia ex pte iudicij. ibi. ⁊ in laqueum cadat in ipſum.

## Articulus prim⁹ q̃ qdrupliciter exigẽtib⁹ culpis excecat deus pplos ⁊ magnates ne intelligãt ꝓpinquam eis ruinam.

Prima cauſa hui⁹ igrãtie ẽ ex pte dei. Jõ pš ait. Ueniat illi laque⁹ quẽ igrat. i. veniet patrie vel ciuitati laque⁹ captiuitatis quẽ ignorat. ſ. futurũ eſſe. Uel laque⁹ ẽ peſtis vel fames ⁊c. Uñ Prouẽ. xxi. impingẽt. ſ. ppls a dõ ad laqueos moꝛt. Et Greg⁹. Si ad q̃s impij ꝓperãt penas aſpiceret: ꝑfecto greſſus reflecterẽt. Uñ Eſa. xlvij. Ueniet ſup te malũ ⁊ neſci oꝛtuꝫ ei⁹; ⁊ irruet ſup te calamitas quã non poteris expiare. Ueniet ſup te miſeria repẽte quã neſci. Quõ aũt fiat ex parte dei oſtendit alibi ꝓpheta pš. ciiij. dicens de egyptijs. Conũtit coꝛ coꝝ vt odirẽt populũ eius. Ad idem Job in fi. xij. ait. Qui imutat coꝛ pncipis populi terre: ⁊ decipit eos vt fruſtra incedant ꝑ inuiũ. Palpabũt q̃ſi i tenebris: ⁊ i luce errare eos faciet q̃ſi ebꝛios. Sꝫ qd eſt hoc dicere? Nunqd deus ipſoꝝ ⁊ dñorum coꝛda ꝯũtit vel imutat ad malum? Nequaq3. Abſit oĩno credere q̃ ꝑ ſe vel imediate maliciã coꝛdi alicui⁹ infundat: vel aliquã inclinationẽ ad malum tribuat: attamẽ alijs modis põt facẽ ⁊ ꝑ ꝯſeq̃ns attribuit ſibi. Et ad pñſens q̃ttuoꝛ gñales ponam⁹ vias ꝑ q̃s deus dicit opari hec talia mala. Primo ꝑ viam ſubtractiõis. ſcdo ꝑ viã ꝑmiſſiõis. tertio ꝑ viã illuſtratiõis: q̃rto ꝑ viam impꝛſſionis.

## Qꝫ deus q̃s dignos flagellis nouit excecat eos ꝑ gratiarũ ſuarum ſutractionẽ. Cap̃. j.

p Rimo ꝑ viam ſubtractiõis. Subtrahit eni deus grãm iam populo datã vel cuilibet cõicatam: ⁊ h̃ ꝓpter demerita pctõꝝ. Subtrahit etiã angelicam cuſtodiã ⁊ ꝓtectionẽ quã oꝛdinauit per q̃ttuoꝛ angelos ſicut patuit. š. ſermõe. viij. Subtrahit eni a ipſo lumẽ veritatis ⁊ iudicij veri ⁊ ꝯſilij boni tunc. dũ homo crucis ſigculo ſignare ſe putat impingit in oculum ſuũ. Abſtrahit a ipſo grãm vnionis. adiutoꝛium ꝓuiſiõis. ſanitatẽ aeris. Ponderate inſuper ꝑticularit ſi q̃ttuoꝛ dicti angeli temptatiões ceſſent refrenare vt ibi dictũ eſt vel multas ſiue aliquas ꝑdictarũ: ꝯſiderat bene diſcreta mens quid inde ſequit. Sicut eni nauis ſine gubnaculo. ſ. abſq3 rhemo remigãtib⁹ et velo. non põt regularẽ curſum ſeruare ſed ex ſola carentia dictoꝝ irregularẽ curſuꝫ facere neceſſe eſt: ſic eſt in ꝓpoſito nřo. Eſt eni mens nřa ſicut nauis in medio maris. Dona xo grãrũ ſunt ei ꝓ gubnaculo ⁊ rhemis et anchoꝛis ⁊ velis. Deus aũt ⁊ angeli ⁊ eccleſie regnũ ſunt ꝓ ductoꝛe hmõi nauis. Jõ dñs ait Jo. xv. Sine me nihil poteſtis facere ⁊ pš. Jn manib⁹ tuis ſoꝛtes mee. Jpſe eſt qui opatur in nobis velle ⁊ ꝑficẽ ꝓ bona voluntate ſm aplm ad Phil. ij.

## Qꝫ deus multipliciter ꝑmittit ruere ⁊ ꝑiclitari impios pctõꝛes. Captulũ. ij.

s Ecũdo nocet deus ꝑ viã ꝑmiſſionis. Permittit enim domin⁹ populum ſiue hominem tripliciter cadere in ruinam dimittens eos. Qñq3 in ptãte ſuoꝝ vitioꝝ et paſſionũ ſicut ait pš. Dimiſi eos ſm deſideria coꝛdis eoꝝ ibunt in adinuẽtiõib⁹ ſuis. q̃ male. Jmmo peſſime ſicut dicit ad Rho. j. ideo tradidit illos deus. ſ. ꝑmiſſiue in deſideria coꝛdis eoꝝ ⁊ in paſſiones ignominie ⁊c. Qñq3 in ptãte demonũ. Unde Apocl. vj. Cum aperuiſſet ſigillũ quartũ. Sequit. Et ecce equus pallidus ⁊ q ſedebat ſup eum nomen illi moꝛs ⁊ infernus ſequebat euꝫ: ⁊ data eſt illi ptãs ſup q̃ttuoꝛ partes terre. i. ciuitatis vel patrie. interficẽ gladio fame moꝛte et beſtijs terre. Unde Job. ix. Tradita eſt terra in manus impij. Qñq3 ĩ poteſtate maloꝛum hoiuꝫ ad malũ multiplicit inferendũ. Uñ Apocl. ix. de fumo putei abyſſi. i. de ſupbia exierunt locuſte in terrã. i. hoies impij alios punientes ⁊ flagellãtes q̃ſi manigoldi de dio. i. ſpiculatoꝛes dei. Sequit. Et data ẽ illis ptãs ſicut hñt ſcoꝛpiões terre. Scoꝛpio eni lingua lingit. brachijs ſtringit: ⁊ cauda pungit. Sic tales hoies qbus ꝑmiſſiue ꝯceſſa eſt hec poteſtas pctõꝛib⁹ nocẽt blandicijs et malicijs ⁊ violentijs. Ait pš. Loquunt pacem cum ꝓximo ſuo: mala aũt in coꝛdib⁹ eorum. Et hoc dicit de blãdicijs ⁊ malicijs. De violẽtijs Ezech. xxx. dr. Cõfoꝛtabo bꝛachia regis babylonis: daboq3 et gladiũ meum in manu ſua. Cum eni ꝑmittit populus vel peccatoꝛ eſſe in manib⁹ vitioꝝ ſuoꝝ demonũ et maloꝝ hoium: neceſſe eſt ſequi ruinã ſuam. Sicut eni noſtra natura ſub moꝛbis grauibus ⁊ multiplicib⁹ ꝯſtituta aut in medio ignium ſiue in medio famelicoꝝ leonũ poſita ꝑire cito neceſſe eſt: ſic in ꝓpoſito nřo. Jnſuper ſicut auis ſaxa ad collũ ligata habens et alas multitudie aquarũ ingurgitatas pedeſq3 irretitos oĩno volare non põt ſed bene in ꝑcipiciũ ire: ſic ꝯtingit in ꝓpoſito noſtro.

## Qꝫ ꝓpt illuſtratiões diuinoꝝ donoꝝ excecant impij ne cognoſcant ruinam ſuam. Cap̃. iij.

t Ertio nocet de⁹ ⁊ indirecte ad malum inducit per viam illuſtrationis ſiue obfuſcationis. Operat eni dñs qñq3 opera lucis in ꝯſpectu iniquoꝛum ⁊ impioꝝ: que quideꝫ habẽt hypos oculos excecare. Nec enim pꝛo impijs dꝫ dimittẽ dš q̃n regat mũdi nãlem curſuꝫ. ⁊ q̃n teneat oꝛdinẽ iuſticie tã maloꝝ q̃ bonoꝝ ⁊ q̃n donet bona grẽ electis ſuis faciẽs ĩ eis

opera miſericordie ſue illa diuidēs ſingulis put vult. Non eni debet ſol retinē vel retrahere lumen ſuū: qꝛ infirmis oculis eſt nociuus. Supbis humilitas ſiue in ope ſiue i ſermone placere nō pōt. Eccl. xiij. Abomiatio ſupbo humilitas. Hō diſcholus ꝛ ſupbus ex correptiōe ſalubri ꝛ iuſta fiet durior ꝛ peruior. Carnalis homo ꝛ aialis mūdiciā ꝛ caſtitatem exemplo vel pcepto vel etiā ex neceſſitate ſancte ſocietatꝭ ſuppoſitas non feret ſed fugiet: ex hoc etiam fortius ꝯcupiſcētie frena laxabit. Unde Eccl. xxj. Audiuit verbuȝ luxurioſus ꝛ diſplicebit ei: ꝛ pijciet illud pꝰ tergum ſuū. Auaris pauptas ꝛ pauptatꝭ ſermo atqꝫ paupes odibiles ſunt: ſicut dicitur Eccl. xiij. Execratio diuiti paupꝛ. Incredulos (ſicut q̄tidie in iudeis patet) veritatꝭ altitudo excecat diuinoꝝ myſterioꝝ. In hoꝝ iudiciū dicit Lu. xvj. Audiebāt hec oīa phariſei q̄ erant auari ꝛ deridebāt eum. Et ſic intellige qn̄ de alijs loquebaꝛ ſicut de humilitate ꝛ caſtitate ꝛc̄. Ex his patet ꝙ hoīes male diſciplinati ꝛ maxime ſcelerati ex iſtis gratijs ꝛ virtutibꝰ faciunt damnū ſuū. Inſup ex gratijs electoꝝ ad emulationē ꝛ ad odiū ꝓuocanꝛ. et ſepius qn̄ malis ꝓpinq̄ ſunt iudicia dei ex eoꝝ annūciatiōe non corrigunꝛ: imo ꝓteruiunt ꝛ deteriorant. Nam (ſm Greg.) tumor mentꝭ obſtaculū prebet veritati. Scabioſus raſorem odit. fur lucem. adultera virū ſuū. frenencus manibꝰ ꝛ pedibꝰ impugnat eum qui ſibi medeꝛ: ꝛ obſtinatꝰ atqꝫ reprobatus pctōr ꝛ populus in p̄dicatore radiū veritatꝭ abhorret.

## Q꞉ ex impreſſiōe diuinaꝝ gratiarū ſepius pctōres excecantur ne intelligāt exterminiū ſuum. Capitulum. iiij.

Quarto etiā indirecte ad malū inducit deus p viā impſſiōis. Miſericors eni deus q̄ nō vult mortē pctōris. ſed magꝭ vt ꝯuertaꝛ ꝛ viuat vt dicit Ezech. xviij. qn̄qꝫ facit aliq̄s grāru impſſiones cordibꝰ impioꝝ q̄bus impij abutunꝛ ex eoꝝ arbitrij libertate ꝛ durāte coꝝ malicia. q̄ſi neceſſe hn̄t illas grās retorq̄re ad malum ſicut inſipiēs homo male vtiꝛ bonis. ꝛ iudas ſcintilla ꝯſciētie licet etiam ſathana illū adiuuante pnīa ductus laqueo ſe ſuſpēdit Mat. xxvij. Cayphas q̄ꝫ inſtinctū ꝓpheticū a deo ſibi imiſſum ad ſuam malignitatē ꝛ ſuaȝ prauam intentionē intorſit: qui Io. xj. ait. Expedit vobis vt vnus moriaꝛ ꝓ populo ꝛ nō tota gens pereat. Multi donū naturaꝛ ingenij ꝛ intelligētie alte in diabolicas ꝛ pnicioſiſſimas malicias vertunt: ꝓpter quod lumine veritatis priuanꝛ ſicut dicit Hiere. xxxiij. Abſcondam faciem meam a ciuitate hac ꝓpter oēm maliciā eoꝝ. Alij donū fortitudis corpalis ꝯuertunt ad bella ꝛ ad audacias ceruicoſas. Quidam donū timoris vertunt in puſillanimitates. impetū mūdane ire ꝛ potentie plus q̄ꝫ dei iuſticiā formidātes. Sūt ꝛ alij qui diuitias ꝛ potentias naturales morales ac ſpūales in arrogantiā ꝯuertūt. Naturales diuitias noīamꝰ in mentalibꝰ. vt ingeniū magnū ꝛ naturales ſenſus. In corpalibus vt in mulitudie ꝛ pulchritudine ꝛ populi libtate. In tpalibꝰ vt in denarijs ſeu pecunijs mercancijs poſſeſſionibꝰ edificijs et dn̄ijs in honoribꝰ ꝛ glorioſa ſecli fama. Morales diuitie ſunt prudētia iuſticia fortitudo et tempantia ꝛ virtutes que ꝓcedunt ex eis. Diuitie ſpūales in fide ſpe ꝛ charitate ꝛ i his que diriuanꝛ ab eis compr̄hendunꝛ. De his qui talibus diuitijs abutebanꝛ erat ille cui Apoc. iij. dicitur. Et dicis qꝛ diues ſum. ſ. i diuitijs naturalibꝰ ꝛ locupletatꝰ in moralibꝰ et nullius egeo. ſ. in diuitijs dīnalibus: ꝛ neſcis quia tu es miſer. ſ. quo ad primas ꝛ miſerabilis q̄ ad ſcdas. ꝛ pauper ꝛ nudus ꝛ cecus in dīnalibus ſeu ſpūalibꝰ. Et ſm hāc q̄rtam viam dn̄s ſimiliꝛ ꝛ populis Prou. xxj. dicitur. Cor regis in manu dei: q̄cunqꝫ voluerit inclinabit illud. Ecce quō ex parte dei venit patrie ꝛ populo laqueus quē ignorat.

## Articulus. ij. ꝙ q̄druplex eſt cauſa ex pte mūdi: q̄re populi et magnates nō intelligunt ſua futura iudicia.

Secundo venit ex parte mūdi ignorātia hec. Ideo ꝓpheta ſubdit. Et captio quā abſcondit apprehendit eum ſiue illum. Que nā eſt hec captio quam peccator abſcondit niſi diuinū iudicium quod ſub incōſideratione dei ꝛ ſui per ignorantiā ſibiipſi peccator abſcondit male viuendoqꝫ celat: Hec quidem captio tunc peccatorē cecum apprehendit: cū inſperatum nec expectatum dei iudiciuȝ venit. Ab hac captione timebat apprehendi pſ̄ dicens. A negocio perambulante in tenebris. Ideo alibi orabat dicens. Ab occultis meis munda me dn̄e ꝛc̄. Inſuper Iob. xiij. hoc timens ait. Q̄tas habeo iniquitates



et pctā. ꝛc̄. Si ille (quē de aliquo certo peccato cor in tota vita ſua nō repr̄hendit) pctā ſcelera ꝛ iniq̄tates ſe habere timebat ac p h̄ dei iudiciū formidabat: q̄tomagis pctōres ꝛ populi in oī ſcelere inuoluti in oī iniq̄tate irretiti: in oī ignorātia obcecati: h̄ trepidare tenēntur. Q̄ ſi non fecerit inſipiens multitudo: captio (quā abſcondit) apprehēdit eam. Magnū ẜo piculū eſt tale iudiciū non videre: qꝛ malū (qō ignoraꝛ) nequaq̄ꝫ timeꝛ nec remedium prepaꝛ nec exhibet. Sed vn̄ ex pte mūdi eſt ignorātia iſta: Dicendū ꝙ q̄druplex pōt eſſe cauſa eiꝰ. Prima longa trāq̄llitas. ſecunda mag̃ ꝓſperitas. tertia apparēs bonitas: q̄rta exiſtens iniquitas.

## Q꞉ longa tranquillitas pacis occultat pctōribꝰ exterminia ſua futura ꝛ ꝓpinq̄. Ca. j.

Prima cauſa eſt longa trāquillitas. Occultaꝛ eni multitudo maloꝝ ꝛ magnitudo eoꝝ ꝛ dīnoꝝ iudicioꝝ ex longa tpis dilatiōe ſicut tpe loth illi piture gnātioni Gen̄. xix. Nam ſi nō ſolū ꝙ ꝓplus ille crederet ſe tali iudicio extermiandū: ſed nec generi loth ita inſenſibiles facti ſunt ꝙ cum diceret eis ſurgite ꝛ egredimini de loco iſto qꝛ delebit dn̄s ciuitatē iſtam viſus ē eis q̄ſi ludēs loqui. Quaſi diceret. Quō delereȝ dn̄s tam pulchrā patriā que dꝛ q̄ſi padyſus dei. quō aboleret tantā multitudinē ꝓplorū ubi multi puuli ꝛ inocētes q̄ in hac pticulari patria nunq̄ꝫ fecerint h̄. cū etiā ſumꝰ de ꝓplo dei: Hoc trufaris vt terreas nos ꝛc̄. Idem ſimiliꝛ tpe diluuij factū eſt ꝙ noe diluuiū predicebat nō ſolū verbo annūciādo: ſed etiā facto arcā fabricādo. Sȝ qꝛ tūc dn̄s nō pluerat ſup terrā nec aliqō notabile iudiciū ꝛ exterminiū dederat mūdo longaqꝫ mūdana trāquillitate ſteterat mūdus. carnales hoīes tale exterminiū abhorrebāt: ideo h̄ credē nō poterāt nec volebāt. Sic etiā erit tpe iudicij gnāꝛ ſicut dꝛ Luc̄. xvij. Sicut factū eſt i diebꝰ noe ita erit in diebꝰ filij hoīs. Edebāt ꝛ bibebant vxores ducebāt. ꝛ dabanꝛ ad nuptias. vſqꝫ i diem q̄ intrauit noe in arcā. ꝛ venit diluuiū et pdidit oēs. Similiꝛ ſic factū eſt diebꝰ loth edebāt ꝛ bibebāt emebāt ꝛ vendebāt plātabant ꝛ edificabāt. q̄ die aūt exijt loth a zodomis: pluit ignē ꝛ ſulphur de celo ꝛ oēs pdidit. Sic ſepe euenit ciuitatibꝰ ꝛ patrijs q̄ diu abſqꝫ diuinis flagellis ꝛ maxime guerris in trāquillitate ſteterūt. Hoc etiā exterminiū iudicioꝝ factum eſt p rhomanos hieroſolymitane ciuitati ꝛ patrie qō p̄uidens dn̄s Lu. xix. flens ſup ciuitatē ait. Si cognouiſſes ꝛ tu. Et q̄dem in hac die tua que ad pacem tibi nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.

## Q꞉ ꝓſperitas magna excecat oculos pctōꝝ ne cognoſcat propinquā ſuam ruinam. Ca. ij.

Secūda cauſa huiꝰ occultatiōis eſt mag̃ ꝓſperitas. Magnitudo eniȝ ꝓſperitatꝭ ꝛ abūdantia bonoꝝ temporaliū: mirabiliꝛ excecat oculos ꝓploꝝ. Qui hȝ aures audiēdi audiat q̄d ſpiritus dicat huic ciuitati Ezech. xvj. Hec fuit iniq̄tas zodome ſororis tue. ſupbia. ſaturitas. panis. abūdantia. ꝛ ocium ipſius ꝛ filiarū eius. Un̄ Deut. xxxiij. Dan fluet largiꝛ ex baſan. Dan cauſa ꝛ baſan pinguedo interp̄tanꝛ. Quaſi dicat. Cauſa fluentꝭ ruine eſt pinguedo. In exemplū eiꝰ ꝯſiderenꝛ patrie a deo p exterminia ſepiꝰ ꝛ duriꝰ in italia viſitare ꝛ abūdantiores repienꝛ ſicut patet de lombardia apulia bononia ꝛc̄. Hinc dicitur Hiere. v. Magnificati ſunt ꝛ ditati. incraſſati ſunt ꝛ impinguati: ꝛ p̄terieꝛ ſermōes meos peſſime. Un̄ Deut. xxxij. Incraſſatꝰ eſt dilectus ꝛ recalcitrauit incraſſatꝰ impinguatus dilatatꝰ. Un̄ Oſee. xiij. Adimpleti ſunt et ſaturati ſunt: eleuauerūt corꝭ ſuuȝ ꝛ obliti ſunt mei. Ad idem dicitur Iob. xv. Contra oīpotentē roboratus eſt. cucurrit aduerſus deum erecto collo: ꝛ pingui ceruice armatꝰ eſt. Unde pſ̄. Repleti ſunt qui obſcurati ſūt terre domibꝰ iniq̄tatum. Et Hiere. xxij. dicit dn̄s ad tales. Locutus ſum ad te in abūdantia tua: dixiſti non audiam. Hec ē via tua ab adoleſcentia tua: quia non audiſti vocē meā. Mira nempe ingr̄titudo hoīum ꝛ ignorātia ceca. cum cetera aīalia p bn̄ficia domeſticantur. ſola hūana corda p dei bn̄ficia excecanꝛ et indurantur.

## Q꞉ bonoꝝ apparētia occultat populis dei iudicia. Ca. iij.

Tertia cauſa huius occultatiōis eſt quedam apparens bonitas. Sic in pleriſqꝫ ciuitatibus hoſpitalia multa ꝛ magna eccleſiarum edificia mira multitudo religionū ꝛ religioſoruȝ. Que licet in multis ſunt grata deo: attamē multi inſipientes quadam inſana ꝯfidentia in illis ſperant: tum ipſi oīa illis ꝯtraria operentur. Nec tamen celare poſſunt q̄n oſtendunt ꝙ talia que agunt ſunt apparentia non exn̄tia bona: cū ipſi tuba canāt q̄cūqꝫ faciūt de talibꝰ ſpūalibꝰ bonis. Nō eni h̄ edificarēt hoſpitale nō eccleſiā nō altare ſiue capellam non deniqꝫ ſimile quicq̄ꝫ: niſi nomen ſuum

et arma ibi qſiq̧ ſup̄ chriſtū notabiliter inſignirēt. Qḋ etiā p ꝓphetā ꝓuiſum ē cuz dicit Poſuerūt ſua ſig̃. nō dei ſig̃. ſ. eoꝝ hypocrite intentiōis ꝛ nō cognouerūt. ſ. in vita ſicut in exitu cognituri ſunt ſup ſummū. ſ. ponūt nec etiā verenť in ſacris calicib⁹ ꝛ ꝑamentis talia opari. Contra q̄s dñs ait Mat. vj. Cuz facis elemoſynā noli tuba canē ante te ſicut faciūt hypocrite. Vñ Mat. xxiij. Duces ceci excolātes culicē. ſ. ne bibať cū vino: camelum aūt glucientes. i. mīma delicta q̄ſi expurgantes maxia aūt cōmittētes ꝛ incorꝑantes Apparēt q̄dam geſtu ꝛ inceſſu modeſti ꝛ g̃ues. mulieres etiā alique mature ꝛ honeſte et cōiter populi extrinſecus in multis apparent deuoti ac ꝟtuoſi: ad quos dicit domin⁹ Mat. xxiij. Mūdatī qḋ de foris eſt calicis ꝛ ꝑapſidis: intus aūt pleni eſtis rapina ꝛ imūdicia. Mūda prius qḋ intus eſt. Et addit. Siles eſtis ſepulchris dealbatis q̄ foris apparent hoibus ſpecioſa: intus ꝟo plena ſunt oſſibus mortuoꝝ ꝛ oī ſpurcitia. Sic ꝛ vos a foris q̄dem apparetis hoib⁹ iuſti: intus autē pleni eſtis hypocriſi ꝛ iniq̄tate.

## Q peccata impioꝝ excecant oculos illoꝝ ne ſint capaces ruine ſue. Capitul'. iiij.

Quarta cauſa eſt exiſtēs iniquitas. Multiplicata eni pctā excecāt ꝑlī intellectū ne veritatē intelligē queant. Vñ Sap. ij. Excecauit eos malicia eorū et neſcierūt ſacra dei. i. ei⁹ occulta. neq̧ mercedem ſperauerūt iuſticie. Cū eni aq̄ etiā clara quaſſať ꝛ agitať difficile q̄d in ea lateat videri pōt, q̄tomagl in turbida: vel in ceno. Sic etiā cum ꝑlꝰs imergit ſe ī pctis ſicut ſus i volutabro luti: q̄d mirū ſi dei flagellātis futura iudicia non cognoſcit: Sed audi vrinā non de ꝑlꝰo iſto illud Sap. xiiij. oīa. ſ. ſcelera cōmixta ſunt. Sanguis. homicidiū. furtū. fictio. corruptio. infidelitas. turbatio. piuriū. tumult⁹. ꝛ bonoꝝ dñi imemoratio. aiarū inq̄natio. ſcētitatī imutatio. nuptiarū incōſtantia. inordinatio mechie ꝛ impudicitie. Quid igitur mirū ſi in talib⁹ ꝛ g̃uiorib⁹ ꝑlī inuoluti nō intelligūt futura ſup eos iudicia dei. Vñ dñs Soph. j. cōminať dicēs. Tribulabo hoies ꝛ ambulabūt vt ceci: q2 dño peccauerūt. Et effundeť ſanguis eoꝝ ſicut fumus et corpa eoꝝ ſicut ſtercora. Et hec captio quā abſcondit ꝑlꝰs apprehendit eum. Et hec ſufficiant de ſcḋa cauſa ex ꝑte mūdi.

## Articulus. iij. q ꝓpter q̄druplicem cauſam occultat deus iudicia ſua.

Tertia cauſa ignorātie taliū iudicioꝝ ē ex ꝑte ipſius iudicij. Qḋ q̄dem inꝑſcrutabile ē ideo dicit ad Rho. xj. exclamatiue. O altitudo diuitiarū ſapie ꝛ ſcie dei. q̄ȝ incōprehēſibilia ſunt iudicia eius. ꝛ inueſtigabiles vie eius. Magna q̄dez abyſſus q ſepe pctōres dei iudicia ꝛ flagella que maxie horrent ante oculos teneant nec illa cognoſcāt vt merito populo eueniat illud pš. Et in laqueū cadat in ipſum. i. inſperato cadat in iudicium dei. ideo timeāt populi iudicia dei. Vñ pš. alibi. Judicia dei abyſſus multa. In tali eni occultatiōe iudicij q̄ttuor latent abyſſuſ que ſunt q̄ttuor cauſe ꝓpter q̄s hec dei iudicia occulta ſunt. Prima eſt abyſſus timoratiōis: ſcḋa abyſſus hūiliatiōis, tertia abyſſuſ excluſionis: q̄rta eſt abyſſus excecationis.

## Q deus occultat iudicia ſua vt ſemper pctōres habeāt timere atq̧ pauēre. Capitulū. j.

Prima ē abyſſus timoratiōis. Occultat eni deus futura flagella vt ſemp pctōres paueāt illa ignorantes q̄ñ dñs ventur⁹ ſit: ſicut Apocal. iij. cōminatorie dicit dñſ tali ꝑlꝰo. In mēte habe q̄liter accepis ꝑ aurē mētis ꝛ audieri ꝑ aurem corꝑis ꝛ ſerua. i. obſerua ꝑ te audita ꝛ pniam age de p̄teritis culpis. Si igiť nō euigilaueri tu ꝑlꝰe q litargio ſomno oppzimeris: veniam ad te tanq̧ fur. ꝛ neſcies q̄ hora veniā. Et merito q̄dem. vt q deū cognoſcere diligē ꝛ timē noluit ꝓpter bñficioꝝ collationem: ipſum intelligat ꝑ diuroꝝ flagelloꝝ punitionē iuxta illud ꝓphete. Cognoſceť dñſ iudicia faciens.

quiſq; ſibi q̃ꝫ proximo ſuo: precipue in his q̃ pertinent ad ſalutem anime credere ⁊ miſereri iuxta illud Eccl. xxx. Miſerẽ anime tue placens deo. Poteſt igitur ꝓpter voluntatiſ mutabilitatẽ ꝓmittere illud quod ꝓpoſuit pro ſua ſpũali ſalute: ſicut ⁊ ꝓmittit ꝓ alterius cõmercio tempali. Si igitur aliquis vtiliter ꝓuidet proximo vallando ꝓmiſſionẽ ſuam. iuramẽto. fideiuſſione. pignere: multomagis vtiliter ⁊ laudabilit̄ ꝓuidet ſibi. ſi bonum ꝓpoſitum qđ concepit vel voto vel iuramento. vel quoq; alio modo ſtuduerit confirmari. Proinde. j. Corinth. xv. dicitur. ſtabiles eſtote ac imobiles. Nam in deteſtationem pignerum dicitur Prouerb. xiij. Uult et non vult piger. Secundo ratione adheſionis. Ex quadam eni adheſione in vouente etiam in bono maior firmitas generatur. Nam deſperatio habẽdi aliquam rem magis adherere facit ꝓpoſito ſuo: quia multũ minuit ⁊ tollit ꝯcupiſcentiã illius rei. ꝓpter quod auferre ſibi ſpem alicuius delectabil̄ multum minuit ꝯcupiſcẽtiã eius. Certum ẽ ꝙ ſpes ⁊ facultas adipiſcẽdi aliquid facit illi amplius adherere ⁊ auget ꝯcupiſcentiã eiuſ. Uoluntas autem aut non fertur aut exilit̄ fertur circa impoſſibilia ⁊ deſperata. Sꝫ homo ꝑ votum auferẽdo ſibi licentiã habendi illud quod ꝑ votum relinquit̄ ſeu relinq̃ndi illud quod ꝓpter votum datur. aufert ſibi q̃dammodo ſpem illoꝝ ſm ſententiã auguſtini. Et ex hac ꝑſuppoſitione finis. ſ. ſi vult venire ad vitam ⁊ gloriã ſempiternã: facit ſibi illa impoſſibilia. Unde Aug⁹. in lib. de profeſ. viduitatiſ. Plus inquit in ardentẽ ferũt libidinẽ que deſperãt eiuſdem voluptatem. Que autem innuptarũ vouent caſtitatẽ ipſam ſpem ſubtrahunt que fomes amoris eſt Unde facilius ꝯcupia refrenat̄: que nulla expectatione ſuccendit̄. Preterea q̃to mẽs eius qui eſt in gratia horret mortalẽ culpaȝ et id qđ aufert ſibi ſpem eterne vite q̃ id qđ eſt indifferens ⁊ non illicitum: tãtomagis et tanto firmi⁹ conat̄ in oppoſituȝ ſuũ. Sed id qđ ante votum licitum erat ꝑ votum fit illicitum ⁊ mortale igitur plus incompabilit̄ habet horrere illud poſt ipſum votum q̃ ante votum. ⁊ tanto amplius in oppoſitũ conari et ei adherere facit. Preterea q̃to voluntas magis applicat ſe ad aliquid ⁊ q̃tomagl fortificat ⁊ accendit ſe ad inſeꝑabilit̄ adherẽdũ ei. ⁊ q̃tomagis fugit oppoſitum eius ⁊ ſeꝑat ſe ab illo: tãto firmior reddit̄ ad ꝑſeuerandũ indefectibilit̄ in illo. ⁊ tanto fortior ad reſiſtẽdum omni temptationi impellenti ad ꝯtrarium eius. Per votum autem hec oĩa eueniunt. ſ. maior deſperatio ⁊ maior applicatio et inflammatio voluntatis ⁊ maior a ꝯtrario fuga ⁊ elongatio: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs maior firmitas in bono ꝓpoſito neceſſario habet ſequi.

Tertio ratione ꝯfuſionis. Illud eni qđ ſine magna noſtra confuſione ꝑficere ⁊ implere non poſſum⁹ minus aggredi ꝯcupiſcim⁹ et minus aggredimur q̃ illđ qđ ſine noſtra confuſione implere valemus. Sed per voti tranſgreſſionẽ maior coram alijs confuſio ẽ q̃ ſi fieret ante votum: ſaltem quando eſt publicum vel ſolenne. Habet eni humana mẽs quaſi quidam fluuius duplicez ripam: vnaȝ intra. aliam extra. Interior eſt timor dei: exterior vͦo verecundia mundi. His vͦo duabus ripis retinetur anima: ne ex alueo rationis ꝑfluat i peccato. Ambe he ripe ſunt terminus de quo ꝓpheta ait. Terminũ poſuiſti quem non tranſgredient̄. Per primam ripam ꝓuidemus bona coram deo: per ſecundam vͦo coram oĩbus hominibus. Per vnam amatur deus: per alteram proximus. vt in his duobus tota lex dñi impleatur ⁊ ꝓphetaruȝ. Una alteri adiutoriũ preſtat: nec vna ſine altera ꝑſeuerat. He ſiquidem ſunt due manus quibus ſponſam ſuam dñs dilectaȝ amplexatur. vt merito letanter dicat. Leua eius ſub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabitur me Cantl. ij. Quarto ratione ſubuentionis. Q̃tomagl in aliquo opere adeſt nobis diuinũ adiutoriũ ⁊ ſpes ⁊ confidentia maior de illo: tanto firmius ⁊ cum maiori ſecuritate id opamur ⁊ poſſum⁹ operari. Sed per votum iſta vtiq; augentur ⁊ amplificant̄ ſicut. ſ. per Augl. et anſel. patet ⁊ ſicut etiaȝ ratio dictat. Nam q̃to nos amplius deo damus aut ſubijcimus. ⁊ q̃to amplius euȝ honoramus ⁊ ipſi in eius ſeruitio nos applicamus: tanto diuinũ adiutorium familiarius nobis adeſt. ⁊ tanto ſecuriores nos poſſumus ⁊ debemus eſſe de preſentia ⁊ adiutorio eius. Habet enim ſe ad eos qui vouerũt maxime vota perfectionis ſe religionis non ſolum ſicut ad alios: ſed ſicut ad charos filios ⁊ ſpirituales ſeruos. tam ad conferendũ eiſdem tanquam filijs dona q̃ ad remittendum peccata. Nam quando redeunt a peccatis ſuſcipit eos ad gratiã ſuam ſicut filios ſm Anſel. lib. de ſimilitudinib⁹ Quia licȝ tales q̃ñ peccant plus offendant: tamen q̃ñ pe

nitent deus iudicat eos ſicut ſuos amicos. alios v̄o ſicut alienos. Ex dictis patet ꝙ facere aliquid ex voto non ſolum eſt melius ⁊ magis meritoriū. ſed etiam vtilius eſt ⁊ expedientius ꝙ̄ illud idem facē ſine voto. Qd̄ ꝑ illuminatā diuinitꝰ rationē ac experientiam certaꝫ deuotus Bern̄. intelligēs ait. Bonū eſt nos hic eſſe. ſ. in ſtatu religiōis. Quare? Quia homo ibi viuit puriꝰ. cadit rariꝰ. reſurgit velocius. incedit cautius. quieſcit ſecurius. irroratꝰ freq̄ntiꝰ. purgatꝰ citius. moritur ꝯfidentius: ⁊ premiatꝰ copioſiꝰ. In quibus ſacris verbis exprimit nouē rationes q̄re ſit melius facere bonū in ſtatu religionis ꝙ̄ extra religionē: ⁊ maxime i ſeculari ſtatu.

## De. xij. fructibꝰ votoꝝ religiōis

Ex his. xij. rationibꝰ que in p̄ſenti articulo dicte ſunt ad p̄dicandū formari poſſunt xij. fructus votoꝝ ſancte religionis: q̄ſi votum ſit lignū vite in medio paradyſi. ſ. eccleſie ſeu religionis Geñ. ij. Et Apoc. viij. dicitur. ex vtraq̄ parte flumis lignū vite afferēſ fructus. xij. ꝑ ſingulos menſes reddēs fructum ſuū. qd̄ poteſt eſſe aliud thema. Primi q̄ttuor fructus ſunt hi. Primus dicitꝰ donatio. ſcd̄s adiunctio. tertius eſtimatio. quartꝰ approbatio. Secūdi q̄ttuor ſunt hi. Primus dicitur ꝑfiguratio. ſcd̄s ſubiectio. tertius intentio: q̄rtus ꝯiūctio. Tertij q̄ttuor ſunt hij. Primus dicitꝰ firmatio. ſcd̄s adheſio. tertiuſ ꝯfuſionis timoratio: q̄rtus diuina ſubuētio

## Articulus. ij. de multiplici diſcretione: que obſeruāda eſt ab his qui aſſumuntꝰ ⁊ recipiuntur ad ſtatum religionis.

s Ecūdo ꝯſideremꝰ ipſius ſtatus religionis diſcretionē. Licet enī aliquid facere ex voto ſemꝑ ſit meliꝰ de ſe ⁊ ꝙ̄tum eſt de ſe ſemꝑ expedientiꝰ videatur: tamen ꝓpter humanā infirmitatē et multoꝝ indiſpoſitionē non ſemꝑ magis expediens eſt. Tunc quidem euidentꝰ eſt expediens: q̄n oībus circūſtantijs ſufficientꝰ penſatis manifeſte apparet non iminere ꝑiculuꝫ ꝑnicioſe trāſgreſſiōis. In veteri enī lege oē ſacrificiū qd̄ deo offerebatꝰ ſine ſale ingratū erat. Unde ad Rho. xij. Rationabile ſit obſequiū veſtrum. Qd̄ inſinuare dn̄s volens Lu. xiiij. cum prius dixiſſet ſi quis venit ad me ⁊ non odit patrem ſuum ⁊ matrem ⁊ vxorem ⁊ filios ⁊ fratres adhuc autem ⁊ animā ſuam ⁊ qui non baiulat cruceꝫ ſuam ⁊ venit poſt me non poteſt eſſe meus diſcipulus: ſtatim ſubnectit dicens. Quis eni ex vobis volens turrem edificare. nonne prius cōputat ſumptus qui neceſſarij ſunt ſi habeat ad ꝑficiendū. vt poſtea ꝙ̄ poſuerit fundamentuꝫ et non poterit ꝑficere. omnes qui vident incipiant ei illudere dicentes. quia hic homo incepit edificare ⁊ non potuit ꝯſumare? Qd̄ exponenſ Gregꝰ. in omelia ait. Quia ſublimia mandata ſeu precepta data ſunt. ꝓtinuſ compatio edificāde ſublimitatꝭ adiungitꝰ cuꝫ dicitur. Quis ex vobis volens ⁊c̄. Et pꝰ pauca ſubdit. Iſtos ſnmptus diues habere nō potuit. qui cum precepta relinq̄ndi oīa adiūtiſſet: triſtis abſceſſit. Et poſt ꝑabolaꝫ de turri p̄dictā dn̄s ſubdit. Bonū eſt ſal. Si auteꝫ ſal euanuerit in quo condietꝰ? Neq̄ in terra neq̄ in ſterq̄linio vtile eſt: ſed foras mittetur Qui habet aures audiat. Hec dn̄ſ ibi. ē. Ut ex oībus dictis inſinuare velit ꝙ talis ſtatuſ aſſumptio. debet ſale diſcretiōis ꝯdiri. Proinde circa inductionē ⁊ receptioneꝫ ad religionem diſcretio triplex neceſſaria eſt. Prima circa aduenientes. ſcd̄a circa recipiētes: tertia circa dubietates,

## Qꝛ q̄ttuor aptitudinis ſigna maxime conſiderāda ſunt in volentibus intrare religionē ſctāꝫ Capitulum. j.

p Rima diſcretio obſeruāda eſt circa volentes intrare religionē. In quibus q̄ttuor ſigna ſeu indicia bona maxime ꝯſiderāda ſunt. Primū eſt voluntas bona. ſcd̄m honeſta vita. tertiū natura ſenſata: q̄rtum etas diſcreta. Primū ſignū eſt voluntas bona. i. ſi a priſtina mūdi ꝯuerſatione apparet mentem aduenientꝭ multum eſſe mutatā aut non. Nam voluntas tepida ⁊ remiſſa cōmunitꝰ ad religiōis ſtatum aſſumi non debet. Ideo omnes ad religionem inducētes ſeu recipiētes ad Rhom̄. xij āmonet apoſtolus dicens. Probetis. ſ. i intrare volentibꝰ que ſit dei volūtas bona beneplacens ⁊ perfecta. Nam primo in talibꝰ ꝓbatur voluntas dei bona in pauꝑtate. id ē ꝙ̄ libenter relinquūt oīa tꝑalia mundi. Secundo ꝓbatur in illis volūtas dei bn̄placēs in caſtitate. i. cū q̄ta cōplacētia ꝓponūt caſtitatē ſeruare. Tertio āt ꝓbatꝰ in eis volūtas dei ꝑfecta. ſ. in obedientia ꝑfecta ⁊ in abnegatione ꝓprij ſenſus ⁊ proprie voluntatis. Prima ꝓbatio eſt bona. ſcd̄a eſt melior: tertia eſt perfecta. Uel euidentiꝰ ꝓbatꝰ voluntas bona beneplacēs ⁊ ꝑfecta ꝑ ordinem in tribus ſignis de quibus dicetꝰ. j. arti. viij. in xv. argu. Scd̄m ſignum ꝯſiderandū eſt p̄terita vita. id eſt. ſi fuit homo morigeratꝰ vl' bonus vel deuius vel ſceleſtꝰ. Nam licꝫ chriſtus dixerit phariſeis Matth. xi. Publicani et meretrices precedent vos in regnū dei: n̄ tamen dixit ꝙ paſſim omnes publicani ⁊ meretrices ad regna celoꝝ venirent. Proinde turpiter errant qui p̄dones ⁊ ſaccomānos publicanos ⁊ meretrices ⁊ de agris ⁊ ſepibꝰ ꝯgregantes illos repente veſte religioſa induunt. ⁊ quaſi in regulari collegio cum ſanctis viris ⁊ virtuoſis iuuenibꝰ atq̄ virginibus dedicant: ita ꝙ fere mox ab oībꝰ tractātur vt ſancti nullis aut modicis p̄euntibꝰ digne penitētie ſignis: cum tamen etiam d̄ his qui p̄ma facie ſancti ⁊ periti eſſe videntꝰ. j. cano. ſua. c. iiij. Ioh. ammonet dicens. Nolite oī ſpiritui credere. ſed ꝓbate ſpūs ſi ex deo ſunt ſequēs in hoc chriſtum Matth. vij. dicentem. Attendite. id eſt. attente vobis cauere a falſis ꝓphetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouiū: intrinſecuſ autē ſunt lupi rapaces. Nam experientia teſte quidam ad religionem venientes in p̄ncipio videntꝰ agni: ⁊ modico elapſo tempore repiuntꝰ lupi. Non eni ſine magna experientia ⁊ lumine dei regule ſanctoꝝ patꝝ prudētiſſime ſtatuerūt ꝙ ad religionē venientes antea ꝓbarentꝰ: an ad talem apti ſūt ⁊ idonei. Quis enī edificator domus vel nauis materialꝭ non ſollerter et prouide ꝑſcrutatꝰ ligna ⁊ lapides ⁊ diu cum multis ſciſſuris ⁊ tonſionibꝰ parat anteq̄ꝫ in edificio ponatur? Nec ad hoc q̊ſcunq̄ accipit ſed ſolum ſolidos ⁊ ſuo artificio aptos. ꝙ̄tomagis in ſpūalium religionū edificio h̄ ſeruari neceſſe eſt? Igitur ſicut nullus eſt a penitētia aut a ſpe venie reijciēdus ſi peniteat vere: ſic nullus eſt ad firma ſeu intima ſanctorum vel ſanctarū collegia ad firmam vel familiarē ſocietatē recipiēdus. niſi prius eiꝰ idoneitas ꝑ ſigna ſufficiētia fuerit comprobata. Qd̄ in q̄buſdam indiget tempore longo. Unde Gregꝰ. xxxj. moralꝭ. Quia terreni p̄ncipes magna ſe deo hūilitate ſubſternūt. praui hoīes nunc ad fraudis argumēta vertuntur. Quia enī illos ad religionē reuererī ꝯſpiciunt. ipſi cultuꝫ religiōis aſſumūt: ⁊ bonorum vitam ſub deſpectis veſtibꝰ iniquis operibus premūt. Mundi quippe dilectoreſ ſunt. qui in hoc in ſe qd̄ hoīes venerantꝰ oſ̄dunt: atq̄ eis qui vere ſe deſpiciūt non mente ſed veſte copulantꝰ. ⁊ quia p̄ſentem gloriā amantes conſequi non poſſunt: quaſi deſpicientes ſequuntur. Honores enim fugiunt vt honoribꝰ obuiēt. Facilꝭ enī eſt ꝯuerſio ꝑſonarum naturaliter leuiū ⁊ mobiliū ⁊ inconſtantium ſeu ſtolidoꝝ aut brutaliū ⁊ brutali more ſemper nutritaꝝ. Non eſt ſtatim habēda ꝓ firma ⁊ rata q̄n potius vix vnq̄ eſt firma: ⁊ ideo nunq̄ eſt tuta. Tertiū ſignum eſt natura ſenſata. Q̄nq̄ enim repiuntꝰ maximi pctōres ⁊ peccatrices in naturalibꝰ optime dotati ⁊ inſtituti qui q̄n perfecte ꝯuertuntur ad deum. ſunt valde ꝯſtantes ⁊ omni morum honeſtate ac grauitate optime et cito imbuiles. Et de talium numero eſtimo fuiſſe magdalenā. tamen ꝓpter aliquos vel aliquas tales non debet vniūſaliter ⁊ in omnem euentum ꝯſeq̄ntia trahi ad quoſcunq̄ pctōres ⁊ peccatrices paſſim ad ſanctoꝝ familiarem ꝯiunctum eſſe recipiendos: quia de talibus rari repiuntur. Sed ſi quando tales occurrunt verificatꝰ in eis ſentētia pauli ad Rhoma. v. Ubi abundauit delictū ſuperabundabit ⁊ gratia. Quia tales ſicut fuerꝭ ſapientes vt facerent mala: ita diuina gratia in eis mirabilitꝰ opante ſapientes fiunt vt faciant bona. Quartum ſignū eſt etas diſcreta. In vario tamen religiōis ſtatu varia competit etas. Multiplici ratione determinari non poteſt ad preſens in qua etate ad religionē quilibet inducēdus ſeu recipiendus ſit: ⁊ maxime ꝓpter varios religiōis ſtatus. Nam quedaꝫ religio requirit etate maturos. ratione diſcretos ⁊ ſanctitate p̄cipuos. Quedaꝫ v̄o in teneriori etate ſuſcipe poteſt. Sed circa hoc ſufficit obſeruare in quolibet ſtatu religionis qd̄ ſancti antiqui ⁊ experti patres ſanxerunt atq̄ ſtatuerūt in regulis ſuis. quas qui deſpicit indies fructus exꝑictur. Et interim ē ſignū p̄ſumptuoſe temeritatis. Pleroſq̄ enī temporibꝰ noſtris ſub pallio charitatis vel potius vanitatis deceptos vidi. paſſim ⁊ inconſiderate oēs ad religionem recipientes quoꝝ operū finis et fructus fuit fumus ⁊ fetor. ⁊ impeditiuū obſtaculum eoꝝ qui cū dei honore ⁊ ſui ac ꝓximoꝝ ſalute ingreſſi fuiſſent religionem. Pudet enī ⁊ iuſte. prudentē virū aſſumere religionem ⁊ ſtatum. in quo ante ſe precedere videt multos homines infames ⁊ ſceleratoſ

et tandem in breui tempoꝛe apoſtatātes et
deterioꝛes effectos. Tales ſiquidem arietes
fumo vanitatis imbuti ⁊ obcecati ⁊ duces
conſimilium cecoꝛum effecti: non conſide-
rant illud Eccleſiaſtici. xvj. Ne iocunderis ī
filijs impijs ſi multiplicentur. Et ſequitur.
Melius eſt enim vnus timens deuꝫ ꝙ̄ mil-
le filij impij. Et vtile eſt moꝛi ſine filijs: ꝙ̄ re-
linquere filios impios. Sumūt tales exem-
plum eccleſie militāt̄ que multos recipit ad
oꝛdines ſacros ſolēne caſtitat̄ votum coan-
nexum habētes. cū eoꝝ ꝙ̄plurimi ſepe trāſ-
gredi compꝛobent. ⁊ tamen eccleſia ꝓpte-
rea ꝯſimiles recipe non omittit: non intelli-
gentes ꝙ ab his que in eccleſia irreglarit̄ fiūt
non eſt trahendū argumentū ⁊ exemplū ſed
ſolum ab his que in dei eccleſia autētice ⁊ re
gulariter ſtatuunt̄. Stragem eni clerical̄ ſta
tus ſeu alioꝛū religioſoꝝ ⁊ ꝑſumptuoſam ac
temerariā ⁊ ꝑuerſam aſſumptionē hmōi ſta
tuum nemo ſapiens aſſerit bonam ſeu aſſu-
mendā ⁊ imitandā. Preterea ꝑſpicacit̄ intuē
ti manifeſte videbit̄. ꝙ peius plerūqꝫ eſt m̄l-
tos malos hr̄e miſtros: ꝙ̄ paucos ac nullos

## Volens intrare religionem aut aliquem inducere ad eam q̄t tuoꝛ circa eum recipiētes conſi- derare debent. Capitul̄. ij.

s Ecunda vero diſcretio obſeruāda
eſt circa recipiētes. Quattuoꝛ vero
ſigna ꝯſiderare debet ad religio-
nem inducens vel religionē aſſu-
mens: que ad ꝑſeuerantiā ī bono ꝓpoſito et
in ſua ꝓfeſſione ⁊ vocatiōe maximū auxiliū
pꝛeſtant. Primū ſignū eſt ſocietas bona. ſe-
cundū eſt ꝑlatoꝛū diligens cura. tertiū eſt lo
ci ſeu ꝯuentus ⁊ monaſterij ꝯueniētia. q̄rtū
regularis vita. Primū ſignū eſt ſocietas
bona. Nam dum bonū addit̄ bono totū fit
magis bonū: atqꝫ dum virtus virtuti addit̄
ex vnione magis coꝛroboꝛat̄. Quippe in ſo-
cietate bonoꝝ melius cognoſcit̄ veritas. fer
uentius diligit̄ bonitas: ⁊ efficacius bonuꝫ
opere adimplet̄. Nemo ſibi ſatis eſt. eget oīſ
amicus amico. iuncti accenſi carbones meli
us ſeruant ignem: plurimiqꝫ equi ſimul ſin-
gulis greſſum facilioꝛē pꝛeſtant. Ideo Am-
bꝛo. in ſermone de moꝛib' ⁊ vita honeſta ait
Socios tibi bonos ⁊ honeſtos ꝯiunge: quia
ſi fueris ſocius ꝯūſatiōis coꝝ eris ⁊ virtutis
illoꝝ. Unde. xvj. q. j. c. ſi clericatus. ad ruſti-
cum monachū Hiero. ait. Primū eni tractā-
dum eſt vtrū ſolus aut cum alijs in mona-
ſterio viuere debeas. Mihi placet vt habe-
as ſanctoꝝ ꝯtuberniū: nec ipſe te doceas et
abſqꝫ ductoꝛe gradiaris viam quam nunq̄
ingreſſus es. Unde ꝓpheta. Cum ſctō ſan-
ctus eris. Si igitur multitudo ꝯgregatiōis
aut ſtatus licet de ſe melioꝛis non obſeruat
cōmunit̄ ſtatum ſuū. ita ꝙ ex hoc oī intranti
iminet notabile ꝑiculum illum ſtatum mini-
me obſeruādi ſed potius ſequēdi cōmunes
tranſgreſſiōes illius: tunc talis introitus eſt
potius diſſuadēdus ꝙ̄ ꝯſulēdus. etiaꝫ ſi ad
tales vouiſſet intrare. Melius eſt eni ꝙ vo-
tum impleat in alia religione: ꝙ̄ ſe cōmitte-
re ꝑiculo tanti caſus. Facilius eni inficimur
ex ſocietate maloꝝ: ꝙ̄ coꝛrigimur ex ſocieta-
te bonoꝝ. Et plus inficit vnus malus: ꝙ̄ ali-
cui ꝓficiant multi boni. Unde Eccl. vij. Diſ-
cede ab iniq̄ ⁊ deficient mala abs te. Et Gre-
go. ſuꝑ Ezech. ix. Infirmi debent pꝛauoꝛuꝫ
ſocietatē declinare: ne mala que freq̄nter aſ-
piciunt ⁊ coꝛrigere non valent. imitari dele-
ctentur. Et addit exemplū ꝙ ꝑ longam ꝯūſa
tionem lepꝛoſi fit homo lepꝛoſus. Ubi Eccl.
xiij. dicitur. Qui cōmūicat ſuꝑbo induit ſu-
perbiam. Et Prouerb. xiij. Qui cum ſapiē-
tibus gradit̄ ſapiens erit: amicus ſtultoꝝ ef
ficietur ſimilis. Et Bern. Coꝛrūpunt bonoſ
moꝛes non ſolum colloquia pꝛaua ſed etiaꝫ
ꝯſoꝛtia pꝛaua. Apoſtolus petrus tpe paſſio-
nis factus ſocius ꝑuerſoꝝ. negauit chꝛiſtuꝫ
et in negatiōe ꝑſeuerauit: tandem vero egreſ-
ſus foꝛas ab eis ſegregat' duꝫ peniteret fle-
uit amare. Bene igitur dicit̄ cum ꝑuerſo ꝑ-
uerteris quia ex ꝯuictu generant̄ moꝛes bo
ni aut mali. Secundū ſignū eſt pꝛelatoꝛū
diligens cura. que ꝓficit multū religionē in-
trantib'. Et econtra q̄ñ ſunt erga ſubditos
negligētes ſeu ꝑnicioſi. Proinde q̄ñ de h̄ vo
lente ingredi oꝛdinem aut de illo in ſingula-
ri ⁊ determiate penſatis alijs circūſtantijs ⁊
maxime iminentiū temptationū ⁊ defectus
gubernantiū auxilioꝝ notabilit̄ ꝓbabili' eſt
iſtum eſſe caſurū ꝙ̄ ꝑſeueraturū. non debet
ꝓ tali tempoꝛe ad altioꝛem ſtatum recipi vel
induci: quia q̄les ſunt pꝛelati tales efficiunt̄
ſubditi cum ſint maxime nouiter aduenien-
tibus ꝓ̄maria foꝛma. Tertiū ſignū eſt loci
aut ꝯuētus ⁊ monaſterij ꝯueniētia. ſ. ad ſer-
uitium dei. Scōm eni paladiū vbicūqꝫ gnāt̄
echo nō mellificāt apes nec habitāt: vt myſti
ce inuat̄ ꝙ loca tumltuoſa ⁊ vlt̄ ſue ꝓfeſſiōis



vocationē mūdanis negocijs implicata fru
ctui atqꝫ deuotioni ſeruoꝝ dei magnū ꝑſtāt
impedimētū. Unñ. ij. ad Timoth. ij. Nemo
militās deo implicat ſe negocijs ſecl̄aribus.
Sꝫ tñ adūtēdū eſt ſm Gregi. ſuꝑ Ezech. ꝙ ſi
deſit ſpūs nō adiuuat locus. Quartū ſi-
gnū eſt regl̄aris vita. ſ. ſm ꝓfeſſionē ſuā: quia
tunc religio ingredientib' magnam pꝛeſtat
vtilitatē. Unde Hugo de clau. ani. Abun-
dans eſt pauperi religio. mediocri ſufficiēs.
tolerabil̄ diuiti. infirmis larga. delicatis cō-
patiens. foꝛtioꝛib' moderata. penitentibus
miſericoꝛs. ꝑuerſis ſeuera: bonis optima.
Hec ſunt beneficia religiōis. Hec ille Aduer
tendū eſt tamē ſm Bern. in lib. de pꝛecepto
et diſpen. ꝙ qui ſm regulam viuere ſtatuūt.
et ſi non ad vnguem vt dicit̄ totam cuſtodi-
unt. ⁊ ſi qua ꝓ ſui clauſtri ritu mutāt vel pꝛe
termittūt a regl̄ari tamen ꝓfeſſiōe non diſce
dunt: dum tamen ſobꝛie iuſte ⁊ pie ꝓ moꝛi-
bus viuere non deſiſtunt.

## Qꝛ quidam ex q̄druplici irra tionabili dubietate a religione retrahūt multos. Ca. iij

t Ertia diſcretio obſeruāda eſt cir-
ca dubietates. Sunt eni pleriqꝫ q̄
a religioniſ ingreſſu retrahunt̄ ꝓ
pter q̄ſdam indebitas dubietates. necnon ⁊
quidam ꝓpter eaſdē cauſas alios inducē re
tardant̄. imo ⁊ multi qđ deteri' eſt volentes
intrare religionē ex erronea ꝯſciētia retra-
hunt eos: moti ex q̄druplici cōmuni hoīum
ſigno. Primū eſt fragilitas. ſcōm eſt lib̄tas.
tertiū eſt exēplaritas: q̄rtum eſt paucitas.
Primū ſignū eſt fragilitas. Ubi adūtenduꝫ
eſt ꝙ ſi ex cōmuni hoīuꝫ fragilitate timet̄ ca-
ſus huic vel illic eſt homo nihilomin' indu-
cendus. Cuius ratio eſt qꝛ talis cōmunis fra
gilitas non facit in h̄ hoīe vel in illo maioꝛeꝫ
ꝓbabilitatē ꝓ caſu. q̄n potiuſ ꝓpoſitū bonū
illius ad talem ſtatum cum aſſiſtētia gr̄e dei
qui iam illud ſanctū ꝓpoſitū dedit ⁊ cum au
xilio regular̄ ſtatus ⁊ bone ſocietat̄ ⁊ regi-
minis ſancti eius ꝑponderat ad ꝑſumendū
talem eſſe ꝑſeueraturū potius ꝙ̄ caſuꝝ. Pre
terea non oēs cadētes ſemꝑ ꝑſeuerāt in caſu
Unde ꝓpter caſum ad hoꝛaꝫ poſtmodū re-
parandū non debꝫ receptio ad oꝛdinē omit
ti. quia ꝙ̄uis apoſtoli in hoꝛa moꝛtis chꝛiſti
coꝛruerūt: attamē ⁊ eis ⁊ eccleſie dei vtili' fu
it eos fuiſſe ad diſcipulatū vocatos ⁊ tandē
reꝑatos. ꝙ̄ ſi nunq̄ intraſſent ⁊ ab aſſumpto
ſtatu ruiſſent. Preterea q̄ñ eidem hoī ad al-
tioꝛē ſtatum nō intranti imineret foꝛtioꝛ ca-
ſus atqꝫ foꝛtius ⁊ graui' ⁊ certius ꝙ̄ ſi intra
ret. tunc ꝓpter timoꝛē caſus ingreſſus mini
me eſt omittēdus exēplo chꝛiſti plures diſci
pulos facientis ꝙ̄uis ſciret qđ Joh. vj. ait ꝙ
multi ex eis abierūt retro nec ambulabāt cū
illo. Nam ſi non intraſſent ad chꝛiſti diſcipu
latum cum ceteris iudeis grauius ⁊ irreꝑa-
bilius coꝛruiſſent. Et idem eſt de plurib' q̄
in ſtatu penitētie quibuſdā temptatiōib' in-
firmant̄. qui ſi in ſtatu laxioꝛi cum ceteris re
manſiſſent. grauius ⁊ deſperabili' infirma-
rentur. ⁊ maxime quia in penitētie ſtatu fre-
quenter ꝑmittit deus quoſdā temptationuꝫ
languoꝛes ⁊ moꝛbidos lapſus ad medicina
le emplaſtrū ⁊ experimentū inferēs ad ꝓuen-
tum gratie amplioꝛis. ⁊ ad augmentū hūili-
tatis ⁊ noticie ſuiipſius. atqꝫ ad cautelam in
poſterū ꝯſimiliū. vel alioꝝ caſuū vitandoꝛū.
Scōm ſignū eſt lib̄tas. Conſiderāt eni q̄-
dam lib̄tatem hūani arbitrij ꝯiunctam hūa-
ne fragilitati. ⁊ inde eliciūt valde eſſe ꝑiculo-
ſum hoīem aſſumere regl̄arem ſtatum: nec
aduertūt ꝙ ſm hoc nullus vocādus eſſet ad
altioꝛem ſtatum. Sunt eni in oībus hoībus
iſta duo. ſ. cōmunis fragilitas: ⁊ ad bonū vl̄
ad malum voluntat̄ lib̄tas. Sed ad quid oꝛ
dinaſſet chꝛiſtus hec tria ſancte religiōis vo-
ta? Nonne ſciebat in hoīe eſſe humanā fragi
litatem? an neſciebat dediſſe hoī liberam vo
luntatē? Preterea. Si hoc verum eſſet. ſeq̄re
tur ꝙ ſimilis ratio eſſet de acceſſu ad fidem ⁊
fidei ſacramēta cum. ij. Pe. ij. dicit̄. Melius
eni erat eis non agnoſcē viam iuſticie: ꝙ̄ ꝑ'
agnitam retroꝛſum ꝯuerti. Et ſm apl̄m ad
Heb. x. Deterioꝛa meret̄ ſupplicia. qui filiuꝫ
dei ꝯculcauerit. ⁊ ſanguinē teſtamēti pollu-
tum duxerit in quo ſctificat' eſt ⁊ ſpūi gratie
ꝯtumeliam fecerit. Non eſſet etiam paſſim
ad iuſticie opera ꝓcedendū: quia Eccl. xxvj
dicit̄. Qui tranſgredit̄ de iuſticia in peccatū
deus parauit eum ad rumpheā. Tertiuꝫ
ſignum eſt exemplaritas. Pleriqꝫ etiam ꝯſi-
derant ſuis tꝑibus a ſacra religiōe retrogra
daſſe ⁊ cecidiſſe multos: quoꝝ exemplo in-
diſcrete ſcandalizant̄. Nam ſi ſolum genera
liter ⁊ indetermiate timet̄ pluriū caſus ꝓpt̄
ſola exempla multoꝝ cadentiū. non ꝓpt̄ h̄
dimittenda eſt aſſumptio talis ſtatus. eo ꝙ
ex taliū ꝑterito caſu non iminet intrantibus
ruendi ꝑiculū: imo occaſio potius ꝑcauendi
ꝯſimilē caſuꝫ. Pretēa ruine illoꝝ q̄ ceciderūt
poti' ꝓuenerūt ex maliḡ defectu liberi ꝯſen-
ſus eoꝝ. ꝙ̄ ex defectu aſſumpti ſtatus aut

gratie dei ad illos illuminãdos: aut ex aliq̃
ꝓpria ſtoliditate vel leuitate corum. Ex his
nequaq̃ꝫ ꝓbabile ſit alioſ carentes defectibꝰ
illis caſuros fore: q̃ꝫuis ex his plus debeat
caſus ꝯſimilis formidari. Attamẽ talꝭ timor
potius ꝯtra caſum auxiliũ preſtat q̃ꝫ inducat
ad caſum: niſi ſit oĩno deſperatiuꝰ ⁊ fragilis
mentis ꝯſternatiuꝰ. Si eñ ꝑpter aliquoꝝ
caſus deberet q̃s ſe retrahere a religiõe. ſeq̃
retur ꝙ dareꝭ occaſio oĩs hũana ſtudia ꝑter-
mittendi. iuxta illud Eccl. xj. Qui obſeruat
ventũ nõ ſemĩat: ⁊ qui ꝯſiderat nubes nũq̃ꝫ
metet. Et Prouẽ. xxvj. dicit. Dicit piger leo
eſt ĩ via. leena in itineribꝰ. vbi glo. ait. Mul
ti cum verba exhortatiõis audiũt dicunt ſe
velle viam iuſticie incipe. ſed a ſathana retra
hunꝭ ne ꝑficiantꝰ Quartũ ſignũ eſt pauci
tas quia. ſ. multi non ꝑſeuerãt. Porro ꝑpt
ꝑcedentiũ caſus non debet homo ſe retrahe
re nouas inſerẽ plantas q̃n potius tãtopluſ
eſt religio nouo ſemĩe ꝓpagãda: q̃ꝫto ꝑ plu-
riũ ſeminũ ac plantarũ euulſionẽ eſt ampliꝰ
diminuta. iuxta illud Eccl. xj. Mane ſemĩa ſe-
men tuũ. ⁊ veſpe non ceſſet manꝰ tua: q꞉ ne-
ſcis quid magis oriaꝭ hoc an illud.. Sũt eñ
pleriq̃ꝫ qui abſq̃ꝫ compaſſiua charitate ⁊ pie
ta te ⁊ in detrimentũ non modicũ ꝯſcie ſue
ex vno religioſo aliq̃d ſcãdalũ ꝑpetrãte. aut
ordinẽ relinq̃nte. aut ſceleſtiore aliis ſecula-
ribus facto. matrẽ que eſt relicta ꝯgregatio
et religio eius detractiõibꝰ ⁊ murmuratiõi-
bus mordent ⁊ lacerãt. atq̃ꝫ ꝯtra inocentes
impie latrant. totãq̃ꝫ reliquã multitudinem
ſeruoꝝ dei illius ꝯgregatiõis iniuſta ac ſeua
ſentẽtia dãnãt: qui ſi vere pie diſcreteq̃ꝫ ſen-
tirent. manifeſte coĝſcerẽt. ꝙ mare ſe pur-
gans putrida ad litora vomit. necnõ ⁊ cor-
pora noſtra ſana ꝯſũmata ciboꝝ digeſtione
putrida q̃ꝫ a ſe reiiciũt. nec tamen odio ha-
betur. nec deſpiciꝭ ipſum mare. nec inſuper
noſtrũ corpus. Licet etiam religio pia maꝭ
inter ſe infirmos foueat ⁊ ignaros non eiici
at. tepidos ⁊ deſides non repellat: non tam̃
tota debet deſpici ⁊ ꝯtemni: In cuiꝰ myſteri
um Deut. xxij. diciꝭ. Si ambulãs ꝑ viam in
arbore vel in terra nidũ auis inuenerĩ ⁊ ma
trem pullis vel ouis deſuꝑ incubantẽ: nõ te
nebis eam cũ filiis. ſed abire patierĩ captos
tenens filios. vt bñ ſit tibi ⁊ longo viuas tẽ-
pore. Quis tam durus ⁊ in iudicio temera-
rio ſeuus.. qui apl̃os iudicet ꝑptꝭ iudam ſeu
etiam chriſtũ. qui talem ſcienꝭ elegit diſcipu-
lum. Nec eum ignoranꝭ elegit dñſ ieſus chri
ſtus audi quid Jo. vj. dicat. Nonne ego qui
ſum ſapiẽtia patris vos duodecim elegi. et
vnus ex vobis diabolus ẽ. Ecce ꝙ iudã queꝫ
elegerat diabolũ vocat. In oĩ ſtatu ⁊ ꝯditio-
ne ſm̃ hiero. boni ſimul recipiunꝭ ⁊ mali. Et
Augꝰ. in epiſtola ad vincentiũ donatiſtã ait
Mihi arrogare non audeo. vt domus mea
melior ſit q̃ꝫ arca noe. vbi tamen inter tot ho
mines vnus reprobꝰ inuentus eſt: aut meli-
or ſit q̃ꝫ domꝰ abrae. cui dictum eſt. eiice an-
cillam ⁊ filium eius. aut melior ſit q̃ꝫ domus
yſaac. cui de duobꝰ gemis dictum eſt: iacob
dilexi eſau autem odio habui. Simpliciꝭ au-
tem fateor ex q̃ deo ſeruire cepi. ꝙ ſicut diffi-
cile expertus ſum meliores q̃ꝫ qui in mona-
ſterio ꝓfecerunt: ita peiores non ſum exper
tus q̃ꝫ qui in monaſterio defecerũt. Hec ille.

## Articulus. iij. vbi ꝑ viginti argumenta impugnaꝭ ſtatus religionis ⁊ cuilibet ſtatui ſubiũgitur refragatio eius.

Tertio ꝯſideremꝰ circa ſtatum reli-
gionis oppoſitionẽ. Multam qui
dem oppoſitionẽ ⁊ ꝯtradictionẽ a
variis ⁊ ex variis cauſis ſacra religio ꝑpeſſa
eſt. Sed tales quicũq̃ꝫ ſint audiãt Bern̄. qui
in q̃dam ſermõe ait. Si quid religiõis oritur
quicũq̃ꝫ reſiſtit quicũq̃ꝫ repugnat. plane cũ
egyptiis Exo. j. ꝑuulos iſraelitici generĩ ne-
care conaꝭ: imo cum herode Mat. ij. naſcẽ-
tem ꝑſequiꝭ ſaluatorẽ. Unde plurima argu
menta cudeſt nõnulli vt eã elimiarẽt. Que
q̃ꝫte ſint falſitatĩ atq̃ꝫ erroribꝰ ⁊ ignorãtia ple
na: ꝑ ſequentia patebit. Et vt hec clariꝰ eluce
ſcant inducã diſcipulũ ⁊ magiſtrũ. diſcipulũ
dubitantẽ ⁊ interrogantẽ: ⁊ magiſtrũ decla-
rantem ⁊ rñdentem. Loquiꝭ igitur diſcipu-
lus ad magiſtrũ dicẽs. Diſcipulus Pa
tientiam obſecro pater habe in me. dubius
et nutanſ ad te venio: de puritate veritatĩ de
clarari deſiderãs. Nam nuꝑ ex munẽ ſuo te
tigit dñs deus cor meum. vt viam ſalutareꝫ
ac tutam recipe ac capeſcẽ vellem: qua meliꝰ
placerem deo meo. Audiui ſepius hoĩes re-
gularis vite ꝯſilium popoſci ab eis de ſalute
anime: ⁊ inter eos non reperi ſolidam ĩ con
ſulendo ꝯformitatem. Quidaꝫ ex eis qui re-
putantur periti ac probi atq̃ꝫ timentes deuꝫ
hortantur ad religionis ingreſſuꝫ: quidam
vo alii an meliores vel deteriores ſint neſcio
oĩno diſſuadent idipſum dicentes ⁊ aſſeren-
tes ſe penitẽ intraſſe religionẽ. Addamꝰ ꝙ ſe-
pius viſitaui alios ſeruos dei abſq̃ꝫ religio-



nis voto libere dño ſeruiẽtes. fama odorife-
ros ꝯũſatione decoros honeſtateq̃ꝫ ꝑcipuoſ
ꝯtuli cum potioribꝰ de ꝓpoſito ⁊ deſiderio
meo Suaſerũt quidam mihi timorẽ dei. ſer-
uare diuina ꝑcepta: derelinq̃re oĩno ꝯſortia
mala ac multa ꝯſimilia vite iuſte. Uotũ vo
religionis aſſumere oĩno diſſuaſerunt. Ego
vo ex diuerſis ⁊ aduerſis in dubio ꝯſtitutuſ
quid eligam ignoro. Dumq̃ꝫ fidele ꝯſiliũ a
diuerſis quero tepeſco. ⁊ fidem ꝑdo: timens
ne oẽs querant que ſua ſunt non q̃ ieſu chri-
ſti. Proinde cum diu iam ſenſerim de reue-
rentia veſtra oĩo ſtatui in corde meo veni-
re ad vos. ⁊ totum meũ apire cor ⁊ dubia q̃-
dam ponere ad reuerentiã veſtrã. expectãs
fidele ꝯſiliũ. oĩno nudatum inordĩata affecti
one ⁊ paſſione. De hoc quidem toto corde
oraui deum hoc enim inſpirauit in animaꝫ
meam: cum hoc determinato ⁊ firmo pro-
poſito vos adiui. Magiſter Letor fili mi
de tanto munere deſuꝑ tibi dato: hortor ne
in vacuũ gratiã dei recipias. Hoc donũ non
oĩbus datuꝫ eſt. Sed queſo aperi fideliꝭ ani-
mũ tuũ: vt tibi valeam porrigẽ ꝯſiliũ bonũ.

## Argumentũ primũ Diſcip.

Nempe aperiã vobis totũ cor meũ fideliꝭ
tanq̃ꝫ deo. Ut mihi vtiq̃ꝫ videbaꝭ ex inſpira
tione diuin intrauerat cor meũ relinq̃re mũ
dum: et aſſumẽ ſtatũ religionis. Uideo atq̃ꝫ
expientia didici q̃ꝫ difficile ſit inter mũdana
innocenꝭ in bono ꝓpoſito ꝑſeuerare. Sepiꝰ
a bono ꝓpoſito elapſus ſum. alios mihi ſi-
miles vidi aliq̃ꝫdiu vt mihi videbaꝭ in ſecu-
lo ꝑſeuerare: ſed tandẽ aliis deteriores effe-
cti ſunt. Proinde ꝯſiderãs fragilitatẽ meam
aſpirabã ad ſtatum religionis regularĩ. De-
mũ ꝑſuaſionibꝰ aliquoꝝ ꝯſideraui. ꝙ intra-
re ꝑiculum mortis ſpũalis ſeu mortalꝭ culpe
eſt melius ⁊ vtilius: q̃ꝫ ſe exponere tali ꝑicu-
lo. Sed qui religionẽ ingrediꝭ ꝑ votum ex-
ponit ſe ꝑiculo trãſgreſſiõis ipſiꝰ voti: q̃pro-
pter noſſem incidere in ſillam cupiens vita-
re caribdim. hoc eſt in grauiꝰ ꝑicula incide-
re q̃ꝫ vitare ꝑiculũ mũdi. M Non paruaꝫ
apparentiã veri habet fili mi cogitatio tua.
Sed intellige ꝙ qui prudenter vouet iuxta
monita que in ꝑcedenti articulo poſita ſunt
mime trãſgreſſiõis ꝑiculo ſe exponit: imo ꝑ
votum ꝑdictũ vitat ꝑicula multa. Nam ali-
ud eſt trãſgrediẽdi poſſibilitas: atq̃ꝫ aliud ẽ
trãſgrediẽdi ꝑiculum. Adam eñ habuit trãſ
grediendi poſſibilitatẽ: ꝑiculum autẽ nunq̃ꝫ
Uouens igitur habet poſſibilitatẽ hanc: pe-
riculum vero non. Et tamen melius eſt euꝫ
habere voti ꝑfectionẽ atq̃ꝫ vtilitatẽ cum tali
poſſibilitate: q̃ꝫ non habere cum carentia ta
lis poſſibilitatis. Sicut vtiq̃ꝫ melius fuit pa-
tri noſtro adam habere intellectũ ⁊ volunta
tem cum poſſibilitate peccãdi. q̃ꝫ eſſe ſicut ani-
mal brutuꝫ cũ carentia talis poſſibilitatĩ. Et
idem eſt de ingreſſu religiõis chriſtiane ꝑ ſa-
crum baptiſmũ cum poſſibilitate generĩ pec
candi q̃ꝫ prius. D Nunc video ꝙ ante nõ
cognoſcebã. Hi qui ſentiũt ꝙ etiam cũ ꝯditi-
onibus a te tactis ꝑiculum ſit aſſumere ſtatũ
religionis ſatis apte aſſerũt. licet forte hoc ñ
ꝯſiderant. ꝙ ꝑiculum ſit aſſumere ſacrũ ba-
ptiſma: cum illud aſſumẽdo ex neceſſitate ſe
quaꝭ poſſibilitas ruendi grauiꝰ in peccatuꝫ
q̃ꝫ ante aſſumptã fidem. M Capacẽ te vi-
deo veritatis: ſed ꝓpera apire reliq̃ que gerĩ
in corde tuo.

## Argumentum. ij. Diſcip.

Arcius q̃dem vt verũ fatear me vrget: ꝙ
ipſe chriſtus ꝑpter vitandũ trãſgreſſiõis pe
riculum q̃d iminet in iurãdo nos ꝓhibuit ñ
iurare. Unde legi Augꝰ. qui ait. Ꝙ longe
nos voluit eſſe a trãſgreſſiõe ꝑiurii: qui ꝓhi
buit nos oĩno non iurare. Igiꝭ cum vbi ẽ ea
dem ratio: ibi idem ius ꝑpter ꝑiculum trãſ-
greſſionis voti nihil videꝭ eſſe vouendum.
M Mupitus ⁊ armatus veniſti: vtĩ clare
cerno. Tantoq̃ꝫ libentiꝰ tecum loq̃r: q̃ꝫto ma
iori intelligẽtia ꝑditum te ꝯſpicio. Non igiꝭ
te tedeat audire: quia non tedebit me dicere
Si eñ ꝯſidereꝭ diligenꝭ dñicum verbũ etiaꝫ
ſm̃ ſententiã Augꝰ. chriſtus oĩno non ꝓhi-
buit iuramentũ: aliter peccaſſet apl̃s ſepius
in ſcriptura iurãdo. Sed iurare ꝓhibuit ex
leui cauſa: non neceſſaria vel vtili. ⁊ ꝯſuetu-
dinem vel aſſiduitatẽ iurandi. Et reſpectu
iſtoꝝ dicit Augꝰ. ꝙ ꝑpter trãſgreſſiõis ꝑicu-
lum ꝓhibuit nos oĩno non iurare. Proinde
Augꝰ. ꝯtra fauſtũ circa mediũ ait. Quia ꝑ-
iurare graue peccatũ eſt: iurare autem ſicut
iurare verum. nullum peccatũ eſt. Sed lon-
ge remotus eſt a falſo iuramẽto qui nec iu-
rare ꝯſueuit: q̃ꝫ qui verum iurare ꝓcliuis eſt
Maluit dñs nos non iurãtes recedere a ve-
ro: q̃ꝫ verꝫ iurãtes appropinq̃re ꝑiurio. Itaq̃ꝫ
et apl̃s ĩ ſermõibꝰ q̃s habuiſſe narraꝭ. nũq̃ꝫ
iurauit: ne iurãdi ꝯſuetudine in periculum
ꝑiurii labereꝭ. aut ſi aliq̃ñ iurauit neſcimus.
In ſcripturis autẽ vbi eſt ꝯſideratio ꝓpen-
ſior ⁊ maior pluribꝰ locis apl̃s iuraſſe inue-
niꝭ ne q̃ſq̃ꝫ putaret etiã verꝫ iurãdo peccare.

Hec Aug⁹. Preterea ſi verba dñi Mat. v. bene ꝯſiderent̃ aliquo modo ꝓmiſſoria ſunt Ait eni. Ego autem dico vobis non iurare oĩno .i. nolite iurare in ꝗlibet caſu. Ergo in aliquo caſu licet. Nam talis ꝓhibitiõis modus vniuſſalis non eſt. ſed ꝑticulari: ſi ferat̃ illud non ante hoc aduerbiũ oĩno. Ex his ⁊ ex verbis Augꝰ. patet ꝙ freq̃ntationẽ iurandi ꝓhibuit ꝓpter ꝑiculũ trãſgreſſiõis. Et ſm hoc in ꝯſimilibus non eſt vouendũ etiam ꝓpter ꝑiculũ fractiõis voti: ꝯtra q̃ſdam inſipientes ⁊ leues qui ꝓ quacũꝗ parua occaſiõe emittũt aliqđ votum. Sed notant̃ te aduertere volo. ꝙ non eſt ſimile de voto ⁊ iuramẽto. Nam ꝑ ſe votum vtiꝗ bonũ eſt: ⁊ per ſe vtiꝗ deſiderandũ. Iuramentũ autẽ non: ſꝫ ſolũ ꝓpt̃ aliud ad ꝯfirmãdũ ⁊ certificãdũ credulitatẽ alteri⁹ ſuꝑ eo ſuꝑ q̃ iurat̃. Vñ Auguſti. in lib. ꝯtra mẽdaciũ. Preceptũ de ꝓhibitione iuramẽti ad hoc poſitũ eſt. vt q̃ꝫtum in te eſt non affectes: nec q̃ſi ꝓ bono cũ aliq̃ delectatione appetas iuſiurandũ. Et in li. de ſermone dñi in monte. Qui intelligit nõ in bonis .i. ꝑ ſe appetẽdis. ſed in neceſſarijs iurationẽ refrenat q̃ꝫtuꝫ poteſt. vt oĩno caueatur: niſi neceſſitas cogat. Iuramentũ q̃dam modo eſt idem cũ voto. vt qñ cum iuramẽto aliquid deo ꝓmittim⁹ vel vouem⁹. illud qđ ꝑ ſe eſt bonũ. ſemꝑ q̃ꝫtum eſt de ſe bonuꝫ eſt facere. Qđ autem ſolum eſt bonũ ꝓpter aliud ſemꝑ non bonũ eſt facere: niſi qñ ratio finis hꝫ exigit ⁊ ꝓut exigit. D. Aſſentire p̃dictis que vere p̃ma facie mira ſunt: ⁊ ipſa ratio veritatis ⁊ auctas auguſtini me cogit. Tamen ſi te audire non tedet addam tertiũ qđ multos retinet ab ingreſſu religiõis: ⁊ mihi quoꝗ nõ paꝝ p̃ſtat impedimentũ. M. Aperi queſo quid illud ſit. Nam ⁊ docilitas tua libent̃ ⁊ audire ⁊ rñdere me cogit.

## Argumentum. iij. Diſcip.

Videtur eni ꝙ q̃ꝫto opus eſt magis volũtariũ ceteris parib⁹ tanto melius ſit: ſed op⁹ qđ fit ſine voto eſt magis voluntariũ q̃ꝫ ideꝫ factum ex voto. qñ votum inducit faciendi neceſſitatẽ ⁊ illud qđ fit ex neceſſitate non fit ex tanta libtate ſicut illud qđ fit abſꝗ neceſſitate. M. Noui puteũ vñ hanc aquã traxiſti ⁊ aliam q̃ꝫ ſcaturire non ceſſat: vtinã quererent ſanitatẽ ꝑ ꝯſilia ſana. Addaꝫ q̃ꝫ ⁊ ego eiuſdem putei aquam ad robur argumẽtationis tue ⁊. ij. ad Coꝝ. ix. dicit̃. Vnuſquiſꝗ ꝓut deſtinauit in corde ſuo non ex triſticia aut ex neceſſitate. Hylarem eni datorẽ diligit deus. Iterũ Proſper li. ij. de vita ꝯtemplatiua ait. Sic abſtinere vel ieiunare debemus vt non nos neceſſitati ieiunãdi ſubdamus ne iam non deuoti ſed inuiti rem ſalutarem faciam⁹. Audi etiam fili mi ⁊ diligent̃ attẽde ꝙ duplex neceſſitas reꝑitur. vna que libertatẽ vel voluntatẽ ⁊ voluntarij rõnem non minuit ⁊ talis non eſt neceſſitas que fit ꝑ votum. Alia eſt neceſſitas que libertateꝫ et voluntarij rationẽ adauget ⁊ talis eſt neceſſitas voti ſm Anſel. Cur deus homo. Vnde Aug⁹. loquens ad Aurelianũ et paulinũ de voto ait. Felix neceſſitas que ad meliora cõpellit. Et paulo ante dicit. Priuſq̃ꝫ eſſes voti reus liberũ fuit ꝙ eſſes inferior q̃ꝫuiſ non ſit gratulanda libtas qua fit ut non debeat̃ qđ non lucro reddit̃. Votum etiam nõ inducit neceſſitatẽ abſolutã. ſed ſolum neceſſitatẽ q̃ eſt ex ꝯditione ⁊ p̃ſuppoſitiõe finis: vt ſi volo habere vitam eternã neceſſe eſt me votũ implere. Preterea multi q̃dem ſunt qui ea que vouerãt tam ardenti ⁊ ꝓmpta volũtate faciunt: vt etiam ſi non vouiſſent non facerẽt ſolum ſed vouerent. Amplius. Detur aliqđ opus bonũ qđ quis ex voto vel obediẽtia facit ſimplicit̃ ꝯſideratũ. ſit ei non voluntariũ ſed tamen ſolum facit illud ex voti vel obedientie neceſſitate. quã oĩno p̃terire non vult: et adhuc de hoc opere amplius meret̃. q̃ꝫ ſi ꝓmpta voluntate illud idem faceret ſine voto. Nam ⁊ ſi non habeat voluntatẽ ꝓmptaꝫ illud faciẽdi. puta ieiunãdi ⁊ cetera: habꝫ tamen voluntatẽ ꝓmptam votum implẽdi vel obediendi. Qđ quidem laudabili⁹ eſt atꝗ amplius meritoriũ: q̃ꝫ ieiunare ſine voto. Nam tanto voluntas votum implendi vel obediendi ꝓmptior iudicat̃. q̃ꝫto id qđ aliq̃s facit ꝓpter obedientiã ſeu votum in ſe ꝯſideratum magis voluntati ꝯtrariũ eſt. Ex quo patet ꝙ ad merituꝫ boni oꝑis ꝑtinet ꝙ aliq̃s ea que ꝓpter ſeipſa non vellet: faciat ꝓpt̃ deum: aut etiam patiat̃. inuenit̃ voluntas ꝓmptior diuini amoris q̃ꝫtomagis ea que ꝓpt̃ ipſam facim⁹ aut patimur volũtati noſtre repugnant. Ideo martyres amplius cõmendantur: q̃ꝫto grauiora ſuſtinuerũt ꝓpter diuinũ amorem ꝯtra voluntatẽ humanã. Auctoritates autẽ apoſtoli ⁊ ꝓſperi loquunt̃ đ neceſſitate humana cum aliquis. ſ. ex pudore vel timore humano facit qđ vouit: ⁊ non loquunt̃ de neceſſitate que eſt ex fine dilectionis diuine. Quod q̃deꝫ patet ex verbis apoſtoli ait eni non ex triſticia aut ex neceſſitate Neceſſitas eni hũana triſticiã inducit.



Neceſſitas vero diuine dilectiõis triſticiam tollit. Proſper etiam ait non indeuoti licet inuiti rem voluntariã faciam⁹. Non eni neceſſitas que ex diuina neceſſitate ꝓcedit minuit dilectionem: ſed auget ſicut ex dictis patet.

## Argumentum. iiij. Diſci.

Poſtq̃ꝫ ⁊ vobis eſt gratũ ⁊ mihi non paruam ſentio venire vtilitatẽ. addam ⁊ q̃rtum qđ ſepe mentẽ meam retrahendo cõmouit. Sum eni de illis qui multum vellem mereri abſꝗ magno labore. Ideo cogitaui ꝙ magis gratũ ⁊ meritoriũ eſt dare ꝓpriũ q̃ꝫ reddere alienũ. Sed qui reddit qđ deo vouit alienũ reddit: quia iam ſuũ nõ erat ſed dei eo ꝙ votum fuerat deo oblatũ ac datũ. Qui aũt facit ſine voto aliq̃d dat deo ꝓpriũ: ⁊ qđ erat iam ſui iuris. Igitur licet vouens in actu vouendi forte melius egerit: tñ in ꝯtinua eius redditione videt̃ min⁹ bñ facere ⁊ min⁹ mereri. q̃ꝫ in faciẽdo ꝯtinue qđ non vouit. M. Si te audirẽt qui min⁹ intelligũt vacillarent fortaſſis a ſolida veritate. Sed ꝑſpicacit̃ intuenti manifeſti⁹ apparebit. ꝙ donatio facta deo ꝑ votũ non aufert nobis libertatẽ illam quã iam habem⁹: eo ꝙ naturalit̃ dñi ſum⁹ actuũ nroꝝ ⁊ oĩam coꝝ que ſubiacẽt facultati liberi arbitrij nři. Donatio etiam ipſa q̃ votum ab initio datum fuit qđ erat ꝓprij iuris in eo quidem cui votum placet ſemꝑ replicatur ⁊ ſemꝑ manet. Sic etiam reddere alienũ ſicut ꝑ votum reddit̃ magis eſt meritoriũ: q̃ꝫ dare vt ꝓpriũ. Quia ex tali modo redditionis deus ampli⁹ honorat̃. ⁊ homo deo magis ſubijcit̃ ⁊ humiliat̃. ideo ꝓpoſitio tua p̃ma veritatẽ non habet: niſi in eo qđ ex ſe alienum erat. ⁊ non in eo qđ factũ eſt alienuꝫ. ꝑ dantis ſeu reddentis donationẽ ⁊ voluntatem. Nam ſicut dicit Anſel. in lib Cur deus homo. Magis debem⁹ deo eẽ grati qñ dat qđ firmiter ꝓmiſit. q̃ꝫ ſi daret abſꝗ p̃cedenti ꝓmiſſiõe: eo ꝙ maiorẽ oſtendit in hoc nobis voluntatẽ dandi. Ideo ꝑ tot ꝓphetas ⁊ totiens in eiſdẽ ꝓmiſit nobis aduentum ſuum.

## Argumentum. v. Diſcip.

Dum vnũ quero inuenio plura. Nunq̃ꝫ venerat in mentẽ meam ratio hec q̃re deus tam ſepe in veteri teſtamẽto aduentũ ſuum ſpopõderat ſed in ꝓpoſito ſtem⁹. Item q̃ntum dubiũ ſepe venit in cor meũ ⁊ videt̃ mihi ꝙ ſe obligare ad ſemꝑ dandũ id de q̃ non eſt certum an ſemꝑ id habebit̃. ſtultũ eſt ⁊ temerariũ eſt. Sed nullus eſt cert⁹ de voluntate futura: maxime vſꝗ ad mortẽ. Per votum autẽ hõ obligat ſe ad voluntateꝫ futuram ⁊ vſꝗ ad vltimũ vite ſue. M. Vbi fili mi piſcatus es hꝫ rhetiaculum boni ꝓpoſiti. D. Ex pelagio pluriũ qui vident̃ timere deum. M. Potius ex ꝓprie voluntatis ſinu vbi ratio ꝑdit lumen. Sed ne cũ errantibus erres diſce ꝙ quilibet eſt cert⁹ ꝓ tanto de voluntate futura ⁊ de oꝑe faciẽdo durãte poſſibilitate faciẽdi: quia nunq̃ꝫ põt non eẽ certus niſi voluntarie recedat a p̃ori ꝓpoſito ⁊ ꝓ tanto eſt voluntas imobilis. q2 nullus poteſt eam ipſa nolente mutare. Quia igit̃ oĩa hec ſunt in plena ptãte ſua ⁊ certus eſt iſta ſe habere: recte poteſt oĩa hec dare atꝗ vouere maxime cũ dando ſibi obliget deũ vt ſpecialem habeat curam de obſeruãdo eum in tenẽdo voto ⁊ occaſiões multas ſeruãdi ex hoc ꝯſequit̃. Nullus eni vouet ſe eſſe certuꝫ ꝙ ita faciet: ſed ſe facturũ ꝓmittit. Et certus eſt ꝙ ipſe poteſt hoc verificare in tñ ꝙ ipſo volente non poteſt falſificari.

## Argumentum. vj. Dicip.

Addam ſextũ vt ꝑfecte ſicut cepiſtis elucidetis intelligentiã meã. Videt̃ mihi obligare ſe ad imobilitatẽ eius qđ ſemꝑ inſtabile ⁊ mobile eſt. nec ꝑ virtutẽ ꝓpriã imobile põt reddi eſt ad impoſſibile ſe obligare ⁊ ligare. Sed vouere non eſt aliud q̃ꝫ ſe obligare ad voluntatis imobilitatẽ que ſemꝑ mobilis eſt: nec ꝑ virtutẽ ꝓpriã immobilis reddi poteſt. M. Hoc quidẽ facile declarat̃ ſi ꝯſideret̃. ꝙ nullus ſe obligat ad imobilitatẽ voluntatis ſimplicit̃ ⁊ abſolute neceſſariã: ſed ad illã tñ quam volũtas habere põt ſi vult nec poteſt ſibi violenter per alium auferri.

## Argumentum. vij. Diſcip.

Nolo p̃terire ſeptimuꝫ qđ videt̃ multos mouere. Videt̃ autem ꝙ id qđ auget ꝯcupiſcentiam ad malũ eſt malum aut ſaltem minus vtile ⁊ minus bonũ. Sed ꝓhibitio ꝯcupiſcentiã auget: quia naturalit̃ nitimur i vetitum. Et ſm Augꝰ. ꝯcupia ſemꝑ magis i vetitum tendit. Ideo ad Rhoma. v. dicit̃ ꝙ lex ſubintrauit vt abũdaret delictũ ⁊ ꝙ occaſione accepta peccatũ ꝑ mandatũ oꝑatuꝫ eſt in me oẽm ꝯcupiſcẽtiã. Sed ꝑ votũ fit nobis ꝓhibitũ id qđ antea licitũ erat: ergo votũ auget ꝯcupiam ⁊ igitur eſt malũ ſeu inexpediens ⁊ min⁹ bonũ. M. Valida q̃dem videtur ratio tua ⁊ munita p̃ſidio ſcripturaꝝ. Sꝫ diligent̃ aduerte ꝙ aliud eſt de lege que totaliter poſita eſt ab extra nec p̃ſupponit voluntatem faciendi. nec applicat eũ ad volenduꝫ

ſeu faciendū: ſed ſolum oſtendit qd ſit faciē-
dum ⁊ ad illud obligat. Aliud eſt de voto qḋ
eſt ab intra. ⁊ p̄ſupponit voluntatē: ⁊ ipſuꝫ ē
ꝑfecta applicatio voluntatis ad volendū ⁊ ope
randū. Unde ſi votū ſe haberet ad volunta
tem noſtrā oīno ſicut lex ⁊ p̄ceptū exteriꝰ da-
tum: tunc ſimile eſſet. nūc aūt nō eſt ſic. Uo-
luntas autē tendit in id qḋ eſt vetitum p̄mo
modo: non autē in id qḋ eſt vetitū ſcḋo mo-
do. Q etiam ſolū ꝑ accidēs ⁊ nullo modo ꝑ
ſe auget ꝯcupiam non oportet ꝙ ſit malum:
ſicut de lege patꝫ que ſancta eſt iuſta ⁊ bona
D Mira diſtinctiōe vſus eſtis. nec a multi
excogitata que mihi aperuit intellectū ad id
qḋ antea non penſabā. Sed ſi patienť audie
ris: addam ⁊ octauū qḋ me ſepe moleſtauit
M Statui tibi tp̄s accōmodare. Audacter
et ꝯfidenť age. Ad dei honorē aīaꝝ ſaluti de-
dicatus ſum: ſi te lucratꝰ ero nō feceri parū.

## Argumentum. viij. Diſci.

Deo gratias ago q̄ me miſit ad vos. Ut
video nos ſeculares multa ignorātia labora
mus: ⁊ cum aliq̄d legerimꝰ impares nobis
oēs religioſos putamꝰ. Ueſtra diligēs cha-
ritas excitauit intelligētiā meam: ⁊ qḋ antea
cogitaui nūc efficaciꝰ ponderaui. Apparꝫ igi
tur mihi ꝙ ſm ordinē rectū prius ſoluenduꝫ
eſt debitū: q̄ aliud ſuperogandū. Sed q̄ntū-
cunq̄ aliquis talis totis viribꝰ conetˀ atq̄ la
borat: non pōt ſufficienť p̄cepta implere ad
que ex debito obligatˀ. Igitur nunq̄ debet
aliq̄d ꝑ votū ſuperogare: aut non adminus
vſq̄ q̄ impleuerit p̄cepta dei. Naꝫ p̄us opor
tet hoiem ſe exercitare in p̄ceptis: anteq̄ eat
ad obſeruantiā ꝯſilioꝝ. M Oh. oh. Hec
eſt temptatio que in ſeculo me vexauit: ⁊ pe-
ne in p̄cipitiū dedit. Sed diligenť attende.
Non eni hoc ego in ſeculo adūtebā: ꝙ prius
naturali ordine ſoluendū eſt debitū. Nō au
tem prius tp̄e vbi ſuperogatio in nullo im-
pedit ſolutionē ipſiꝰ debiti: ſed potiꝰ ad ip-
ſam faciendā iuuat atq̄ ꝑficiendaꝫ. Et talia
ſunt ſuperogatiōis vota ⁊ maxime ꝯſilioruꝫ
euāgelij. que inq̄tum diſponūt ⁊ iuuant ad
ſimpliciť tenendū precepta ſunt q̄dāmodo
executione p̄ora: ⁊ ſi non in intentiōe. Sicut
diſpoſitio prior eſt forma: ⁊ id qḋ eſt ad finē
ſuo fine. Finis eni prior eſt in intentiōe: ſed
poſterior in executiōe. Inq̄tum vero diſpo-
nit ad ꝑficiendū complete p̄cepta ſunt prio-
ra ſm modū predictū: q̄ ipſa impletio p̄ce-
ptoꝝ. Ideo duplex eſt modus ſeruādi p̄ce-
pta. ſ. ꝑfectus ⁊ impfectꝰ. Iō neceſſe eſt ꝙ du
plex ſit exercitiū preceptoꝝ. Unū q̄ aliquis
exercitatˀ in ꝑfecta obſeruātia mādatoꝝ ⁊ ſit
ꝑ ꝯſilia. Aliud eſt exercitiū ex impfecta obſer-
uantia p̄ceptoꝝ: ⁊ h̄ eſt qḋ fit in vita ſeculari
abſq̄ ꝯſilijs. Cum igitˀ dicis ꝙ oportet priuſ
aliquē exercitari in p̄ceptis q̄ traſeat ad ꝯſi-
lioꝝ ꝑfectionē. Idem eſt ac ſi dicatˀ. ꝙ opor-
tet prius hoiem exercitari in impfecta obſer
uantia p̄ceptoꝝ. q̄ in ꝑfecta obſeruātia eoꝝ.
Qḋ ſatis inepte videtˀ dictū. Quiſ eni ita in
ſanus q̄ aliquē volentē ꝑfecte diligē deum ⁊
ꝓximū retrahat eum. cogēs illū prius diligē
impfecte? Nōne hic forme dilectiōis aptius
ꝯtradicit que nob tradita eſt in p̄cepto chari
tatis dīne cum Lu. x. dicitˀ. Diliges dn̄m de
um tuū ex toto corde tuo? Nunq̄d timendū
aut magnū ꝑiculū eſt ne hō nimis cito inci-
piat diligē deū ꝑfecte. q̄ſi poſſit in diligendo
deum p̄terire modū? Audi qd eccleſiaſticus
ait. xliij. c. Glorificātes deū q̄ntumcūq̄ pote-
ritis ſupualebit adhuc. Et iterū. j. Coꝝ. ix.
dicitˀ. Sic currite vt compꝛehēdatis. Et ad He-
breos. iiij. Feſtinemꝰ ingredi in illam requiē
Nam q̄ntūcūq̄ homo tempeſtiue ꝑfectionis
viam accipiat. ſemꝑ ſibi remanet quo ꝓfice-
re poſſet: q̄uſq̄ vltimā ꝑfectionē in patria cō
ſequatˀ. Inſuꝑ ſi ad ipſa exercicia reſpiciamꝰ
maior q̄ abſurditas apparebit. Quis eni di
cat ꝯtinentiā aut virginitatē ſeruare volenti
vt p̄us in mřimonio iūctꝰ caſte viuat? Quis
etiā dicat pauꝑtatē ꝓ chriſto ſubire volenti.
vt p̄us in diuitijs iuſte viuat? q̄ſi ꝑ diuitias
ad pauꝑtatē animꝰ p̄paretˀ. ⁊ non potiꝰ pau-
pertatis ꝓpoſitū impedire ꝓbentˀ. ſicut ma-
nifeſte patet Mat. xix. de adoleſcēte. qui de
mandatis dn̄i ait. Hec oīa ſeruaui a iuuētu-
te mea? De quo Hiero. ſuꝑ Mat. ait. Men-
titur adoleſcēs. Si eni qḋ ꝓpoſitū eſt in mā-
datis diliges ꝓximū tuū ſicut teipſum ope-
re compleuiſſet. quō poſtea audiēs vade et
vende oīa que habes ⁊ da pauꝑibꝰ triſtis re
ceſſit? Et Origē. ſuꝑ Mat. narrat ꝙ ſcribitˀ
in euāgelio ſm heb. ꝙ cū dn̄s dixiſſet ei va-
de ⁊ vēde oīa que habes. cepit diues ſcalpe-
re caput ſuū. Et ait dn̄s ad eū. Quō dicis fe
ci legē ⁊ ꝓphetas? Scriptū eſt eni in lege. Di
liges ꝓximū tuū ſicut teipſum. Et ecce mul-
ti fratres tui filij abrae amicti ſunt ſtercore.
morientes fame: ⁊ domꝰ tua plena multis bo
nis. ⁊ nō egreditˀ aliq̄d oīno ex ea ad eos.
D Uere nunq̄ circa h̄ talē diſtictionē atq̄
ſolutionē expectaſſem. M Poſtq̄ tp̄s ha
bemus ſi quid aliud excogitaſti non pigeat
aperire.



## Argumentum. ix. Diſcip.

Dicam ꝯfidenť poſtq̄ vr̄a charitas mihi
audientiā preſtat. Hoc eni pluries mihi ſimi
les ſeculares ⁊ ꝑiť ego cū eis penſamꝰ: ꝙ id
qḋ fit ex voto aut ē faciliꝰ facē ⁊ implere q̄ id
qḋ fit ſine voto aut difficiliꝰ. Si faciliꝰ tūc mi
nus meritoriū eſt cum difficultas adaugeat
meritū. Si difficiliꝰ tunc minꝰ vtile ⁊ expedi
ens. Inducē eni in nob bn̄ agēdi difficulta-
tem apprime ꝑiculoſum ⁊ expediēs eſt. M
Fateor vero ꝙ vouere ē maioris difficulta-
tis q̄ nō vouē. vel q̄ tm̄ ſimpliciť ꝓponē: et
tamen vouēti ⁊ ei cui votū placet faciliꝰ ē idē
opus ꝑſeuerant̄ facē ꝙ ei q̄ nō vouit vel q̄ ſo
lum ſimpliciť ꝓpoſuit. Utrūq̄ aūt ⁊ difficul
tas que ē in vouēdo ⁊ facilitas q̄ ex h̄ ꝓue-
nit ad implendū facit ad meriti incrementū
Eſt eni duplex difficultas. Prima q̄ ꝓuenit
ex arduitate opis. ⁊ hec auget meritū: ⁊ talˀ
vtiq̄ eſt in voto ⁊ in eo qḋ vouetˀ. Scḋa eſt
difficultas que ꝓuenit ex infirmitate ⁊ vitio
opantis: vt auaro rōne vitij ſui difficilius ē
dare vnū ſolidū q̄ liberali vnū ducatū. Et h̄
diminuit meritū. Proinde minꝰ meretˀ aua
rus in elemoſyne datione q̄ hō largus. Eſt
etiā duplex facilitas. Prima ꝓuenit ex opis
leuitate ⁊ inferioritate: ⁊ talˀ meritū minuit.
Scḋa eſt facilitas q̄ ꝓuenit ex opantis virtu
te ⁊ ꝑfectione: vt caſto faciliꝰ eſt ſeruare caſti
tatem q̄ viro luxurioſo. Et viro ꝑfecto q̄nto
opus ꝑfectius ⁊ magis arduū eſt tāto ei plꝰ
placet: ⁊ talis facilitas auget meritū qr̄ q̄nto
opus eſt magis voluntariū ⁊ a ꝑfectiori vo-
luntate ꝓcedēs tanto magˀ ē meritoriū. Un̄
ij. ad Coꝝ. ix. c. dicitˀ ꝙ hylarē datorē diligit
deus. Et talis eſt facilitas q̄ ex voto ꝓuenit
in voti cōpletiōe. Difficultas etiā ſeu labor ꝑ
ſe non faciūt ad meritū ſed ſolū arduitas ob
iecti: ex q̄ aliqn̄ ꝓuenit aut ꝑfectio opantis
quā ſupponit. Nemo eni cōiter aggreditˀ dif
ficilia ⁊ laborioſa nec ꝑſiſtit in eis: niſi forte
virtuoſe volens. Un̄ ſi arduū opus vel ob-
iectum eſſet de ſe magˀ delectabile ⁊ magis
placitū ac ꝑ ꝯſeq̄ns magis facile q̄ opꝰ minꝰ
arduū: nihilominꝰ eſſet magˀ meritoriū. Ut
angelo ⁊ ade erat delectabile ſuꝑ oīa ⁊ ꝓpť
ſe diligē deū ⁊ tamē ſuꝑ oīa erat meritoriū.
Non etiā verꝝ eſt qḋ dicis ꝙ ſi eſt magˀ diffi-
cile ꝙ magis ſit ideo ꝑiculoſum: ſi cū difficul
tate afferatˀ mag̃ ꝑfectio ⁊ mag̃ vtilitas. Et
tm̄ ſi cū iſtis eſſet adhuc aliq̄ mō ꝑiculoſum:
nihilominꝰ tm̄ ꝓpť iſta eſſet adhuc ampliꝰ eli-
gendū q̄ ꝓpter ꝑiculū eſſet relinq̄ndum. ni
ſi eſſet notabiliť graue ⁊ magnum.

## Argumentum. x. Diſcip.

Neſcio q̄s inficere poſſet has diſtinctas ⁊
lucidas veritates. Sed decimū in admira-
tione atq̄ dubietate poſuit mentē meā. Con
ſidero eni ꝙ deus p̄cepit nob q̄cq̄d melius ē
nobis fuiſſe p̄ceptū. Sed q̄cq̄d meliꝰ eſt face
re ex debito meliꝰ eſt facere ex p̄cepto: cū ni-
hil ſit debitū niſi qr̄ p̄ceptū eſt. Q aūt meliꝰ
ſit facere ex voto meliꝰ eſt facere ex debito:
cū id quod fit ex voto ex debito ipſo fit. M
Oh. oh. Hec facile declarantˀ. Deus etiā pre
cepit nob q̄cq̄d eſt melius fuiſſe p̄ceptū: ⁊ eo
modo q̄ meliꝰ erat. Melius aūt erat nob aliq̄
qua p̄cipi interueniēte volūtate nr̄a: q̄ ſine
ea. Et hoc modo eſt in p̄cepto id qḋ voto fir-
matū eſt. Nō etiā cadūt ſub p̄cepto ꝑ ſe ſed ꝑ
accidēs: inq̄tū ꝑ voluntatē nr̄am poſita ſūt
ſub precepto de reddēdo voto.

## Argumentum. xj. Diſcip.

Admirari ⁊ dubitare deſiſto ꝯtēplās has
lucidas veritates. Sed cum vnum dubium
fugit aliud ſubito ſubinſurgit. Cōſidero eni
ꝙ ſi ſimpliciť melius ſit atq̄ vtiliꝰ aliq̄d face-
re ex voto q̄ ſine voto. ergo qḋcūq̄ bonum
eſt facere. bonū erit ⁊ vtile illa vouē. Hoc au
tem certum eſt eſſe ꝑiculoſiſſimū: ⁊ q̄dāmo-
do occaſio nos inducēs ad multiplicē voto-
rū trāſgreſſionē. M Grauiť erraret q̄ hoc
ſentiret. Nam nō ſequitˀ ꝙ ſi ſimpliciť meliꝰ
eſt aliq̄d vouē vel facere: ꝙ ꝓpter h̄ ſit meliꝰ
in oī caſu. Aliq̄d eni eſt meliꝰ in ſuo genere:
cuius tm̄ oppoſitū eſt meliꝰ in caſu rōne diuꝰ-
ſarū circūſtantiarū. Inſuꝑ non oē qḋ eſt me
lius ſimpliciť: eſt meliꝰ alicui. Quapꝓpť licet
vouere ſimpliciť melius ſit: non tm̄ in oī caſu
et cuilibet.

## Argumentum. xij. Diſcip.

Ueſtre viue rōni ſuccūbere neceſſe ē. At-
tamē iam vnū diu ꝯſideraui in mēte mea qḋ
etiā ſine mag̃ admiratiōe reuocare nō poſſū
ad memoriā. Licet eni in minori etate mea ar-
denti deſiderio atq̄ affectu ſtuduerim ſecu-
laria pagana ⁊ vana. imo leuiť ⁊ laſciue ado
leſcentie infectiua ⁊ corruptiua: tm̄ a q̄dā tp̄e
citra in ſcripturis ſacris ⁊ in antiq̄s doctori-
bus ⁊ q̄nq̄ in nouis apprime delectatꝰ ſum.
Uetus ⁊ nouū teſtamentū ꝑlegi atq̄ nō pa-
rum miratꝰ ſum ꝙ in toto euāgelio ſacro: nō
reperi p̄ceptū nec ꝯſiliū ꝙ aliq̄d ſit vouendū
Ex q̄ mihi videtˀ ꝙ vouē nō ſit opꝰ ꝑfectiōis:
cū in euāgelio oīs ꝑfectio vite inſtituatˀ. Ne-
ſcio ſi bn̄ ac diligenť legi. Ego aūt ibi ꝯſiliuꝫ

vel ꝓceptũ de vouẽdo nõ legi vel potiꝰ non ꝑcepi. M. Fatere veritatẽ a temetipſo h dicis. an alij tibi dixerũt? D. Fateor veritatẽ corã deo ⁊ vob: qꝛ de h ex alio nunꝙ audiui verbũ. nec cũ alio de h verbũ feci. M. Nec tale verbũ cũ ignaris ⁊ ſectãtibꝰ ſpũ libertatis apiendũ eſt: qꝛ vt ꝑſiſterẽt in errore ſuo atqꝫ ꝯſimiles. i. ſocios diſcipulos ⁊ ſeq̃ces firmiꝰ retinerẽt ꝓ ſua ꝑiculoſe opiniõis tutele nõ curarẽt de h veritatẽ inueſtigare. ꝯtenti ſolũ de lr̃a q̃ occidit: relinq̃ntes ſpiritũ qui vitã tribuit. Tu aũt q̃ vere ⁊ pure noticiã veritatꝭ querꝭ fideliꝰ diſce: ꝙ vbi chriſtꝰ conſulit ⁊ commendat aſſumptionẽ euãgelicoꝝ ꝯſilioꝝ ꝓpter ꝑfectiõis amorẽ ſemꝑ intelligit ⁊ ſatis innuit illa aſſumẽda eſſe ſub voto. Nam Mat. xix. dans ꝯſiliũ de pauꝑtate ait. Si vis ꝑfectꝰ eſſe vade ⁊ vende oĩa q̃ habes ⁊ da pauꝑibꝰ: ⁊ habebis theſaurũ in celo et veni ſeq̃re me. Nõ eñi ꝑfecte reliq̃t oĩa q̃ ſibi retinuit licentiã reacq̃rẽdi illa qđ ſatis apte patet. Item iterũ Mat. xix. tribuẽs ꝯſiliũ de caſtitate ait. Sũt eunuchi q̃ ſe caſtrauerũt ꝓpter regnũ celoꝝ. Sed manifeſte patet ꝙ nõ ſe ꝑfecte caſtrauit: q̃ ſibi retinuit facultatem nubẽdi. Mat. q̃ꝫ. xvj. dans ꝯſiliũ de ꝑfecta obia ait. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſum ⁊ tollat crucẽ ſuaꝫ ⁊ ſequat me. Quis dubitat ꝙ qui q̃ſtũ potuit libtati ſue ñ renũciauerit: ꝙ ꝑfecte libtatẽ ſuã nõ abnegauit. Nec inſuꝑ ꝑfecte ſequit chriſtũ qui hanc ſequelam ſeu ſubiectionẽ ac diſcipulatũ voto non eſt ꝓfeſſus. Jdeo ſicut ex vbo virginis q̃n Lu. j. ait angelo q̃m virũ nõ cognoſco. Augu. et alij ſcti arguũt eã virginitatẽ vouiſſe ita ex vbo illo petri Mat. xix. ecce reliq̃mus oĩa accipit augꝰ. xvij. de ciui. dei. c. iiij. aplos pauꝑtatẽ vouiſſe dicẽs ꝙ h votuꝫ potẽtiſſime vouerãt potẽtes illi. Apls aũt. j. Timo. v. loq̃ns de ꝯſilio vginitatꝭ qđ chriſtꝰ dedit. mãifeſte oſtẽdit illud intelligi debere ſub voto. Loq̃ns eni de vginibꝰ q̃ virginitatẽ reliq̃rũt dicit: ꝙ hñt dãnationẽ qꝛ ꝑmã fidẽ irritã fecerũt. Si eni ſub voto vginitatẽ nõ aſſumpſiſſent ex eo ꝙ eam reliq̃rãt dãnationẽ nullam hr̃ent: nec vere ꝑmã fidẽ irritã feciſſent. Fides eni nõ põt ibi ꝓprie ꝓ alio ſumi: niſi ꝓ fideli ꝓmiſſiõe ⁊ ſponſiõe. Inſuꝑ chriſtꝰ ñ ꝓcepiſſet aplis q̃n miſit eos ad ꝑdicãdũ. formã viuẽdi ⁊ eũdi in pauꝑtate ſic patet Mat. vj. niſi prius chriſto volũtatẽ ſuã ꝑ ꝑfectam obiam ſubieciſſent. Ad ꝯſilia autem nemo ꝑ ꝓceptũ aſtringit: niſi prius ipſe vouerit ea. Vñ Aug. de ꝯſenſu euãgeliſtarũ ait. Qꝛ ſicut dicit Mat. iiij. et Mar. j. Petrus ⁊ andreas nõ ſubductis ad terrã nauibꝰ tanꝙ cã redeũdi. ſecuti ſunt dñꝫ: ſed tanꝙ iubenteꝫ vt ſequerent ſe. D. Non admirari nõ poſſum q̃n mihi aperiunt tam alta myſteria ſapientie chriſti ⁊ vt ꝑcipio nos ſeculares etiaꝫ aliq̃liter litterati penetrare nõ ſufficimꝰ intima myſteria ſcripture ſacre. Nã ⁊ qđ in euãgelio mihi nõ videbat dictũ: ⁊ in euãgelio ⁊ in aplo repit ſcriptũ. M. Parua ſunt h reſpectu coꝝ q̃ deo dante ꝑcipies in ſcripturis

## Argumentum. xiij. Diſci.

De vno autẽ qđ paulo ante dixiſtis mihi dubiũ exortum eſt. nã ꝑfectꝰ ẽ cui nihil ꝑfectionis deeſt. Sed ſicut ſuꝑ voſipſe teſtatus eſtis chriſtꝰ dixit eſſe ꝑfectũ eũ q̃ renũciaret oĩbꝰ ⁊ ſeq̃ret ſe. videt igit ꝙ tali nihil ꝑfectionis deeſt. Sed h vtiqꝫ ſine voto impleri põt Nã ⁊ abraam diuitias poſſidẽs ꝑfectus fuit M. Non eni dñs ea rõne tale ꝯſiliuꝫ dedit q̃ſi diuites ꝑfecti eſſe nõ pñt aut intrare regnũ celoꝝ: ſed quia difficili non pñt. Mag igit virtus fuit abrae ꝙ etiaꝫ diuitias poſſidens a diuitijs liberã habuerit mentẽ. ſicut magna virtus fuit ſampſonis. qꝛ abſqꝫ munitiõe armoꝝ cũ ſola mãdibula aſine hoſtes multos ꝓſtrauit. Nec tamẽ inutiliꝰ militi ꝓcedenti ad bellũ ꝯſiliũ dat ſumere ſecũ militie arma. Preterea ille actus ẽ magis meritorius q̃ offert deo a ꝑſona magis grã. Vnde Geñ. iiij. Reſpexit dñs ad abel ꝑmo ⁊ ad munera eius ſcđo. Sed ꝑſona cũ voto ceteris paribꝰ eſt ampliꝰ deo grã. igit magꝭ meret ꝓpt illud votũ. Preterea iam dixi tibi h an non intelligꝭ aut nõ recolis. Non eni ꝑfecte ac totũ ꝯſiliũ implet qui ex voto oĩa non dimittit. vel q̃ etiã licẽtiã reacq̃rẽdi ſi relinq̃t Qđ eſt vnũ de nũo oĩum q̃ relinq̃nda ſunt.

## Argumentum. xiiij. Diſci.

Aliud q̃ꝫ dubiũ addaꝫ. Videt eni ꝙ q̃to opus ẽ magꝭ debitũ fieri: tanto ẽ minꝰ gratũ et meritoriũ. Magis eni grata eſt donatio nihil debiti habẽs: q̃ꝫ illa q̃ debita ẽ. Et opera ſuperogationis magis meritoria ſunt: q̃ꝫ opa ꝓceptoꝝ. Sꝫ vouens tenet facere id qđ vouit. nõ aũt nõ vouẽs. M. Breui diſtrictione h facile declarat. Nã duplex ẽ debitũ Vnũ quidẽ ꝓueniẽs ex volũtate debentꝭ. ⁊ talis ſolutio ẽ magꝭ grã: q̃ꝫ ſi ꝑ illã viã nõ eẽt debitũ factũ. Scđm eſt debitũ ꝓueniens ex ratione bñficij ſuſcepti vel cõmiſſi illati. ⁊ huiuſmodi ſolutio minꝰ grãtuita eſt: q̃ꝫ ſi ſit non eſſet debita.



## Argumentum. xv. Diſcip.

Vnũ q̃dẽ occurrit in mentẽ meã qđ oĩno ꝓterire nolo. Et inde multi de q̃ꝫplurimis religioſis ſcandalũ ſumũt. Sepe eni occurrit ꝙ pater pauꝑ ⁊ antiquꝰ filiũ hꝫ. quem ſperat eſſe baculũ ſenectutꝭ ſue: ⁊ ſtatim ſeductꝰ aut diuinitꝰ inſpiratꝰ neſcio q̃d dicã relicto pr̃e intrat religionẽ. Et videt illicitũ eſſe. Cũ honor pr̃is intelligat in corꝑali exhibitiõe cum tps adeſt. ſ. indigẽtie pr̃is. Si eni tũc ñ ſubuenit facit ꝯtra ꝓceptũ. ſed intrãdo religionem ponit ſe in ſtatu nõ ſubueniẽdi. Igit peccat nec hoc cogitãt frẽs. M. Hoc eſt vnuꝫ qđ vt aſſeris multos ſcandalizat. Sed vt intelligas q̃n iuſte aut iniuſte ſcandalũ ſumãt dicã tibi q̃ magni doctores ſentiãt. maxime Alexan. de hal' q̃ ait. Qꝛ talis iuuenis aut põt ſecure manere in ſeculo abſqꝫ detrimẽto ſalutis. Et in tali caſu dicunt ꝙ religionẽ non dꝫ intrare. ſed miſtrare fideliꝰ patri ſuo. Aut videt ſibi iminere ꝑiculũ ſalutis ⁊ lapſum i peccatis: ⁊ in tali caſu remanẽ cum pr̃e nõ obligatur. Vnde Mar. iij. Que eſt mr̃ mea ⁊ q̃ ſunt frẽs mei glo. Non recuſat obſeq̃ matri qui dicit honora pr̃em. ſed oñdit ſe plus debere pr̃nis miſterijs q̃ꝫ mr̃nis affectibus. Et ideo exemplo mõſtrauit qđ verbo ait. Qui amat patrẽ aut mr̃em plus q̃ꝫ me: non ẽ me dignus. Si igit religiõis ingreſſus ꝑtinet ad pr̃nũ miſteriũ. non eſt dimittẽdus ꝓpt parñũ affectũ. Et iterũ glo. ibidẽ ait. Opus ſpirituale ꝑfert cognationi. docẽs meliorẽ eſſe copulã cordiũ q̃ꝫ corpoꝝ. Alij vo dicũt ꝙ q̃n iuuenis ſpũ dei ducit non tenet ſtare in ſeculo. vt neceſſaria parẽtibꝰ admiſtret. Signũ aũt ꝙ ducat ſpũ dei triplex eſt. Primũ eſt iocũditas mentis ex affectiõe ꝯſiderate religionis. Scđm eſt ꝓpoſitũ cauẽdi circũſtantias pctõꝝ: Tertiũ eſt ꝓpoſitũ ꝓficiẽdi i melius. Dicũt igit qꝛ aut habet tꝑalia de q̃bus poſſet ſuſtẽtare. aut non habet. Si habꝫ poteſt patri dimittẽ ea ad ſuſtẽtationẽ nature. Si vo nõ habet non tenet ſibi miſtrare. ſed cum trãſfert ſe totaliꝰ ad ſeruitiũ liberaliſſimi donatoris pr̃is celeſtis põt cõmẽdare ipſi curam patris q̃ dat eſcaꝫ oĩ carni. q̃ paſcit volucres celi Mat. vj. cui ẽ oĩbꝰ cura ẽ. Sic meliori ꝓuiſori dimittit pr̃ aut mater: q̃ꝫ ſit filius eoꝝ. D. Durus multꝭ videt h ſermo M. Vt verũ fatear q̃ꝫuis vltima opinio ꝑfectior videat tamen ꝑma magis pia ⁊ forte potius obſeruãda. Eſt tñ tenendũ. ꝙ cũ honor patris ꝯſiſtat in pluribꝰ ſicut alibi patet. et oĩa intelligant cũ dicit honora pr̃em tuũ non ſoluit obligatio exhibitiõis honoris ꝑ religionis ingreſſum: licet ſoluat obligatio quo ad debitũ ſuſtentatiõis. Quia q̃ ad illã ſolutionẽ morit q̃n mũdo morit. Sed exhibitio ſpũalis in reuerẽdo in ꝯſolãdo in orando non ſoluit. imo ſub obia ampliꝰ augetur Ex hoc patet ꝑfectio ꝓcepti honoris patris. Non eni ꝑficit exhibitiõe corꝑali que exhibetur patri rõne ꝯformitatꝭ ad deũ ꝑncipiũ ſed rõne indigẽtie. Propterea ꝑficit in exhibitione ſpũali. maxime in qua eſt ꝯformatio ad deum.

## Argumentum. xvj. Diſcip.

Dicam vnũ qđ ⁊ ego ⁊ etiam plures alij timẽtes deum his tꝑibꝰ opati ſumꝰ. Fuerũt ſiquidem iuuenes q̃dam q̃s putabamꝰ blãdicijs ac malicijs a fratribꝰ eẽ deceptos. Nõ autem ꝑtinet h ad ordinẽ veſtrũ. Qui deliberauerãt intrare q̃ndam religionẽ vtiqꝫ vi roꝝ reproboꝝ ac non timentiũ deum. Nos et blandicijs ⁊ malicijs atqꝫ improperijs q̃ꝫtum valuimꝰ retraximꝰ eos ꝯſanguineis et amicis ſuis fauorẽ ⁊ beniuolentiã. Nõ ꝙ bonum ꝓpoſituꝫ eoꝝ eneruare vellemꝰ: ſed ſi eoꝝ vocatio an a deo eſſet expiremur. Scimus eni in actibus apl'oꝝ ſcriptũ eſſe. q̃m ſi eſt ex hoĩbꝰ ꝯſiliũ hoc aut opus diſſoluẽtur. Si vo ex deo: non poſſemꝰ diſſoluẽ eos. Et tandem ab illo ꝓpoſito reſilierũt. Vnde patenter claruit ꝙ nõ erant vocati a deo. ⁊ ẽ h ego nunꝙ ꝯfeſſus ſum: quia hoc cum bona et ſancta intentiõe cum alijs egi. Quidã etiam de noſtris multis violentijs vſi ſunt. tamen non ego ſed tñ ſum vſus verbis. M. O ignorans demẽtia ⁊ veſana ſtulticia. Et ẽ hoc nunꝙ confeſſus es? D. Nunꝙ. M. Quare? D. Immo poſt hoc pluries ſuſcepi ſctiſſimũ ſacramẽtũ. M. Et h etiã deterius eſt. Magna quidem in ſpũalibꝰ etiam vos qui eſtimatis timere deum ignorãtia laboratis. Tecũ loquar qui pr̃is es. An ignoras ꝙ ex verbo ꝑdicto gamalielꝭ. v. Actꝭ. qꝛ nõ recte intellexerũt in errorẽ lapſi ſunt dicentes ꝙ ſi quis grãm ⁊ charitatẽ a deo habet amittere illã non põt? Ex h q̃dem heretico intellectu dicere poterimꝰ. ꝙ qꝛ diabolus peccauit ⁊ cecidit: opus dei non fuit. Si iudas lapſus eſt a cetu apl'oꝝ eius electio a deo non fuit. ſi ſimon magꝰ poſt baptiſmũ in hereſim cecidit: a deo nõ fuit. Sic vt video putaſti eiꝰ q̃ religionẽ ſumere ꝓpoſuerat aut firmauerat ſeu iam habitũ ſumpſerat aut pro

Act. 5. c.

feſſionē fecerat: ſi blādicijs aut verſucijs im ꝓperijs aut ꝯſimilibꝰ modis ī bono ꝓpoſito retroceſſerit nō fuiſſe diuinā vocationē. Ac temeraria ⁊ erronea ꝯſcia temptatē deū: conātes extinguē in aīabꝰ ſpm̄ dei viui. O infelices erronei ⁊ decepti hoīes. Quis vos faſcinauit vt in tantā veniretē dementiā? Hic quidem error vigilancij heretici ē. q̄ vt teſtatur Augꝰ. li. j. ꝯ vigilantiū aſſerebat. ꝙ non pōt mala radix in eo (in q̄ donū dei ē) locari. Nos aſſerimꝰ ꝙ dei ꝯſiliū nunꝗ̄ diſſoluiť iuxta illud Eſa. xlvj. vbi dñs ait. Conſiliū meū ſtabit: ⁊ oīs volūtas mea fiet. Ex h̄ m̄ ꝯſilio etiam imutabili ſicut dat rebus corruptibilibꝰ eſſe tpale q̄bus ſempiťnitatē nō attribuit: ita q̄buſdā dat iuſticiā in tpe: q̄bꝰ ex ſecreto ſuo iudicio nō dat pſeuerātie donū. ſicut ſentit Augꝰ. in li. de pſeuerātia. Nam ⁊ eterno dei ꝯſilio corruptibilia inſtituunť vt tpaliť ſint: ſic ex imobili dei ꝯſilio q̄buſdā dať ꝓpoſituꝫ in religione intrādi. q̄bus in ea pſeuerandi gr̄a non donať. Sed ve illiſq̄ libtāti arbitrij taliū retrocedētiū auxiliū preſtant. aut cure negligentiā ſeu mali exēpli ſcandalū adminiſtrant. D Erraſſem denuo niſi mediante charitate vr̄a d̄s mihi ꝯtuliſſet h̄ lumē. M Oh in opibꝰ dei fili mi magna cautio adhibenda eſt.

## Argumentum. xvij. Diſci.

Oibus quecūq̄ mihi dixiſti adhibeo plenam fidē. Nō tamē ex oibꝰ q̄ dicta ſunt elicē poſſum ꝙ ſi q̄s religionē intrare inſpiratꝰ ē debet h̄ pficere: niſi antea ꝓbet ſi inſpiratio ſua ex deo ē dicēte iohāne ī cano. ſua. c. iiij. Nolite oī ſpūi credere: ſed ꝓbate ſpūs ſi ex deo ſunt. Qd̄ maxime in religiōis aſſumptione obſeruandū eſt. M Oh q̄d eſt legere et recte nō intelligē. Hoc verbū ad ꝓpoſituꝫ non eſt. Ibi enī ꝓbatio neceſſaria ē: vbi certitudo apparere non pōt. Vn̄ ſup illud. j. Timoth. vlt. Oia ꝓbate gl. ait. Certa nō egēt diſcuſſiōe. Incertū enī eſſe pōt his q̄ aliū ad religionē ſuſcipe debent. ſeu recipiēdi officium incumbit. q̄ ſpū tales ad religionē inducti ſunt. vtrū deſiderio ſpūalis pfectꝰ. an etiam ſicut q̄nq̄ accidit ad furandū ſeu ad aliud malū faciendū. vel an ad ſtatū religionis ſue ſint idonei ſeu apti. Hec q̄dem qꝛ dubia ſunt prudēti diſcuſſiōe examianda ſunt. Nō ſicut q̄dam q̄ incōſiderate recipiūt oēs: q̄ruꝫ fructus eſt infamia ⁊ ſcandalū ſue religiōis. Proinde indiciť eis tam p eccleſie ſanctiōes q̄ꝫ p regularia inſtituta: q̄ ſint recipiendi ſeu ſpernēdi. Sed his q̄ ꝓpoſituꝫ gerunt aſſumende religionis mīme dubiū eſſe pōt qua intentione id agant. Propterea eniꝫ longa deliberatiōis neceſſitas non incūbit: p̄cipue ſi de ſuis corpalibꝰ viribꝰ non diffidunt. Ad quas q̄ꝫ examinādas religionē intrātibꝰ cōceditur annus ꝓbationis.

## Argumentū. xviij. Diſci.

Sed queſo reuerēde pater q̄ inſpiratur a deo aſſumere ſtatū religiōis nōne debet de tanta re diu deliberare? videť enī neceſſariū eſſe oīno qd̄ quidē ex voti diffinitiōe patet. Diciť enī votū ſponſio melioris boni cū deliberatiōe firmata. Igiť ex deliberatiōe depēdet ipſa firmitas voti. Sed votū religionis firmiſſimū eſt. vtpote qd̄ nullo ſupueniēte caſu infringi pōt: ideo req̄rit graui ⁊ examinata delibatiōe fieri atq̄ ꝯſilio. M Diffinitio voti q̄ fortiť muniri putaſ: nō facit ad ꝓpoſitū tuū. Talis enī deliberatio ꝯſiſtit in ꝓpoſito interiori: q̄ aliq̄s eligit maius bonū cui vouēdo ſe obligare intēdit. Oē autē qd̄ ex electione agiť. deliberatiōe atq̄ ꝯſilio agitur. Quia ſicut diciť. iij. ethicoꝝ electio ē appetitus p̄conſiliatiuꝰ. Proinde ſicut a ſpiritu ſancto q̄ eſt ſpūs fortitudis ⁊ pietatē h̄ ſanctū ꝓpoſitū hoī inſpirať: ita q̄ꝫ ab eodē ꝯſilij atq̄ ſcie ſpū deliberatio interiꝰ demīatur.

## Argumentū. xix. Diſcip̄.

Porro oīno videť ꝯſiliū req̄rendū vbi deceptiōis piculū imminē ꝓbať. Hoc q̄dem cōtingit in religiōis ingreſſu eo ꝙ. ij. Cor. xj. diciť ꝙ ipſe ſathanas ſe trāſfigurat in angelum lucis. Vn̄ ſub ſpecie boni incautos decipit. ideo oportet cū multis deliberatiōe diligentiſſime exq̄ſita religionē intrare. mihi oīno ſic videť. M Tibi oīno ſic videť mihi aūt nō ſic. D Miror reuerēde pť ꝙ ſine multoꝝ ꝯſilio ſtatꝰ religiōis debeat aſſumi: cum Prou. xxxij. diciť fili ſine ꝯſilio nihil facias ⁊ poſt factū non peniteb̄. M Auſculta fideliť fili mi: ⁊ nudā pcipieſ veritatē. vtiq̄ h̄ verū eſt ꝙ ſathanas q̄nq̄ ſe trāſfigurat in angelū lucis: cū bona ſuggerit intentiōe fallendi. Sed ſicut ibidē glo. ait q̄nq̄ diaboluſ ſenſum corpis fallit: mentem t̄n̄ nō mouet a vera ⁊ recta ſn̄ia qua q̄ſq̄ fidelē vitaꝫ geſſit. Nullū igiť in religiōis aſſumptiōe piculum eſt: vel cū ſe bonū angelū fingēs ea facit vel dicit q̄ ꝯgruūt angelis bonis. Inſup ſi credatur angelus bonꝰ: nō eſt error piculoſus ſiue morbidus. Cū v̄o poſt h̄ aliq̄ alia a ſua p̄ma ⁊ bona inſpiratiōe incipit ſuadere. ne



hō gradiať poſt eū: maxima vigilantia opꝰ eſt. Hec ſm̄ glo. ibi. s̄. Dcť q̄ ꝙ diabolus incitet ad religiōis ingreſſum. Hoc ſiq̄dem bonū eſt opus vtiq̄ ꝯgruū bonis angelis dei: ideo nō eſt piculū ſi aliq̄s in h̄ ꝯſentiat. Sed ſolerť ⁊ attēte inuigilandū eſt vt illi toto conamine reſiſtať: cū ad aliqd̄ vitiū incepit inclinare vel inſpirare. Sepe v̄o ꝯtingit ꝙ ſapientia dei vinť malitia demonū in electorū pfectū: atq̄ extra eoꝝ intentiōes electē reperiunt ſe p̄paſſe atq̄ fabricaſſe p̄mioꝝ coronaſ eo ꝙ deꝰ etiā premiat bona q̄ diabolica inſpiratiōe iuſti opati ſunt. cū ad finē redacta ſūt. Et tūc verificať qd̄ de h̄ ait ꝓpheta dicens. Draco iſte quē formaſti ad illudendū ei. Sciendū eſt t̄n̄ ꝙ ſi cui a diabolo vel ab hoīe ſuggerať religionis ingreſſus p quē hō accedit ad imitandū chriſtū: talis ſuggeſtio nō habꝫ effectū niſi interiꝰ attrahať a deo. Vn̄ Augꝰ de p̄deſtinatiōe ſcōꝝ ait ꝙ oēs ſunt docibileſ dei: non qꝛ ad chriſtū oēs veniūt. ſed qꝛ nemo aliter venit. Et ſic religiōis ꝓpoſitū a q̄cunq̄ ſuggeraſ: a deo ē. Ex q̄ patet ꝙ nō eſt neceſſariū ꝯſiliū hoīs: ex q̄ eſt ex ꝯſilio dei.

## Argumentum. xx. Diſcip̄.

Profecto h̄ nōdū itelligē poſſuꝫ: ꝙ abſq̄ multoꝝ ꝯſilio h̄ debeat fieri. Prouh̄. enī. xj. dr̄ erit ſalus vbi multa ꝯſilia ſunt. Hic auteꝫ agiť de ſalute. quō igiť ſine ꝯſilio fiet? Preterea in arduis ⁊ ad totā vitā ptinētibꝰ maxime ſunt a pluribꝰ ꝯſilia req̄rēda. Nihil enī magē videť eſſe arduū atq̄ difficile in hūanis rebꝰ. q̄ꝫ ſemetipſum abnegare. mūdum deſerere: ⁊ religionē intrare in q̄ neceſſe ſit totam termiare vitā. M Ut video plꝰ oibus p̄cedentibꝰ h̄ aſſerē eſſe ſeruādū. ⁊ in tāto ope ꝯſiliū eſſe q̄rendū. ſed h̄ faciliꝰ oibus alijs p̄cedentibꝰ diſſipať. Naꝫ vtiq̄ verū eſt ꝙ in arduis ⁊ difficilibꝰ ſunt maxie ꝯſilia req̄rēda: ⁊ h̄ vbi veritas nō eſt māifeſta ſed q̄ſi id qd̄ melius altiori ꝯſilio ē diffinitū: iniurioſum eſt illud in dubio reuocare. ſ. iterato ꝯſilia req̄rēdo. Verba enī que in ſc̄pturē ſacris dicunť accipe obligamur: ac ſi ip̄a dn̄ico ore audiremꝰ. Jō diciť Mat. xiij. qd̄ vob̄ dico oībꝰ dico. Uigilate. Et iterū ad Rhom̄. xvj. Quecūq̄ ſc̄pta ſunt ad nr̄am doctrinā ſcripta ſunt. Vn̄ ꝯſiliū qd̄ Mat. xix. dn̄s adoleſcenti dedit dicēs. Si vis pfectꝰ eſſe vt. s̄. oībus dedit: qd̄ patet ex ſeq̄ntibꝰ. Nā cū petrꝰ dixiſſet ecce nos reliq̄mꝰ oia ⁊ ſecuti ſumꝰ te vniūſaliť premiū ſtatuit oibus dicens. Ois qui reliquerit domū vel fr̄ēs vel ſorores patrem aut matrē vel filios aut vxorē ⁊c̄ ꝓpter nomen meū: centuplū accipiet ⁊ vitam et̄nā poſſidebit. Non igitur minꝰ ſequi debet h̄ ꝯſilium vnuſq̄ſq̄ q̄ꝫ ſi vnicuiq̄ ſingulariť ex ipſius dn̄ico ore nūc pn̄tialiť ꝓferreť. Unde Hiero. ad paulinū preſbyterū ait. Tu audita ſentētia ſaluatoris ſi vis pfectus eſſe vt. s̄ verba verte in opa: ⁊ nudam cruceꝫ nudus ſequaris. Nec ſolū verba ſacre ſcripture ſic accipiēda ſunt quaſi ſolum p ea dn̄s loquať nobis. Eſt ⁊ alius modus quo dn̄s interius hoī loquiť: iuxta illud ꝓphete. Audiā quid loquať in me dn̄s deus. Si igitur ſicut ex dictis patet ꝯditoris voci ꝓlate exterius. ſtati obediendū eſſet: multomagis interiori locutioni qua ſpūſſanctus mentem imutat nullus reſiſtere debet. ſed abſq̄ dubitatiōe illiꝰ iuſſioni parere. Unde Eſa. l. ꝓph̄a ait. Dominus deus aperuit mihi aurē. ſ. interiꝰ inſpirādo. ego autem non ꝯtradico. retrorſuꝫ non abij. Quaſi poſterioꝝ oblitus ad anteriora me extendo vt diciť ad Phil. iij. Apoſtolus quoq̄ ad Rhoma. viij. ait. Qui ſpiritu dei aguntť hi filij dei ſunt. Ibi glo. Aug. ait. Non quia nihil agunt: ſed quia impetu gratie aguntť. Non quidem impetu agiť ſpiritus. ſ. qui tali vocationi reſiſtit vel tardat. Eſt enī ꝓpriū filioꝝ dei vt impetu gratie agātur ad meliora: mīme ꝯſilio expectato. Hunc etiam impetū ſpiritꝰ ſequi debere ad Gal. v. ap̄ſ docet dicens ſpiritu ambulate. Et iteꝝ ſi ſpū viuimꝰ ſpiritu ⁊ ambulemꝰ. Unde p magna culpa Actē. vij. beatus ſtephanꝰ imꝓperat iudeis dicens. Vos ſemp ſpirituiſcō reſtitiſtis. Et iterū apoſtolus. j. Theſſaľ. v. ait. Spiritū nolite extinguere. Ubi glo. ait. Si cui ſpūs ad horā aliq̄d reuelet: nolite ꝓhibere illū loq̄. Spūs enī ſctūs nō ſolū reuelat docēdo q̄d hō debeat loq̄: ſ; etiā ſuggerēdo q̄d debeat opari. Unde Jo. xiiij. pacly̆tꝰ autem ſpūſſanctꝰ ille vos docebit oia ⁊ ſuggeret vobis oia quecunq̄ dixero vobis. Cū igiť hō inſtinctu ſpūſſcti moueť ad religiōis ingreſſum nō eſt vtiq̄ differēdū vt hūanuꝫ ꝯſiliū req̄rať: ſed ſtatim impetū ſpūſſcti debet ſeq̄. Narrat enī Augꝰ. viij. li. ꝯfeſ. d̄ duobus militibus. quoꝝ vnus cum legiſſet beati anthonij acta: ſubito ſancto amore repletꝰ ait amico ſuo. Ego deo ſeruire ſtatui: ⁊ ex hac hora in hoc loco aggredior. Te ſi piget imitari noli aduerſari. Reſpondet ille ſe ſocio ſuo adherere: ⁊ ambo omnia relinqnunt et chriſtū ſecuti ſunt. Et ī eodē libro ſe btūs Augꝰ. rep̄hendit de hoc ꝙ tardauerat ſuam

ꝯuerſionē:vbi dicit. Rn̄debā verba lenta et
ſomnolēta:ſine mō. ſine paululū. Sꝫ mō et
mō nō hꝫ modū:⁊ ſine paululū inlōgū ibat.
Et in eodē libro ait idē. Erubeſco ꝙ nugarū
murmur. ſ. ſecularīū ⁊ carnaliū adhuc audie
bam ⁊c̄. Ex q̄ apparet nō eſſe laudabile imo
oīno vituꝑabile poſt vocationē exteriorē vł
interiorē: vel ꝑ verba aut ex ſacra ſcriptura
factā differre ⁊ q̄ſi in dubijs ꝯſiliū poſtulare
Hoc ꝟo ad interioris inſpiratiōis efficaciaꝫ
ꝑtinere ꝓbaꝛ. vt homīes inſpirati ſubito ad
maiora ꝓuehanꝛ. Qḋ Act. ij. c. myſtice deſi-
gnaꝛ qn̄ diſcipulꝛ ꝯgregati in vnū repēte ſpi-
ritusſctūs veniēs ſuꝑ eos. fecit dei magn̄a lo
qui. Vn̄ ſm̄ Amb. neſcit tarda molimīa ſpi-
ritusſancti gr̄a. Et Ecc. xj. Facile ē in oculis
dei ſubito honeſtare pauꝑem. Hāc ꝙ̄ effica-
ciam inſpiratiōis interioris oſ̄dit Augꝰ. i li-
bro de p̄deſtinatiōe ſctōꝝ inducēs illud Jo.
vj. Oīs q̄ audiuit a p̄re ⁊ didicit. vēit ad me
Valde inq̄t remote ē a ſenſibꝰ carnis. h̄ ſcho
la. in q̄ pater audiꝛ ⁊ docet vt veniaꝛ ad filiū
nec agit h̄ cū carnis aure ſed cordis. Igitur
ſpiritusſcti ꝟtutē vel ig̃rare vel ei reſiſtē com
ꝓbaꝛ: q̄ a ſpūſctō motum diuturnitate ꝯſilij
detinere ꝯtēdit. Audi etiā paganū Ariſtot.
in libro de bona fortuna vbi ait. Qꝛ aūt que
ritur q̄d eſt motꝰ p̄ncipij in aīa. palā quidem
in toto. deꝰ rōnis. Nam p̄ncipiū nō eſt ratio
ſed aliq̄d meliꝰ. Quid igiꝛ meliꝰ erit ſciētia ⁊
intellectu niſi deus? Et poſtea ſubdit de his
q̄ a deo mouenꝛ ꝙ ꝯſiliari nō expedit eis. ha
bent eni p̄ncipiū tale qḋ eſt meliꝰ intellectu ⁊
ꝯſilio. Erubeſcat igiꝛ qui ſe dicit catholicū ⁊
ad hūana trāſmittit ꝯſilia diuiniꝰ inſpiratos.
q̄bus eos ph̄s ethnicus aſſerit ſi egere. D
Victus ſum talia audiēdo. Nunq̄ꝫ talia ex-
pectaſſem. Vicerūt me efficaces rōnes ⁊ ſan
ctoꝝ auctes: ⁊ maxie ſtupefactꝰ ſum de ph̄i
verbo ⁊ ſenſu. O imēſa mia dei q̄ꝫta ē multi
tudo dulcedis tue q̄ ⁊ nos glorifices ⁊ nō ꝑ-
das. fidelibꝰ ⁊ infidelibꝰ circūuallas totus i
corde eſtuo cū ſeq̄ nō pigeat. Agꝛ mi qꝛ i ꝓ-
fundū demergebar inferni. niſi ad vos ve-
niſſem. M Docilitas tua ⁊ fides dei gra-
tia oꝑante huiꝰ boni cauſa ſunt. Sꝫ poſtq̄ꝫ
te audire delectat atq̄ꝫ edificat ſeq̄r vt cepi.
ꝯtemplare fili mi petrū ⁊ andreā. Nam ſicut
diciꝛ Mat. iiij. ꝯtinue vocati a dn̄o relictꝭ rhe
tibꝰ ſecuti ſunt eū. In q̄rū cōmēdatiōe Chri-
ſoſto. ait. In medijs oꝑatiōibꝰ exn̄tes audi-
entes iubentē nō diſtulerūt. ſed nec dixerūt
reūtentes domū loq̄mur amicꝭ ſed oīa dimit
tētes ſecuti ſūt eū. Et ſequiꝛ. Talē eni obiaꝫ
dn̄s querit a nob: vt neq̄ꝫ in inſtāti tp̄e remo
remur. Deinde ſequiꝛ de iacobo ⁊ iohanne
q̄ vocati a dn̄o ſtatim relictꝭ rhetibꝰ ac patre
ſecuti ſunt eū. Et ſicut Hylariꝰ ſuꝑ Mat. ait
Ecce artē ⁊ patriā ⁊ domū relinq̄ntibꝰ doce-
mur chriſtū ſecturi ⁊ ſecularꝭ vite ſollicitudi-
ne ⁊ p̄rne domꝰ ꝯſuetudīe nō teneri. Mat.
q̄ꝫ. ix. diciꝛ de mattheo q̄ ad vocationem dn̄i
ſurgēs ſecutꝰ eſt eum. Vbi Chryſ. ait. Diſce
vocati obiam. Neq̄ꝫ reſiſtit. neq̄ꝫ domū ad-
ire rogauit. ⁊ ſuis h̄ cōicare. Hūana etiā ꝑi-
cula q̄ ei a p̄ncipibꝰ accidere poterāt ꝑuipen
dit oīum. ſ. rōnes officij imꝑfectas reliq̄t ſm̄
Remigiū. Ex q̄bꝰ oībꝰ patet ꝙ nihil hūanū
debet nos retardare a ſeruitio dei. Rurſus
Mat. viij. et Lu. ix. diciꝛ ꝙ q̄dam diſcipulus
chriſti dixit ad eū. Dn̄e ꝑmitte me ire primū
et ſepelire p̄rem meū. Cui dn̄s r̄ndit. Seq̄re
me ⁊ dimitte mortuos ſepelire mortuos ſu-
os. Qḋ exponens Chryſ. ſuꝑ Mat. ait. Hoc
dicit non iubēs ꝯtemnē honorē q̄ eſt ad pa-
rentes: ſed mōſtrās qm̄ nihil celeſtibꝰ nego-
cijs nobis neceſſariū magꝭ eſſe oportet. ⁊ q̄-
niam toto ſtudio his iūgi debemꝰ. vt nec pa
rū tardare etiam ſi valde ineuitabilia incitā-
tia fuerint que attrahūt. Quid eni magꝭ ne-
ceſſariū q̄ꝫ ſepelire p̄rem? Quid etiā facilius
Neq̄ꝫ eni multū tp̄s ꝯſumendū erat. ſed dia
bolus inſtat attentiꝰ volēs aliquē aditū in-
uenire: ⁊ ſi modicā ſumat negligentiaꝫ ma-
gnā cooꝑatur puſillanimitatē. Propꝛ qḋ di-
citur Ecc. v. Non tardas ꝯuerti ad dn̄m: et
ne differas de die in dieꝫ. Nihil eni aliud in
de docemur. niſi ꝙ nec mīmū tp̄s fruſtra du
cere decet ⁊ diſſimłare cogentia. imo p̄ferre
ſpūalia cunctis et admodum neceſſarijs. Et
iterū Augꝰ. de verb dn̄i ait. Vocat te oriēns
et tu accedis ad occidentē. Oriens ꝟo chriſtꝰ
eſt iuxta illud Zach. vj. Ecce vir oriēs nomē
eius. Occidēs ꝟo eſt q̄libet homo in mortē
cadēs ⁊ in tenebras peccati. Igiꝛ iniuriā fa-
cit chriſto in q̄ ſunt oēs theſauri ſapie abſcō-
diti: ſi eius audito ꝯſilio adhuc mortalis ho
minis ꝯſiliū eſtimat aliq̄s req̄rendū. Ad q̄d
queſo ꝯſilio indigeāt hi q̄bus eſt ſacrū reli-
gionis ꝓpoſitū inſpiratū? Naꝫ dubitare an
id qḋ chriſtꝰ ꝯſuluit meliꝰ ſit ſacrilegiū ē. Du
bitaīe ꝟo an ꝓpꝛ ꝯtriſtationē amicoꝝ vel qḋ
cunq̄ꝫ tꝑaliū detrimentū hō dꝫ religiōis ꝓ-
poſitū p̄termittere. eſt vtiq̄ꝫ aī adhuc carnali
amore multiplicíꝛ irretiti. Vn̄ Hiero. in epi-
ſtola ad Heliodoꝝ inq̄t. Licet ꝑuulꝰ ex collo
pēdeat nepos. Licꝫ ſparſo crine ⁊ ſciſſis ve-
ſtibꝰ vbera q̄bꝰ te nutrierat mater oſtendat



Licet in līmie pater iaceat. ꝑ calcatū ꝑge pa-
trē ꝑ calcatā ꝑge m̄rem ⁊ ſiccꝭ oculis ad vexil
lū crucꝭ euola ſoluꝫ pietatꝭ genꝰ eſt in hac re
eſſe crudelē. Et ſubd. t. Gladiū tenet hoſtꝭ vt
me ꝑimat. ⁊ ego de p̄ris lachrymis cogitabo
ꝓpter p̄reꝫ militiā differā cui ſepulturā chri
ſti cā nō debeo? Sed forte aliq̄s induceꝛ ad
ꝯſiliū req̄rendū an poſſet implē qḋ ſeruare
ꝓponit. Et in h̄ caſu etiā q̄nq̄ꝫ eſt cauēdū ab
his q̄ videnꝛ timere deū. Nam ſunt pleriq̄ꝫ
q̄ nō videnꝛ poſſe ſue religiōi fauere. niſi ali
cui alteri religioni habeāt derogare. Nec id
q̄dem q̄nq̄ꝫ directe ꝑficē ſatagūt: ſ3 ſub laudis
et magnificatiōis atq̄ꝫ exaltatiōis figmēto i
tm̄ aliquā religionē extollūt. ꝙ vltra parady-
ſum trāſuehūt ⁊ trāſmittūt. i. tantā ꝑfectio-
nem inobſeruabilē dicūt. Caue ab iſtis quia
q̄nq̄ꝫ nō verenꝛ ⁊ deū talē reglam inſtituen-
tem. ⁊ ſctm̄ illā tradentē. ⁊ ſanctā m̄rem eccle
ſiam illā approbātē impie blaſphemare. Ma
nifeſtiſſimū ſignū eſt ꝙ affectiōe ꝓpria exce-
cati querūt q̄ ſua ſunt nō que ieſu chriſti. Et
a talibꝰ nō habeꝫ ꝯſiliū ſanū. Qꝛ vbi regnat
affectio: perit oē iudiciū. Denuo ſume ꝯſiliū
ab augꝭ. ⁊ de ꝯſimilibꝰ q̄ ait in lib. viij. ꝯfeꝛ.
de ſeipſo ꝙ ꝯſiliū ꝯtinētie aſſumere formida
bat ꝑicēs. Aꝑiebaꝛ ab ea ꝑte q̄ intendebam
faciē ⁊ q̄ trāſire trepidabā caſta dignitas cō-
tinentie. ſerena. ⁊ nō diſſolute hylaris hone
ſte blandiēs vt venirē neq̄ꝫ dubitarē. ⁊ extē
dens ad me ſuſcipiendū ⁊ amplectendū pi-
as manꝰ plenas gregibꝰ exēploꝝ bonoruꝫ.
Ibi tot pueri. tot puelle. ibi iuuētꝰ multa. et
oīs etas. graues vidue. ⁊ virgines anus. et
in oībꝰ ipſa ꝯtinētia nequaq̄ꝫ ſterilis: ſed fe-
cunda mater filioꝝ gaudioꝝ d̄ marito te do-
mine. Et irridebat me irriſione exhortato-
ria: q̄ſi diceret. Tu nō poteris qḋ iſti ⁊ iſte?
an ꝟo iſti ⁊ iſte in ſemetipſis ꝑ̄nt ⁊ nō in dn̄o
deo ſuo? dn̄s deꝰ eoꝝ me dedit eis. Quid in
te ſtas ⁊ nō ſtas? ꝓijce te ſecurꝰ in eum ⁊ noli
metuere: nō ſe ſubtrahet vt cadas. ꝓijce te ſe
curus ⁊ eripiet te: ⁊ ſanabit te. Et in religio-
ne multa videnꝛ dura ⁊ aſꝑa q̄ nihilominus
tum ex auxilio dei. tū ex ſctō ꝯſortio ꝓximi.
tū ex aſſuefactiōe boni oꝑis: leuia imo facili
ma cōprobanꝛ. D Sed nunq̄d ingreſſu-
rus religionē oia exponēda ꝑ eū abſq̄ꝫ ꝯſi-
lio ꝑficē dꝫ? M De hoc ipſo qḋ poſtulas
ꝓpoſuerā tibi loq̄. Duo q̄dem ſunt de q̄bus
hō poteſt ꝯſiliū poſtulare. Vnū eſt d̄ modo
intrādi religionē. Aliud ē ſi ſpāle impedim̄-
tuꝫ habeat ꝓpter qḋ impediaꝛ a religiōis in
greſſu. Puta ſi ſit ſeruꝰ vel m̄rimonio iunctꝰ
et cetera ꝯſimilia. Sed ab h̄ ꝯſilio p̄mo amo
uendi ſunt carnis ꝓpinq̄. Vnde dꝛ Prouꝰb.
xxv. Cauſam tuā tracta cū amico tuo ⁊ ſecre
tum tuū ex̄neo ne reueles. Carne nanq̄ꝫ ꝓ-
pinq̄ in hoc ꝓpoſito amici mīme ſunt imo
inimici iuxta illud Mat. x. Inimici hoīs do
meſtici eius. Ideo in h̄ caſu vitāda ſunt ꝯſi-
lia carnaliū ꝓpinq̄rū. Vn̄ Gregꝭ. iij moraꝛ.
Callidus aduſariꝰ cū a bonoꝝ cordibꝰ repel
li ſe ꝯſpicit. eos q̄ ab eis diligunꝛ exq̄rit. ⁊ ꝑ
eoꝝ verba blandiēs loquiꝛ ꝑ eos q̄ plus ce-
teris amanꝛ. vt dū vis amoris cor ꝑforat fa-
cile ꝑſuaſiōis eius gladius ad intime rectitu
dinis munimia irrūpat. Hinc eſt ꝙ btūs bn̄-
dictus ſicut in. ij. dialogꝭ. Gregꝭ. refert nu-
tricē ſuā occulte fugiēs deſerti loci ſeceſſum
petijt. ſed rhomano monacho ꝓpoſitū ſuuꝫ
aperuit: qui eius deſideriū ⁊ ſecretū tenuit ⁊
adiutoriū impēdit. Ab h̄ q̄ꝫ ꝯſilio oīno pro-
cul debent fieri hoīes ſenſuales ⁊ carnales.
apud q̄s dei ſapīa ſtulticia eſt. Vn̄ Ecc. xxx
vij. yronice ⁊ deriſorie diciꝛ. Cū viro irreli-
gioſo tracta de ſctitate ⁊ cū iniuſto de iuſti-
cia. Et poſtea ſubdit. Non attēdas his in oī
ꝯſilio: ſed cū viro ſancto aſſiduus eſto a quo
querendū eſt ꝯſiliū. ſi de aliq̄bꝰ in hoc caſu d̄
neceſſitate querēdū ſit. D Qr̄ta ſpūali cō-
ſolatione ⁊ lumie ſm̄ replerꝰ q̄s poteſt expri
mere. Deo gr̄as deo gr̄as ⁊ iterū deo gr̄as:
qui me miſit ad vos. Ibam ꝑ abrupta fanta
ſiarū deceptus ⁊ seductꝰ ab erroribꝰ ⁊ dece-
ptionibꝰ multis. Errabam ſeq̄ns errores cō
fuſi vulgi ac multoꝝ vt putabā timentiū de-
um. Aperta eſt mihi via ⁊ ianua paradyſi. Ce-
cus eram ⁊ illumiaſtꝭ me. Infirmꝰ eraꝫ et ro
boraſtis me. Vacillans ⁊ inſtabilis erā: ⁊ ſta
biliſtis me. Tumidus ⁊ verboſus erā ⁊ re-
uocaſtis me ⁊ aſſecuraſtꝭ me. Inſipidus erā
et diſcretiōis ſale ꝯdidiſtꝭ me. Iudex temera
rius erā ⁊ humiliaſtꝭ me. Fantaſticus eraꝫ et
ſupportaſtꝭ me. Errabūdus eram ⁊ reduxi-
ſtis me. In via ꝑiculi eram ⁊ eripuiſtis me.
Nunc apte intelligo q̄d agendū eſt. Munꝰ
ac talentū gratie qḋ mihi dn̄s ꝑ vos ꝯtulit ſi
abſcōdā. Cōſidā in dn̄o ieſu chriſto ⁊ i ſctiſſi-
mis ꝯſilijs ſuis meliorē ꝯſultorē iā nō q̄ro. ꝑ
fectionē ⁊ ſoliditatē religiōis iā intelligo. ꝑi-
cula mūdi cogſco. ꝑfectū in ꝟtutibꝰ ꝯcupiſco
Alacri corde ⁊ mira iocūditate ad religionē
anhelo: q̄ an̄ verebar nūc deſpicio derideo
atq̄ꝫ ſꝑno. Noui q̄ndā ſctām ꝯgregationem
cuiuſdā ꝑfecte religiōis ad quā inſpiratꝰ ſuꝫ
ꝓbaui eos incedētes recte i obſuācia regła-
ri ⁊ in mādatꝭ dei. atq̄ꝫ a me ꝓijciā p̄rem ma-

trē frēs ſorores atq; totā ꝓgeniē amicos ſo-
dales ⁊ notos inſalutatos relinq̄. vocātē pe-
trū et andreā iacobū ⁊ iohannē vocare me
ſentio nō poſſe in h̄ decipi māifeſte intelligo
M Cōgaudeo grē tue an ſic ſtatuiſti i cor-
de tuo. D Hoc iuraui ⁊ ſtatui cuſtodire.
M Reputaberi ſtult⁹ inſanus ⁊ leuis. D
Ego aūt non tm̄ inſan⁹ ⁊ ſtult⁹ reputari ex-
pecto: verūetiā oēm laborē aliū ſubire ↄcu-
piſco. M Ex q̄ te video diuinit⁹ euocatu;
grās ago dn̄o deo meo q̄ te ſic digt⁹ eſt inſpi
rare. Referā tibi qd̄ Eccl. ij. ait. Fili accedēs
ad ſeruitutē dei ſta in iuſticia ⁊ timore prepa
aīam tuam ad temptationē. Multa inſur-
geut adūſum te ⁊ ↄtra impꝑata ampli⁹ tunc
dimicabūt. Time picula q̄ expectabas h̄ am-
plius time picula q̄ igras. D Cōfido in ad
iutorio altiſſimi ⁊ in ꝓtectiōe dei celi cōmora
bor ⁊ de me diffido. cū ſim fragilis ⁊ infirm⁹
Cōfido orōnib⁹ ⁊ exēplis ⁊ doctrinis eoꝝ: i
q̄rū manib⁹ me cōmēdo. M Vnū ad vlti
mū ad mentē tuā reduco. Perſeuera pſeue-
ra pſeuera. Nā nō coronabit niſi q̄ legitime
certauerit. Ille vō legitime certat q̄ vſq; i fi-
nem in ſctō ꝓpoſito pſeuerat quia teſte dn̄o
Nō qui incepit ſed q̄ pſeuerauerit vſq; in fi-
nem h̄ ſalu⁹ erit. D Valete mgr mi ⁊ oro
memētote mei in orōnib⁹ vr̄is vt vſq; in fi-
nem pſeuerē M Et tu etiā ſis mei memor
ad deū. Vale bn̄dict⁹ ⁊ bn̄dicibil'a prē ⁊ dn̄o
nr̄o ieſu chriſto. Qui cū prē ⁊ ſpūſctō in eter
nū bn̄dict⁹ ⁊ bn̄dicibil' cūcta bn̄dicibilia bn̄-
dicit p infinita ſecula ſeculoꝝ Amen.

¶ Dn̄ica. iij. in q̄drageſima in mane ordo dicēdoꝝ p totā ſeptimanam ſequentem.

Omne regnū in ſe diuiſum deſolabit ⁊ dom⁹ ſupra domū cadet Lu. xj. ⁊ i euā-
gelio h. Copioſus ē ſermo oīs de charitate:
q2 copioſa ē ipſa charitas. Qīta ſit copioſa
ipſa charitas audi nō me ſed ex ipſa charita
te dilectū ⁊ diligentē. j. Io. iiij. De⁹ charitas
eſt. Quo igit termio ↄcludit deus audi Iob
xx. dicentē. Forſitan veſtigia dei cōprehen-
des ⁊ vſq; ad pfectū oīpotentē repies. Excel-
ſior celo eſt ⁊ qd facies? Profundior inferno
et vn̄ cogſces? Longior terra mēſura eius: ⁊
latior mari. Sic vtiq; inexplicabil' ⁊ intermi-
nabilis ē ipſa charitas atq; charitatis ſermo.
Proinde ſeq̄ntes tractatū de charitate: iſto
mane de pcialitatib⁹ ⁊ diuiſionib⁹ in popul'
extinguentib⁹ imo eradicātib⁹ charitatē di-
cturi ſum⁹. oſtendētes q̄ti crimis atq; peri
culi ſit corde aut ore aut ope ſequi diuiſiōes.
Hodie infra diem declarabim⁹ ꝓpheticā
viſionē que de pcialitatib⁹ maxime de guel-
fis ⁊ gebelinis iohāni euangeliſte in apocl.
myſtice reuelata ſint ſiue declarata Feria
ij. tractabim⁹ de vera ↄfeſſiōe. p quā amiſſa
charitas reformat. declarātes quid eſt ⁊ vn-
de originē ſumpſit. atq; de admirādis fructi
bus eius. Feria. iij. dicturi ſum⁹ de corre-
ctione fraterna que eſt opus maxime chari-
tatis. Vbi oſtendem⁹ qn̄ obligat homo ad
correptionē fraternā. ſimulq; palam facie-
mus de correptiōe maioꝝ atq; minoꝝ ⁊ qn̄
homo peccat corripiēdo Feria. iiij. agem⁹
de aduerſaria charitati .i. de detractiōe ⁊ ori
gine eius atq; de ſeptēplici detrahēdi modo
et q̄ piculoſum ſit audire oblocutiōes Fe
ria. v. oſtendem⁹ ↄditiōes oblocutiōis ſub-
dentes vtilia remedia ↄtra detractiōes ne p
eas charitas amittat. Feria. vj. expone-
mus textum euāgelij ſamaritane illuz ad lit-
teram. ⁊ myſtice declarātes vbi admirāda d̄
charitate ⁊ feruore deuote anime apparebūt
Sabbato faciemus gnāle fundamentuz
ac tractatū gnālem d̄ ↄtractib⁹ ⁊ vſuris que
maxime charitati inimicant.

Dn̄ica. iij. in q̄drageſima in mane contra pcialitates cordis oris ⁊ operis. ⁊ maxime contra guelfos ⁊ gebelinos extinguētes charitatē. Sermo. xxv.

Omne regnū in ſe diuiſuz deſolabit ⁊ dom⁹ ſupra domū cadet vt. ſ. Ecce ad
man⁹ ē expiētia teſte odibil' hor-
ribil' atq; morboſa ⁊ peſtilens pcialitas: ⁊ ea
maxie q̄ d̄r guelfoꝝ ⁊ gebelinoꝝ. Ecce q̄ta
mala q̄t crudelitates q̄ta ſcelera facta ſūt di-
mus dieb⁹ nr̄is vt nedū fratna charitas int'
extneos nō ſit ſeruata. verūetiā int' ↄſangui-
neos ⁊ cogtos: imo etiam int' vterinos frēs
ſtupēde ſeuicie ⁊ crudelitates patrate ſint.
Et vt pteream⁹ ſpūalia ⁊ corpalia dāna. que
ab inſanis modicū pōderant: extēdam⁹ ocu
los ⁊ mētales ⁊ etiā corpales adūſus italie p-
tes. ⁊ attēte ↄſidēm⁹ q̄t ville ↄſūpte ſūt. q̄t ci-
uitates et caſtra deſtructe ⁊ cōbuſte ſūt. q̄t d̄
litioſe patrie deſerte ſunt vt h̄ oīa apte teſtifi
cent q̄ vera ſit ſnīa chriſti dicēs. Oē regnū



in ſe diuiſum deſolabit ⁊c. Proinde ꝓphe-
ta ait. Mirabiles elationes maris ⁊c. i. pcia
lium ſupboꝝ ⁊ auaroꝝ. Mirabilis in altis do
minus. ſ. pmittēs ſupbos alterutꝝ humilia-
re ⁊ caſtigare. Teſtimonia tua. i. facta crude
lia teſtificātia. verba tua oīa eſſe vera credi-
bilia facta ſunt nimis. i. vltra expectatū ⁊ ex-
cogitatū modū. Merito igit' Apocl. viij. c. d̄
talib⁹ patrūs ac pnb⁹ Io. ait. Vidi ⁊ audi-
ui vocem vni⁹ aqle volantis p mediū celi di-
centis voce magna. Ve ve ve habitātibus i
terra. Alti igit' iohānis euāgeliſte ↄtra q̄ſli-
bet pciales terrifico clamore cōminātis ſpūa
lis tpalis ⁊ etnalis damnatiōis ſnīam verba
ſunt iſta. Ad q̄rū pleniorē intelligentiā tri-
plex vera ↄcluſio pmittit'. Et licet ad guelfos
et gebelinos ſermo noſter p̄ncipalit' dirigat'
intendim⁹ tamē ad q̄ſlibet pciales dirigere
ſtilum. Prima ↄcluſio eſt. Q2 q̄cunq; ſolū
corde ↄſentit eſſe guelfum vel gebelinū mor
taliter peccat. ⁊ p ↄſeq̄ns ſi in hoc moriatur
eternis cruciatib⁹ damnat⁹ ē. Scd̄a ↄclu-
ſio eſt. q̄ ſi quis ↄfitet' verbo ſe eſſe guelfum
vel gebelinū mortalit' peccat. Tertia ↄclu
ſio eſt q̄ q̄libet ſeq̄ns pcialitatis opa in q̄libet
pcialitatis ope mortalit' peccat. Igit' p his tri
bus culpis. ſ. cordis oris ⁊ operis pcialitatis
euāgeliſta ait. Audiui vocē vni⁹ aqle vt ſup.
Ve ve ve habitātib⁹ in terra. ſ. diuiſa ⁊ pcia-
li. Primo ve ꝓpter peccatū cordis. ſcd̄o ve ꝓ
pter peccatū oris: tertio ve ꝓpt' peccatū ope
ris nequiſſime pcialitatis.

Articulus prim⁹ q̄ corde cōſentire cuicūq; parcialitati mortale peccatum eſt.

Prima ↄcluſio eſt q̄ q̄cūq; ſolū corde ↄſentit eſſe gebelinū vel guel-
ſum mortalit' peccat. Qd̄ pōt tri-
pliciter ꝓbari. Primo ratione dei. ſcd̄o rati-
one chriſti: tertio ratione ꝓximi.

Q2 qui corde pcialitati cōſentit: charitati dei tripliciter aduerſatur. Cap. j.

Primo vō q̄ corde pcialitati ↄſen-
tit rōne dei mortalit' peccat. Nam
dīna charitas triplicē h3 effectum
pcialitati ↄtrariū. Primo mortua viuificat.
ſcd̄o viuificata ↄgregat: tertio ↄgregata mul-
tiplicat. Primus q̄dē charitatis effect⁹ ē q̄
mortua viuificat. Nā mortuos p culpā viui-
ficat p grām de pe. di. vij. c. nullus dicit' ſcri-
ptum eſt neminē ſine charitate ſaluū eſſe et
j. Pe. iiij. Charitas opit multitudinē pctōrū
Parcialitas vō cordis ecōtra viuos mortifi-
cat: q2 viuos p grām mortificat p culpā. Na3
ſicut ſepationi aīe ⁊ corpis ſequit' mors cor-
poralis: ita diuiſioni pciali ſequit' ab aīa ſe-
patio fratne charitatis que eſt ei⁹ vita ſpūalis
Nā qui nō h3 charitatē nihil h3. i. pctm̄ qd̄
vere eſt nihil. Scd̄s charitatis effect⁹ eſt q2
ↄgregat viuificata: ſicut patet in p̄mitiua ec-
cleſia cū charitas diffuſa erat in cordib⁹ cre-
dentiū. quos infuſus amor dei de multis fe-
cerat vnū. Vn̄ Act. iiij. Multitudīs credē-
tium erat cor vnū ⁊ aīa vna. Parcialitas vō
cordis mortificata ſepat. Nā cum corda mor
tua fuerint p abſentiā charitatis dei: q̄tidie cō
ualeſcūt in ſepatiōe charitate ꝓximi. Ideo
hortat' apls ad Col. iij. dicens ſup oīa autē
charitatē habete: que eſt vinculū pfectiōis.
q2 ſine ea hoīum corda ab inuicē ſepant'.
Terti⁹ effectus charitatis eſt q2 ↄgregata mul-
tiplicat. j. Cor. viij. Charitas edificat: pciali-
tas aūt cordis ſepata diſſipat. Vnde thema
Lu. xj. Oē regnū in ſe diuiſum deſolabit ⁊c
Qd̄ exponēs Hiero. in omelia ait. Quō cō-
cordia. i. ↄcordi charitate pue res creſcūt: ita
diſcordia maxime dilabunt'. Vnde Oſee. x.
Diuiſum ē cor eoꝝ nūc interibūt. Ex his pa
tet q̄ mortali cordis ↄtradictiōe pars guelfa
et gebelina charitati diuine ↄtrariet'.

Parcialitati conſentiēs corde chriſto tripliciter aduerſari⁹ ē Capitulum. ij.

Secūdo apparet in pcialitatis ↄſenſu
culpa mortal': rōne chriſti q̄ nr̄m ē
caput. Nā ſicut dn̄s nob dedit pce-
ptū de dilectiōe dīna: ſic chriſt⁹ dedit nobis
mādatū de dilectiōe fratna. Vn̄ Io. xv. Hoc
eſt pceptū meū vt diligatis inuicē. Meū dicit
p anthonomaſyā h̄ ē p excellētiā: q2 vt dilige
rem⁹ inuicē ſinglarit' nob pceptū dedit. q̄q;
ſm̄ Bern̄ nec ꝓxim⁹ ſine do: nec ds̄ ſine ꝓxi-
mo diligi pōt. Seq̄ aūt pceptū chriſti tria ſin
gularia bona opat' in nob: qb⁹ oīno adūſat'
pcialitatis ↄſenſus. Primū eſt cū chriſto ↄfor-
mitas. ſcd̄m eſt cū chriſto vnitas: tertiū eſt cū
chriſto exēplaritas. Primū bonū eſt cum
chriſto ↄformitas. Na3 fratnal' dilectio facit
hoīem mēbꝝ chriſti. Vnde ad Eph. iiij. qm̄
ſumus inuicē mēbra. Ac ecōtra cordial' di-
uiſio facit hoīem mēbꝝ diaboli ad q̄s Iob.
viij. dn̄s ait vos ex patre diabolo eſtis.
Scd̄m bonū ē cū chriſto vnitas. Q2 fratnal'
dilectio p trāſformationē cuz chriſto vnit ſe:

ꝯgaudens ſe eſſe mēbꝝ cū chriſti membris.
Unde pſ̄.ait.Ecce ꝙ̄ bonū ⁊ ꝙ̄ iocundū ha
bitare fratres in vnū.i.fraternali dilectione
ꝑſeuerant̄ tranſformari in dn̄z ieſum chriſtū
Sed ꝑcialis diuiſio ꝑ nequiſſimā trāſforma-
tionē cū diabolo corda ꝯſentanea iūgit ſub-
iectaqꝫ impio ſuo:dum non credūt ꝙ ſolum
ꝯſentire ꝑti peccatū ſit diabolus i ſua inſen-
ſibili pace cuſtodit.Unde Lu.xj.Cuz fortis
armatus cuſtodit atriū ſuū in pace ſunt oīa
que poſſidet.Quis aūt hic fortis niſi ꝑciali-
tatis diabolus?de q̄ Job.xlj. Non eſt ptās
ſuꝑ terrā que comꝑetur ei.Qui q̄dem arma
tus ꝑcialiū nequitijs vt in ſeq̄nti ſermōe pa
tebit cuſtodit atriū cordiſ ſui ꝑ ꝯſenſuz vtiqꝫ
factū ſuū: ⁊ tunc vtiqꝫ ea que poſſidet ſunt i
pace.cum neqꝫ ꝑ p̄dicatores. neqꝫ ꝑ ꝯfeſſo-
res.neqꝫ ꝑ ꝯſcientie remorſus gladio verbo
dei vel ſancta compūctione ꝑcialiū corda ali
qualit̄ moleſtant̄.cum credant ꝙ ſolū ꝑciali-
tati corde ꝯſentire non ſit peccatū. Terti-
um bonū eſt cum chriſto exemplaritas.Sed
quia vt dicit̄ Mat.xij.Bonus homo de bo
no theſauro cordis ſui ꝓfert bona: ⁊ malus
homo d̄ malo theſauro cordis ſui ꝓfert ma
la.bonus nēpe theſaur⁹ fraterne dilectiōis
in corde abſcondit⁹ ꝓfert bonū exemplū di-
ſcipulat⁹ chriſti dicēte dn̄o Jo.xiij.In h̄ cog
ſcant oēs q2 diſcipuli mei eſtis:ſi dilectionez
habueritis adinuicē.Tam eni ſancti ⁊ veri ex
empli eſt dilectio ⁊ vnio fraťnalis.ꝙ nō ſolū
deo ⁊ celeſtib⁹ ciuib⁹ eſt grata: verūetiam a
terreſtrib⁹ hoib⁹ p̄conizat̄ ⁊ cōmendat̄ ſan-
cta.Unde Eccl.xxv.In tribus placitū ē ſpi-
ritui meo que ſunt ꝓbata.i.approbata coraz
deo ⁊ hoibus.ꝯcordia fratrē.amor ꝓximo-
rum ⁊ vir ⁊ mulier ſibi bene non male ꝯſen-
tientes.Que oīa in cordiū vnione ⁊ fraťna
dilectione ꝯſiſtunt.Et econtra ꝑcialitatis cō
ſenſus ſiquidem malus theſaur⁹ eſt in mal̄
hois corꝑe:ꝑ iniquitatis exemplū ꝓbat ꝑcia-
lem eſſe diſcipulū diaboli.Cui ⁊ vere diabo-
lus dicere poteſt. In hoc cognoſcēt omnes
quia diſcipuli mei eſtis:ſi oderitis inuicem.
De hoc ꝯſentiente corde Eccl.ij.ſcriptū eſt.
Ue duplici corde. Hoc eſt cor de quo idem
xxj.ait.Cor fatui quaſi vas ꝯfractū.ſ.ꝑ diui-
ſionis ꝯſenſum.Unde Prouerb.xvij.Qui
ꝑuerſi cordis eſt nō inueniet bonū.ſ.triplex
iam dictum:videlicet ꝯformitatis vnitatis ⁊ ex
emplaritatis.

## Q2 conſentire ꝑcialitati dilectioni ꝓximi tripliciter contrarium eſt. Cap.iij.

Tertio apparet in ꝑcialitatis ꝯſenſu
mortaliſ culpa ratiōe ꝓximi.Qui
libet eni tenet̄ diligē ꝓximū ſicut
ſemetipſum p̄cipiēte dn̄o Lu.x. Diliges ꝓ-
ximū tuū ſicut teipſum.Naturalit̄ eni nemo
amat in ſe diuiſionē neqꝫ ſpūalem neqꝫ cor-
poralem neqꝫ etiam tꝑalem:ſed ſemꝑ deſide
rat inſeꝑabilem vnionē. Primo eni nullus
in ſe amat naturalit̄ ſpūalē diuiſionē.Quis
eni eſt qui naturalit̄ ꝯcupiſcat ſeꝑari i eo me
moriam ab intellectu ⁊ voluntatez etiam ab
vtroqꝫ aut intelligentiā ab intellectu vel vel-
le a voluntate ſeu poſſe a facultate? Hoc eni
homo naturalit̄ abhorret.Sicut etiaz qꝺ ex
ꝑientia patet nullus naturalit̄ cupit aiam a
corꝑe ſeꝑari:cum mori etiam chriſt⁹ abhor-
ruerit factus in agonia ſudor ſanguine⁹ pa-
uorem mortis oſtendit.Et ſi q̄n ꝯtingat ali-
quos ſe ſuſpēdere laqueo vel alio modo ne-
care:hoc non ꝯtingit ex appetitu nature ſ ex
malicia culpe teſte pſ̄.dicēte Qui diligit ini
quitatē odit aiam ſuam.Un̄ Paul⁹ ad Phi-
lip.j.ait.Cupio diſſolui ⁊ eſſe cū chriſto:qꝺ q̄
dem vt patet non erat ex affectu nature ſed
ex abundantia gratie ⁊ virtute amoris.
Scꝺo etiaz nullus amat naturalit̄ in ſe di
uiſionē corꝑalem.Quis eni ita inſanit ꝙ na
turalit̄ optet ꝑ p̄ciſionē caput a corꝑe ⁊ pedē
a crure ⁊ crus a corꝑe ⁊ ſic de alijs ſeꝑari ſicꝫ
dicit̄ ad Eph.v.Nemo carnē ſuā vnq̄ odio
habuit.ſ.ex natura: ſed nutrit ⁊ fouet eaz
Tertio ꝙ̄ neminē naturalit̄ ꝯcupiſcē reꝑim⁹
diuiſionē in tꝑalib⁹:niſi ex accidēti caſu.Pl⁹
eni diligit homo ſuos denarios ſimul:ꝙ̄ va
rijs locis longe diſꝑſos.Sic cōiter homo di
ligit ruralia ſimul iūcta.domos.filios.parē
tes ⁊ liberos ⁊ ſic de cūctis ſimilib⁹.Cum igi
tur nullus diligat naturalit̄ vel inclinat̄ affe
ctu ad aliquā iſtarū triū diuiſionū: Maīfe-
ſte igit̄ patet ꝙ nullus ꝓximū ſuū ſicut ſeip-
ſum diligit qui ſe ꝑ ꝑcialitatis ꝯſenſum a pro-
ximo ſuo ſeiūgit cū oīa iſta clamēt ⁊ p̄dicent
inter ꝓximos eſſe neceſſariā vnionē. Immo
qꝺ mirabilius eſt oīa corꝑalia nos docēt ex-
emplo ſui hāc ꝯcupiſcē vnionē.Lapides ar
bores terra aq̄ ⁊ oīa elemēta que cū ſcindun
tur q̄dāmodo dolēt dū clamāt.Nōne ad nu
bium ſciſſionē tonitrua generant̄? ecce ꝙ ꝑ-
cialis infelix ad vnionē inducit̄ ab oīb⁹ etiā
irrōnabilib⁹ creaturis: ⁊ tn̄ q̄ ſuꝑ oīa irrōna-
bilia rōne dotat̄.min⁹ vnit̄ rōne ꝙ̄ q̄ rōnem
hn̄t. Argumentū.j. Sed obſtāt q̄dam



dicentes.Primo ꝙ talis ꝑcialitati ſolū corde
ꝯſentiens ſi ꝯtrarie ꝑti nō intēdit nocē.mor-
taliter non videt̄ peccare:cum iſta cordialis
diuiſio ꝓximo non videat̄ eſſe nociua.Qui
bus r̄ſidet̄.Q2 ſi tales non intēdant actuali
ter nocere ꝓximo:intendūt tn̄ habitualit̄.Et
dato ꝙ effectu non noceat talis illi:attamen
nocet ſibiipſi.Nam cū ſe a ꝓximo ꝑ ꝯſenſuz
ꝑtis diuidit ⁊ p̄ſcindit.ſemetipſum ſpūaliter
interimit ⁊ p̄ſcindit.ſicut dicit̄.j.Jo.iij.Qui
odit fratrē ſuū homicida eſt.ſ.ſuimet.Licet
eni talis ꝯſenſus vti ſepe ꝯtingat ad tempuſ
in plurima non ꝓrūpat ⁊ crudeliſſima nocu-
menta.Sitqꝫ radix ⁊ fundamentū oium ſce-
lerū que in furibūdis ꝑcialitatib⁹ fiunt.Nec
eni oēs radices que duras ꝓducant ſpinas
oibus anni menſib⁹ retinēt duras ſed hye-
me.Uix folia hn̄tes vere pullulāt.eſtate et
autūno indurant̄ ⁊ pungūt.Sic q̄n dei iu-
dicia ſilent.vix apparēt folia.i.verba que no-
minant ꝑtes.Sed vere luxu mūdanarū de-
litiarū creſcēte ⁊ calore eſtiuo crimioſarū ꝓ-
ſperitatū multiplicāte radicales ꝯſenſus dei
iudicio ꝑmittēte emittūt verboꝝ folia. reui-
uiſcūt ſicut herbe ꝑtes incipiūt apparere te-
nelle ſpine iniuriarū: vſqꝫ q̄ pluentib⁹ iudi-
cijs dei in nephādas ⁊ incredibiles crudeli-
tates ꝓrūpant.Et hic eſt fruct⁹ radicalis cō-
ſenſus.De talit̄ ꝯſentientib⁹ dicit̄ Mat.vij.
Attēdite a falſis ꝓphetis q̄ veniūt ad vos in
veſtimentis ouiū. intrinſecus aūt ſunt lupi
rapaces.ſ.ꝓpter ꝯſenſus ꝑcialitatis.Et ſequi
tur.A fructib⁹ eoꝝ q̄ ſunt exterminia ciuita-
tum cog̃ſcetis eos.Nunq̄d colligūt de ſpinis
ꝯſenſuū abſcōſoꝝ vuas ꝑſeuerantis vnionis
et pacis.aut de tribulis odioꝝ abſcōditoꝝ fi-
cus dulces fraťne dilectiōis? Sic ois arbor
bona fraťnalis vnionis. fruct⁹ bonos facit
vtuoſe ⁊ trāquille ꝯuſatiōis.Mala autē ar-
bor ꝑcialis ꝯſenſus fruct⁹ malos facit flebil̄
deſtructiōis.Non pōt arbor bona.i.cordial̄
pax ⁊ vnio cordiū fruct⁹ malos facē extermi
nij patriarū.Neqꝫ arbor mala voluntatis di-
uiſe fruct⁹ bonos facē trāquille ⁊ vtuoſe vi-
te.Ois arbor.i.ois volūtas que nō facit fru
ctum bonū amoris ⁊ vnionis excidet̄ in ho-
ra mortis ⁊ in ignem mittet̄ eterne damna-
tionis.Et vt ad aiauiſionē fructuū qui ex hiſ
ſequunt̄ rōnales mētes euigilēt ſubdit igit̄
ꝯcluſiue q̄ſi dicat.Quid plura? A fructibus
eoꝝ cognoſcetis eoꝝ. De q̄bus maxie in fine
huius ſermonis aget̄. Argumentū.ij.
Scꝺo obijcere q̄dā ſolēt.Q2 aliquis talit̄ cō-
ſentiēs nō tn̄ ꝯtrarie parti non intendit no-
cere.verūetiā in aliq̄ caſu ꝓdeſſe. Ad qꝺ di-
cendū ꝙ bonū qꝺ intēdit eſt bonū accidēta-
le.ſed malū cui ꝯſentit eſt malū eēntiale:nec
euacuat̄ illud magnū malū ⁊ eſſentiale ꝑ il-
lud ꝑuū accidētale bonū.Nam licet talis vi-
deat̄ hr̄e intentionē bonaz. habet tn̄ habitu
occultatā voluntatē ⁊ intentionē malā.In q̄
etiam multi ꝓbi viri ſub ſpecie boni ⁊ pia in
tentione decipiunt̄.De q̄ trepidās ꝓph̄a ait
Ab occultis meis mūda me dn̄e ⁊c̄.Talis eni
ſub velamine pietatis abſconditū odiū gerit
erga oēs ꝯtrarie ꝑtis ꝯtra ꝑuos ⁊ magnos.
ꝯtra longinq̄s ⁊ ꝓpinq̄s.ꝯtra cognitos ⁊ in
cognitos.ꝯtra p̄teritos ⁊ futuros:imo etiaz
aliq̄n ꝯtra parētes ⁊ ꝓximos ꝯſanguineos
et affines. Argumētū.iij. Tertio obij-
ciunt q̄dā dicētes ꝙ antiq̄ꝛ⁹ p̄deceſſores ſui
fuerūt guelfi ⁊ gebelini vel alteri⁹ ꝑtis qꝺqꝫ
ex eiſdē originē trahūt.q̄ſi ꝯcludē intenden-
tes.ꝙ eſſe non pn̄t niſi illius ꝑtis: ⁊ ꝙ ſic ab
alijs reputant̄.Quib⁹ dicendū eſt.Q2 licet
corꝑaliter a ꝑcialib⁹ parētib⁹ originē ducūt
corꝑalem.tn̄ a deo creāte ⁊ chriſto redimēte
et reformāte traxerūt originē ſpūalē q̄ vtiqꝫ
nō ſunt ꝑciales.Preterea.Sue origini ꝑcia-
li in ſacro fonte baptiſmatis abrenūciauerūt.
et ſi p̄deceſſores ſui baptiſati ⁊ ꝯfirmati fue-
runt ⁊ ꝑciales vixerūt dedecus q̄dem parē-
tum eſt apoſtataſſe a fide.nec ꝙ̄ minuit̄ ex
filioꝝ ſeq̄la.Filioꝝ q̄dem verecūdia eſt tales
habuiſſe parētes.Sed ⁊ adhuc etiā maior ta
lium eſſe ſeq̄ces.Un̄ Eccl.iij.Ne glorieris i
ꝯtumelia pr̄is tui.Non eni tibi eſt gloria: ſ
ꝯfuſio.Gloria eni hois ex honore pr̄is ſui: ⁊
dedecus filij ſine honore pr̄.Quib⁹ Mat.
xxiij.dicit̄ Itaqꝫ teſtimonio eſtis vobmetip
ſis q2 filij eſtis eoꝝ.Et ſequit̄.Et vos imple-
te mēſurā patrū vr̄oꝝ. Serpētes genimina
vipraꝝ quō fugietis a iudicio gehēne? Si au
tem quiſq̄ ꝓpter p̄deceſſores ſuos parētes
ꝑcialis eſſe putat̄.ipſe vo nec ꝯſentit corde
nec fatet̄ ore.nec exercet oꝑe.nec inſuꝑ mō-
ſtrat ꝑcialitatis ſig̃ armis aut vexillis:ſicut ali
bi dictum eſt.tūc licet talis eſtimatio ⁊ opi-
nio eoꝝ ſeu alioꝝ non ꝑuū ꝑiculū preſtēt ꝓ-
pter maloꝝ occaſiōes.attn̄ nō eſt ſibi ad cul-
pam.licet ē ſibi ad penā.Nemo eni ex alioꝝ
opinione ſaluat̄ vel ꝯdēnat̄.ſ ex ꝓprijs me-
ritis vl̄ offenſis.Un̄ Mat.xvj.Reddet vni-
cuiqꝫ ſm̄ opa ſua.Et Ezech.xviij.filius non
portabit iniq̄tatē pr̄is.ſ.in inferno niſi.ſ.ip-
ſe ſit ꝑticeps eius culpe. Argumētum.iiij
Quarto etiā nequaq̄ obſtat ſi q̄s dicat ꝙ
tota patria ciuitas vel dn̄iū h̄ obſeruat ſiue

ad iurandũ cogat. qđq; antiq̃ ɔſuetudo ſit.
Quibus facile rñdet. ꝙ cũ hoc ſit ɔtra dei et
ꝓximi charitatẽ ſicut in p̄cedentib⁹ patet: nõ
eſt hec ɔſuetudo obſeruãda. ſꝫ velut abuſio
abhorrẽda. Vñ. xxxij. q. vij. flagicia dicitur
Flagicia que ſunt ɔtra naturã vbiq; ac ſemꝑ
repudiãda ⁊ puniẽda ſunt. Immo ɔſuetu-
do ꝑuerſa ex diuturnitate nõ leuigat crimẽ
ſed grauat. xxiiij. q. j. ſciſma. ex̄ deſimo. non
ſatis. ex̄ de ɔſue. c. vlti. Unde Eccl. vij. Noli
peccare in multitudie ciuitati: quia nõ min⁹
ardet qui cũ multis vꝛit. Si quis autẽ ꝑciali
tatem aut ꝓ ꝑcialitate officiũ iurat non ſolũ
iuramentũ non eſt ſeruandũ. ſed q̇ h̄ iura-
uit ꝑiurus eſt. vt patet. xxij. q. iiij. c. in maliſ
vbi Iſido. ait. In malis ꝓmiſſis reſcinde fi-
dem: in turpi voto muta decretũ. Et iterum
ad hoc facit illud. xxij. q. iiij. c. j. et. ij. et. iij.
Argumentũ. v. Quinto mendax inſania
apparet ꝙ ſe in ꝑcialitate tenent ad ſuũ ſtatũ
ſeruandũ. qđ q̄ŧum ſapiat impietati mens
ſenſata ɔſiderat. Nam ſicut expientia docet
tales tyrannidẽ callide abhorrẽtes ⁊ deteſtã-
tes verbo totis virib⁹ exercẽt facto. tyranni-
diq; ipingũt q̇cq̇d ceteri ⁊ ipſi rapiũt. Quis
eni ita inſcius eſt. qui credat ſibi licere recu-
perare amiſſa vel adepta poſſidere atq; tue
ri ſiue noua adipiſci titulo ꝑtis. cũ diuiſio ſit
ɔtra dei p̄ceptũ? Apl̄s q̄ꝫ ad Rho. iij. c. dicit.
Non ſunt faciẽda mala vt veniãt bona. Ma
lum q̇dem aptum eſt ɔfundere ordinẽ chari
tatis: eternoq; deo p̄ponere tempalia bona.
Quidã inſuꝑ neq̄ꝫ in ciuitatib⁹ vel terris ſe-
minãt ꝑtes vel nutriũt ſemiatas. vt in eiſdẽ
liberius vel ſecuri⁹ tyrãnidem exercẽ queãt
cum ecõtra iuſticia ſit que ciuitates ⁊ regna
ſeruat. Unde de iuſto rege dicit Prou. xvj.
Abomiabiles regi qui agunt impie. i. ꝑcialiť
quia iuſticia firmať ſolium. Et. c. xxv. Aufer
impietatẽ. i. ꝑcialitatem de vultu regis: ⁊ fir-
mabitur iuſticia thronus eius. Et pš. Om̄
brachia pctõꝝ. i. ambe partes ɔterenť: ɔfir-
mat autem iuſtos dñs. Seminãtes autẽ vel
nutrientes diuiſiões ⁊ ꝑtes. q: partẽ diligũt
partiq; plus q̄ꝫ deo inherent. ab eo qui ptã-
tem valet exercẽ in eos ꝑti putridi aſini. id ẽ
caude ſolenniť preferẽdi erant ceteriq; dñio
expoliãdi: vt qui ꝑtem amat ꝑtem habeat q̃
vtiq; cauda aſini merito dici poteſt. Argu
mentũ. vj. Sexto inſuꝑ nequaq̄ꝫ obſtat ꝙ
q̇dam dicant ſe in ciuitate vel terra non eſſe
diuiſos: quia oẽs eiuſdẽ ſunt ꝑtis ⁊ volun-
tatis. Oh Tales licet non habeãt ꝑtem. infe
re ꝙ nullus vnq̄ꝫ ꝯfiteri obligaretꝶ: qꝺ dicere
valde erroneū eſt. Demū q̄dem p̄ceptū affir
matiuū obligat ꝓ loco ⁊ tp̄e oportuno: atqꝫ
extunc homo in tranſgreſſionē cadit niſi im
pleat illud. Sexto quia nulla ratio eſt q̄=
re extunc debeat expectare. ex quo maioreꝫ
oportunitatē non expectat. igitur hoc facit
ex ſola leuitate aut ꝯtemptu: que quideꝫ nō
eſt ſine graui culpa. Septimo quia ſi ſic i=
ꝯfeſſus hmōi moriaꝶ. qꝺ vtiqꝫ ꝯtingē poteſt
nulla excuſatio ſibi patet: imo de manifeſto
ꝯtemptu ⁊ negligētia iuſte poterit rep̄hendi
Octauo quia cum ſacramēta vel peniten
tia ſolum ſit remediū ꝯtra mortale actuale.
cuius pars p̄ncipalis ⁊ formalis eſt ꝯfeſſio
ordinata ad abſolutionē. ſi plena oportuni=
tas ꝯfitendi adſit: patet ꝙ talis ꝯtemnit re=
mediū ſue ſalutis ⁊ penitētie ſacramentū qꝺ
eſt ſacramentū neceſſitatꝭ. ac ꝑ hoc mortaleꝫ
culpam incurrit. Nono quia cuilibet cer=
tum eſt ꝙ ꝯfeſſio p̄ncipalis pars eſt ſacramē
ti penitētie. non eq̄dem certum eſt ꝙ poſſet
extunc amplꝰ ꝓtelari: ex quo ſe offert opor-
tunitas plena. Igitur talis ſaltem aīe ſue ꝑi-
culoſo dubio ſe exponit. Decimo quia p̄=
ter eccleſie ordinationē q̄ ſanctiuit ꝙ ſemel
in anno quilibet ꝯfiteaꝶ ꝯfiteri tenetur q̄ ha-
bet mortalem culpam: nec q̄dem hoc poteſt
eccleſia mutare ſicut ex p̄cedenti ſatis patet
dicto. Igitur q̄ꝫuis papa vel eccleſia ſic ſta=
tuerit. nihilominꝰ non abſoluiꝶ talis q̄n ali=
ter teneatur ſicut tenetur exire de culpa.
Undecimo quia freq̄nter timeꝶ a formidolo
ſis ꝑiculum mortis qñ non eſt timendū ⁊ ab
animoſis non timeꝶ qñ vere timendum eſt.
Igitur p̄mus obligaꝶ vbi nullum eſt ꝑiculū
ſcðs vbi vere ꝑiculum eſt non remanet obli-
gatus. ſi ꝯfeſſio tardari licite poteſt. donec i=
mineat ꝑiculum mortis. Duodecimo qꝛ
mors ſubito ⁊ inſperato freq̄nter euenire cō
tingit vel caſualiꝰ interficiꝶ homo. Igitur ta
lis in mortali culpa abſqꝫ penitētia morieꝶ:
quia ſe non lauit ꝑ penitētie ſacramentū er=
go damnatus erit. quia ſm iſtos non teneꝶ
ꝓpriam culpam recognoſcē nec de ipſa con
teri. donec imineat ꝑiculum mortis. Pre=
terea notandū eſt ꝙ eccleſia non ſtatuit om=
nes ſemel in anno debere ꝯfiteri cōmuniter
quia ex hoc obligatio p̄ma que erat ex vi ſa=
cramenti ad ꝯfitendū quando adeſt oportu=
nitas vera licite poſſet vſqꝫ ad tempus illud
tardari. ſed illa obligatiōe priori in ſuo ro=
bore ꝑmanente adiūxit preceptū illud quod
habetur eꝶ de pe. et remiſ. c. omis. Nō vtiqꝫ
ad aliqꝺ relaxādū. ſed vere ad reſtringēdū.
vt nullus ex negligētia aut ꝯtemptu poſſet

vlteriꝰ retardare abſq; eccliaſtica p̄cepti trãſgreſſione. Inſup eſt notanduȝ ꝙ talis hanc opoꝛtunitatē captare debet. ⁊ ad hanc ꝓ viribus fideliṫ laboꝛare: alias ſalutē aīe ſue cōtemnit ⁊ ꝑuipendit. Ea ſiq̄dem habita dilatio parua que non ꝓuenit ex ꝯtemptu non cauſaret moꝛtalē culpã. Sed qñ notabiliṫ eſt in notabilē negligentiã vergens aut in ꝯtēptu ſacramētalis ꝯfeſſiōis. tūc quidem moꝛtale eſt ergo non teneṫ ſtatim ⁊ vniūſaliṫ pꝰ moꝛtale ad actualē ꝯfeſſionē. q̄uis ſaniꝰ atq; vtilius ac ſalubꝛiꝰ ꝯſiliū ſit ſubito ꝯfiteri. immo expectare pōt opoꝛtunitatē rōnabilē ac ſibi magis vtilem ⁊ neceſſariã ꝯfeſſoꝛis diſcreti ſeu loci vel tp̄is magis ꝯuenienti ⁊ ꝯſimilium. dum tñ hoc faciat non ex negligentia aut ꝯtemptu: ſed ex vera intētiōe anime ſue ſalubꝛius ꝓuidendi.

## Qꝛ etiam qui eſt in culpa veniali ex p̄cepto eccleſie ſemel in anno confiteri tenetur ꝓpter octo rationes.

Sed nunq̄d q̄ abſq; moꝛtali culpa ſe ſentit teneaṫ ad hoc eccleſie p̄ceptū: Dicendū ꝙ ſic multiplici rōne. Primo qꝛ ſicut dꝛ Eccl ix. Neſcit hō an dignus ſit odio vel amoꝛe. i. an ſit abſq; moꝛtali pctō ſicut etiã nec certus eſt an ſit in charitate. Preterea p̄dictū eccleſie p̄ceptū extendit ſe ad q̄ſcūq;. nec iudicio meo ſufficit queadmodū quidã dicunt. ꝙ ſapientes qui non hñt ꝯſciam de moꝛtali ſufficienter ſatiſfaciūt eccleſie p̄cepto ſolū ꝙ p̄ſentent ſe ſacerdoti dicētes ſe examiaſſe ſuã ꝯſcientiam atq; in ea moꝛtalē culpã non repiſſe.

Scđo qꝛ p̄ceptū non implet cū talis nō cōfiteaṫ vt verba exp̄ſſe ſonãt. Tertio qꝛ nimis videṫ p̄ſumere de ſeipſo. ſi infra totum annū nō repit ſe i dubio moꝛtal' culpe: ⁊ maxime homo ſeculari. Quarto qꝛ tal' nō videtur penſare offenſaȝ dei vt decet: nec vitã ſuam vere examiaſſe. Nam q̄tocq; ſanctioꝛ eſt: tanto eſt timoꝛoſioꝛ de ꝓpꝛia culpa et vita. Quinto qꝛ ſapiens nō videtur: ſi ad cautelã nō purgat ſe de vita ſua totius anni ſicut pōt ꝑ illud remediū ꝑ qđ ſūme purgare ſe pōt. Sexto addi pōt ſm Bonauen. in. iiij. di. xvij. vbi dicit ꝙ q̄ de aliq̄ pctō ſuo dubitat an ſit veniale aut moꝛtale: ſi nō penitet ſicut de moꝛtali diſcrimi ſe exponit. Proinde de illo ꝯfiteri debet ſicut in ꝯſcia ſua iacet. ⁊ iudicio ſacerdoti relinq̄re an ſit moꝛtale vel veniale. Septimo qꝛ licet plura alia remedia ad delendū venialia poſſumꝰ continue freq̄ntare ac ꝑ hoc non ſit de neceſſitate ſalutis illa ꝯfiteri: tñ ad ipſa purgãda nullū efficacius repitur. Octauo qꝛ maioꝛ hūiliatio ſui fit ꝑ ꝯfeſſionē q̄ ꝑ quecūq; alia remedia venialiū pctōꝝ: ac ꝑ ꝯſeq̄ns maioꝛ eorundem purgatio.

## In quibus confeſſio iteranda eſt. Capitulū. ij.

Secunda neceſſitas ꝯſiderãda ē qñ et in q̄bus caſibꝰ ꝯfeſſio eſt iteranda. Circa h̄ queri pōt ſi in aliq̄ caſu neceſſe ſit reiterare ꝯfeſſionē Ad h̄ dicēdum ſm Bonauent. in. iiij. di. xvij. ſup litteram circa finem. Quattuoꝛ ſunt caſus p̄ncipales in q̄bꝰ opoꝛtet reiterare ꝯfeſſionē: et in his oēs doctoꝛes ꝯcoꝛdãt. Primus caſus eſt ꝓpter impotentiã. ſ. qñ ſacerdos nō potuit abſoluē. Qđ pōt ꝯtingere. xij. modis

Primo ꝓpter enoꝛmitatē ſceleris ꝓpṫ quã quã opoꝛtet pctōꝛem ad ſupioꝛē remitti. qui ꝯfeſſionē remiſſi audire dȝ atq; abſoluē: niſi foꝛte malit alteri cōmittē ꝯfeſſoꝛi. Scđo ꝓpter tituli defectū. vt cū q̄s recipit bñficiuȝ a publice excōicato vel ſuſpēſo ab admiſtratione vel officio: vel qꝛ p̄ſitatꝰ fuit patrono publice excōicato Tertio ꝓpṫ defectū irregularitatis. Quarto ꝓpṫ defectū etatis. Qꝛ ſi collatū eſt bñficiū cū cura ei q̄ nō attingit viceſimūquintū annū. tūc talis collatio nullas obtinet vires. nec ipſe pōt abſoluē vel ligare. Quinto ꝓpṫ defectū oꝛdinis. Qꝛ ſi iſte cui collatū eſt bñficiū cū aiarū cura nō fuerit oꝛdinatꝰ infra annū ſine monitiōe tūc p̄uatꝰ eſt bñficio ipſo iure: nec pōt abſoluē vel ligare. De his duobꝰ caſibꝰ habeṫ ex̄ de elec. c. licet. li. vj. hodie tñ epi aliq̄ mō p̄ñt diſpenſare ſicut patet ex̄ de elec. cū ex eodē. li. vj. Sexto ꝓpṫ defectū nataliū. Qꝛ nec pōt cum eis ep̄s diſpēſare in bñficio cū cura: ſȝ tm̄ in mioribꝰ oꝛdinibꝰ ⁊ in ſimplici bñficio. ex̄ de eta. et q̄li. is q̄. li. vj. Septio ꝓpṫ receptionem bñficij cū cura. Nã qui hȝ bñficiū cū cura. et poſtea aliud recipit etiã cū cura. ſtatim p̄mū ꝑdit cū adeptꝰ eſt poſſeſſionē pacificã ⁊ plenariã ſecūdi. nec fructus p̄mi ꝑcipe pōt. nec pōt p̄mos ſubditos ſoluē ac ligare ex̄ de ele. dudū. et de fil. p̄ſby. ſi tibi. Octauo ꝓpter excōicationē. Nono ꝓpṫ depoſitionē. Decimo ꝓpṫ ſciſma. Undecimo ꝓpṫ hereſim. Duodecimo ꝓpter ſuſpenſionem ab officio. Nam talis non poteſt ſacerdotale officium exercere: ſiue ſit ſuſpenſus a iure



ſiue a iudice. Sed multos hoꝝ. xij. caſuū nō ſemꝑ eſt neceſſe p̄dicare populo. Scđs caſus in quo eſt ꝯfeſſio iterãda euenit ꝓpṫ ig̃rantiã ꝯfeſſoꝛis. ſ. qñ ꝯfeſſoꝛ ignarus ē. quia tunc querēdus eſt ſacerdos q̄ ſciat ſoluē ⁊ ligare ſicut dicit de pe. di. vj. qui vult. Et tali cum licentia ꝓpꝛij ſacerdotis vel auc̄te ſupioꝛis eſt iterū ꝯfitendū. Alij addūt ꝙ ſi ſacerdos fuerit ſimplex ⁊ inſcius ꝙ non diſcernit inter peccata. ſ. que ſunt leuia que ſunt g̃uia vel neſcit a quo poſſet abſoluē ⁊ a quo non. debet etiã ꝯfeſſio iterari. Si aūt bene nouit a quo poſſit abſoluē ⁊ a quo nō ſed ignoꝛat criminū grauitatē atq; agg̃uatiōes eoꝝ. q̄uis diſcernere ſciat moꝛtale a veniali. habenti pctã grauia tutū eſt iterare ꝯfeſſioneȝ ꝓpṫ dubiū qđ in ea cadere pōt. Si autē abſoluerit ꝙ abſoluere nō poterat abſolutio illa nō valet ſm aluarū eni in li. de planctu eccleſie. Sunt q̄dem plerīq; ꝯfeſſoꝛes q̄ abſoluūt ⁊ ligant qđ ipſi neſciūt ⁊ ignoꝛãt. in ſe q̄dem ceci atq; cecoꝝ duces. Tales eni imponūt penitentias nūc leuiſſimas nūc auſteras ſicut in eoꝝ cadit fantaſia ig̃rantia plena. Sepe inſuꝑ rñdent de caſibꝰ difficilimis pctōꝝ et vix ante non intelligūt factū neduȝ iuris reſponſionē qđ totaliṫ ignoꝛãt. Et ſic q̄tum in eis eſt ꝑiculoſiſſime decipiūt pctōꝛes. qđ eſt vnū de g̃uioꝛibꝰ ꝑiculis que ipſi hñt. Sed ipſi miſeri ⁊ ignari vix hoc intelligē aut credere p̄ñt: decepti q̄deȝ ſub pallio charitatis. Ad h̄ facit illud. xxxviij. di. Que ipſis. et. xxiiij. di. Qñ. et. xx. di. c. j. ibi in altera dans ſibi ſcientiam diſcernēdi inter lepꝛã ⁊ lepꝛã. xj. q. iij quō. xxvj. q. vij. alligãt. xlv. di. ſunt nãq; nōnulli. ex̄ de eta. ⁊ q̄li. oꝛdi. cum ſit qui ſi. ſūt legi. ꝑ venerabilē. §. rōnibus. ex̄ de pe. et re. c. oīs vtriuſq; ſexus. §. ſacerdos. ⁊ de electi. c. dudū et. §. j. ibi. Eedem aīe ſunt dãnabiliṫ decepte. Que oīa dicta capl'a a dicto doctoꝛe p̄allegis. ꝯſiderēt ⁊ notēt ꝯfeſſoꝛes ignari.

Tertiꝰ caſus eſt ꝓpter maliciam fictiōis in ꝯfitente. vt ſi acceſſit cum volūtate peccandi: aut ſcienter retinuit aliqđ pctm̄ in coꝛde.

Quartus caſus eſt ꝓpter negligentiã qꝛ. ſ. negligit vel ꝯtemnit facere penitentiã ſibi iniunctã. Intelliganṫ hi duo vltimi caſus qñ mutat ꝯfeſſoꝛeȝ. Si eni reūtiṫ ad eundē tūc diſtinguendū eſt. Quia aut recenṫ ꝯfeſſus ē aut iam de ſacerdotis memoꝛia ſunt elapſa. In p̄mo caſu non teneṫ. In ſcđo vō ſic. In his caſibꝰ cōmuniṫ ꝯcoꝛdãt oēs ꝯfeſſionē eē reiterandã ſm Bonauent. vbi. ſ̄. Si enim ꝯtempſit vel neglexit ſatiſfacere ⁊ oblitus ē iniūctam penitentiã: tunc teneṫ iterum ꝯfiteri. Si autem eam ſciret ⁊ eam implere vellet non opoꝛteret tunc reiterare ꝯfeſſioneȝ.

Quintus caſus eſt qđ quidam addunt. ſ. ſi penitentiã iniūctam non compleuit in charitate. quia ante completionē illius cecidit in moꝛtale. Tamen aliqñ videṫ ⁊ verius ꝙ nō teneaṫ iterare talem ꝯfeſſionē: qđ ꝓbãt multiplici ratione. Prima eſt qui in p̄cedenti ꝯfeſſione de p̄terita culpa fuit veraciṫ abſolutus: ergo poſt abſolutionē ad illam nō remanet obligatus. Scđa quia meritū chꝛiſti ſibi in abſolutiōe applicatū ⁊ cōicatū de toto reatu ⁊ p̄terita culpa deo plenarie ſatiſfecit. ⁊ in eius applicatione atq; virtute deleta eſt ſeu a deo non imputata: ergo penitentia ſibi iniūcta non eſt neceſſaria ad imputationem illius culpe. ac ꝑ hoc nec ad eius remiſſionē vel neceſſariã ſatiſfactionē ſine quo remitti nō pōt. Tertia quia ſacramētal' gratia que in penitētia datur delet moꝛtalē culpam: gratia vō illa eſt cōicatio meriti chꝛiſti.

Quarta quia fuit antea abſolutus q̄ ſibi penitētia poneret: ergo in ipſa talis penitentia non fuit nec eſt de eſſentia ſacramēti. Oꝛdo tñ abſoluēdi eſt vt pꝛimo audiaṫ. ſcđo penitentia imponaṫ tertio abſolutio fiat. vt ſic abſolutionē p̄cedat coꝛdis ꝯtritio. oꝛis ꝯfeſſio. et opis ſatiſfactio. ſaltem in deſiderio et affectu ſm Io. an. ex̄ de ſepult. c. dudū. ſuꝑ verbo audire. dc. Quinta quia ille qui in vltimo vite ſue vere ꝯteriṫ ⁊ veraciṫ ꝯfitetur atq; abſoluiṫ vtiq; moꝛiēdo ſaluaṫ. etiam ſi nullam penitentiã agat de peccatis ſuis in hac vita: alias nemo penitere poſſet in vltimo vite ſue. Sexta quia penitētia ſicut cetera ſacramēta totam efficaciaȝ ſuam habet ab ipſo merito chꝛiſti: non ergo a ꝓpꝛia pena vel actu. ergo talis penitētia nō eſt d̄ eēntia ſacramenti. Septima quia eccleſia nō poſſet facere iniūctarū pñiarum remiſſionē ſi ſunt de eſſentia ſacramēti ſicut etiã diſpēſare nō pōt ꝙ nō teneaṫ aliq̄s ꝯfiteri. Octaua hm̄ōi pñie arbitrarie ſunt. Qđ autem eſt cum ſacramēto eſſentiale ab hoīe mutari nō pōt: nec dependet a libero arbitrio etiam pape. Nona quia talis pñia non eſt ſatiſfactoꝛia apud deū nec ſibi accepta niſi p̄ꝛe intellecta ꝑticipatione meriti chꝛiſti in tali ꝑſona. Participatio aūt meriti chꝛiſti non fit niſi ab eo qui eſt actu in charitate ⁊ ſine moꝛtali culpa: ergo tota pꝛioꝛ culpa deleta ē in tali ante impoſitã pñiam ergo nō ē ſatiſfactoꝛia reſpectu pꝛioꝛis culpe. Decima qꝛ ſi talis

moriaꝛ ⁊ nihil de pnia egerit vtiqꝫ nõ damnaꝛ. ergo ſatiſfactio talis non eſt de eſſentia ſacramẽti. Propterea videꝛ dicenduʒ ꝙ illa ſatiſfactio eſt de eſſentia ſacramẽti. ꝙ fit deo ꝑ meritũ chriſti huic applicatũ: in cuiꝰ virtute peccata deleñ ſeu non imputanꝛ. Penitẽtia vo a ꝯfeſſore impoſita ꝑ modũ p̃cepti datur. ⁊ hoc in q̃ndam recompenſationẽ ꝯgruam ſeu vltionẽ ꝓprie ꝑſone que offendit. et nõ tanq̃ ſatiſfactoria deo de priori culpa tali. ſ. ſatiſfactiõe ſine qua eam dñs nõ indulgeret q̃ꝫq̃ de tꝑali pena que aliq̃n debeꝛ preterite culpe ſm gradũ qui ſolũ notuſ eſt deo diminuat vel mitiget. que niſi hic fieret ĩ purgatorio reciperꝛ. Et q̃tũ ad h̃ ſatiſfactoria dici poteſt. Et ideo dũmodo talis legitime ſit ꝯfeſſus ⁊ abſolutus ⁊ in ꝓpoſito habuerit ſacerdotali p̃cepto ⁊ pnie obedire. nõ tenetur de neceſſitate vt credo iterare ꝯfeſſionẽ: etiã ſi pniam illam ex aliquo euẽtu non impleat. vel etiam ſi impleat in mortali exñs. Naʒ talꝭ pnia ſicut credo non ẽ de eſſentia ſacramenti: ſed q̃dam annexũ ꝑ modũ precepti congrue ⁊ rõnabiliꝛ dari. Nec eni habeꝛ ex aliq̃ decreto vel eccleſiaſtica ſanxiõe ꝙ ſit de eẽñtia ſacramẽti: ſed bene habeꝛ mandatũ ⁊ eccleſie inſtitutũ ꝙ tales pnie imponanꝛ. Nec dicit ꝙ penitens nõ ſit abſolutꝰ niſi illã in gr̃a impleat: quia tñ in his q̃to plura fiũt bona. tanto meliꝰ ⁊ ſecuriꝰ eſt. Licet ex hoc nõ ſit veritati aliq̃liꝛ derogandũ bonũ eſt expediens ⁊ ſecurũ. ꝙ ſi pniam in gr̃a nõ expleuit imponaꝛ ei vt iteret illam vel aliã loco illius: q̃uis vt credo non ſit neceſſe ſi eam quocunqꝫ modo impleuit. Ad cautelã autẽ vtile eſſet ſi pctõribꝰ imponereꝛ aliq̃ pnia ꝓ breui tꝑe. ⁊ hoc ꝓ p̃teritis culpis quã faciliꝛ in gr̃a complere poſſent. ⁊ aliaʒ diuturnã ꝑ modũ p̃cepti ⁊ ordinatiõis honeſte ad emẽdationem p̃terite vite ſue. Relinquiꝛ ḡ ꝙ ſoluʒ in quattuor caſibꝰ ſup̃dictis ꝯfeſſio reiteranda eſt: Vñ verſus. Si negligꝭ peccare cupꝭ ſpernis q̃ꝫ penã. Inſcius es vel poſſe carẽs bis ꝯfitearis. Cum p̃dictꝭ ꝯcordat Sco. i. iiij. di. xv. q. j. circa fi. Et de h̃ etiã vide. j. ſermo. lxiiij. arti. j. c. iiij. Et h̃ opinio videꝛ magis pia

## Q̃ta diſcretiõe debet vti confeſſor in examiatiõe penitentiuʒ et maxie mulieꝝ. Ca. iij

t Ertia neceſſitaſ eſt ꝯſiderãda quõ ꝯfeſſio eſt honeſtãda. Queriꝛ autem circa hoc an ꝯfeſſor teneaꝛ diligenꝛ ꝑſcrutari ⁊ examiare ꝯſciam pctõrꝭ

Dicendũ ꝙ triplex põt eſſe talis examiatio. Prima eſt negligẽs. ſcða inficiens ſeu nocẽſ tertia diligẽs. Prima eſt negligẽs qñ. ſcʒ ꝯfeſſor nõ curat examiare diligenꝛ ꝯſciaʒ cõfitentis. Q̃ð q̃dem neceſſariũ eſt ⁊ ꝯfeſſori ⁊ penitenti: ⁊ maxime ꝓpꝛ tria. Primo ꝓpꝛ ignorantiã eo ꝙ pctõres ignorãt que dei ſũt Vñ ſi ꝯfeſſor audiuit aliq̃d de penitente vel ſciuit ꝑ aliquã ꝓbabilẽ ꝯiecturã id debet penitenti ad memoriã reducẽ: q2 põt timere ꝙ penitens ignoret ĩgrantia craſſa que non excuſat ſm Guil. Vel q2 forte non intelligit illud eſſe pctm̃. Nam ſm Iſido. ignorãs quotidie peccat ⁊ ignorat. Scðo ꝓpꝛ negligẽtiam q2. ſ. penitẽs ſicut ſepe accidit ñ bñ examinauit ꝯſciam ſuã: qð q̃dẽ ꝯſueuit euacuare fructũ ꝯfeſſiõiſ. Et tales ſi bono modo fieri poſſet audiẽdi nõ eſſent: niſi ſeipſoſ prius diligenꝛ examiaſſent ⁊ obſuarẽt illud Eſa. xxxviij. Recogitabo tibi oẽs ãnos meos ⁊c̃ In q̃ ſi deficiũt a ꝓuido ꝯfeſſore adiuuandi ſunt. Tertio ꝓpter verecundiã. Nam ſũt pleriqꝫ qui ponꝰ dimitterẽt ꝯfiteri q̃ꝫ ore ꝓprio mãifeſtare pctm̃. Q̃ð q̃dem ex ſupbia ⁊ hypocriſi originẽ ſumit. Contra q̃s Perſi. Pudet ablui ⁊ nõ pudet inq̃nari. Et de pe. vj. c. j. Augꝰ. ait. Diligẽs inq̃ſitor ⁊ ſubtilis inueſtigator ſapienꝛ ⁊ aſtute interrogꝫ a peccatore: qð forſitan ignorat vel verecũdia velit occultare. Debet eni ꝯfeſſor diſcretꝰ a penitente ingenioſe oẽm noxam verecundiaʒ remouẽ. Proinde non ſtatim debet ei exponere magnitudinẽ culpe cum. ſ. ꝯfiteꝛ eã: ſed in fine debet h̃ facere de pe. di. v. c. j. ꝓpe fi.

Secũda examiatio eſt inficiẽs ſeu nocenſ Sũt eni plura q̃ ꝯfeſſor in ſpãli minime querere debet: ⁊ maxime ꝓpꝛ tria. Primo ꝓpꝛ curioſitatẽ qð fit cũ ꝯfeſſor non ꝯuenientia nec ꝑtinẽtia inq̃rit. ſed aliena a ſtatu ⁊ moribus penitentꝭ req̃rit que in talibꝰ repiri non ſolent: quia q̃libet examiari debet ſm ſtatuʒ et ꝯditionẽ ſuã. Contra q̃s ait ps̃. Scrutati ſunt iniq̃tates: defecerũt ſcrutãtes ſcrutinio

Scðo ꝓpter fragilitatẽ. Sunt eni queda̾ que nõ dʒ ꝯfeſſor inq̃rere ĩ ſpeciali: ſicut ſũt incõſueta ſcelera. ⁊ enormia ꝯtra naturam. Ratio eſt: q2 ſepe addiſcit penitẽſ que nõ nouit. Et ꝯtingit ſepiꝰ ipſum ꝯfitentẽ in talibuſ ꝯcuti ⁊ ſepius inq̃nari. Vñ Prouerb. xj. Inueſtigator maloꝝ opprimeꝛ ab eis. ideo non debet talia querere niſi in cõmuni ⁊ de longinquo ꝑ q̃ſdam circũlocutiões vt ſi fecit q̃ ꝯfitetur intelligat: ⁊ ſi non fecit nõ diſcat. Tertio ꝓpter improbitatẽ. ſ. indecenteʒ. Unde



Judith. viij. diciꝛ ꝙ iudith ſacerdotibꝰ ait. Vos aũt nolo vt ſcrutemini actum meũ. Judith vo ꝯfeſſio interp̃taꝛ. in qua myſtice deſignaꝛ ꝙ improba inq̃ſitio pctõꝝ eſt in ſacerdotibꝰ neceſſario reꝑmẽda. Inſup codẽ myſterio p̃cepit dñs Deutꝭ. xxiiij. Cũ repetes a ꝓximo tuo rem aliquã quã tibi debet. nõ ingredieris domũ eius vt pignꝰ auferas ſ3 ſtabis foris: ⁊ ille tibi ꝓferʒ qð habet. Tertia eſt examiatio diligẽs que ſicut ex dictꝭ patet vitare debet in examiando extremitates: q̃ ſunt inter nimiũ ⁊ non ſatis. Et hoc ꝯfeſſor de neceſſitate obſeruare debet maxie ꝓpter tria. Primo ꝓpter auctem. Naʒ abſqꝫ dubio oportet ꝯfeſſorẽ diligentẽ eſſe in veſtigãdo. maxie faciẽdo cuilibet penitẽti q̃ſdaʒ interrogatiões generales. ſ. an p̃terito ãno cõfeſſus ſit. ⁊ an integraliꝛ fuit ꝯfeſſus. ⁊ an cõpleuerit pniam. ⁊ ſi dicit ꝙ non. tunc querat an pniam ſibi impoſitã ſciat. Si ſic. tunc dicat ꝙ eam adhuc expleat. ⁊ tunc nõ oportet eum iterare ꝯfeſſionẽ. Si vo oblitus eſt: tũc iterabit ꝯfeſſionẽ preteriti ãni. Deinde querat an poſtq̃ ad ãnos diſcretiõis ꝑuenit ſingulis annis ꝯfeſſus ſit ⁊ ꝑcepit ſctiſſimũ ſacramentũ: ⁊ an vnq̃ eucariſtiã ſuſcepit in mortali culpa. Poſtea querat de trãſgreſſione decem p̃ceptoꝝ ⁊ ſeptẽ capitaliũ vitiorũ. gnãliũ eccleſie mãdatoꝝ: ⁊ de abuſiõe q̃nqꝫ ſenſuũ. Contra q̃ſdam q̃ dicunt ⁊ credũt nõ eſſe obligatos ad interrogandũ ⁊ examiandum eos quos in ꝯfeſſiõe audiũt: teneñ ei ad oĩa ſup̃dicta. Cuiꝰ ratio eſt q2 ꝯfeſſor eſt tunc iudex. Sed iudex debet neceſſario inq̃rere cauſe veritatẽ: maxime qñ dubia ſurgunt exẽplo ſctiſſimi Job qui de ſe. xxix. c. myſtice ait. Cauſam quã neſciebã diligẽtiſſime inueſtigabã. ad hoc facit de pe. di. vj. c. q̃ vult circa p̃ncipiũ. ⁊ optime vltra mediũ. et ex̃ de pe. et re. c. oĩs. §. ſacerdos. Scðo ꝓpter charitatẽ. ſ. qua teneꝛ ꝯfeſſor diligẽ ꝓximũ ſicut ſeipſum: imo penitentem iuuare tanq̃ filium. In cuiꝰ myſteriũ Exo. xxiij. p̃cepit dñs dicens. Si videris aſinũ odientis te iacere ſub onere: non ꝑtrãſibis ſed ſubleuabis eum. Q̃tomagis eſt ſubleuãdus filius ſpũalis qui a ꝯfeſſore in ſanguine chriſti regeneraꝛ. Ideo diciꝛ Prouerb. xviij. Juſtus in p̃ncipio accuſator eſt ſui: venit amicꝰ eius ⁊ inueſtigabit eum. Tertio ꝓpꝛ vtilitatem. Si eni ꝯfeſſor fuerit diligens inquiſitor ⁊ prudens penitentꝭ examiator. ſepius abſqꝫ ſcandalo: cũ fructu maxio quaſi a longinquo querens. liberabit ⁊ ſaluabit ab ignotis ⁊ occultꝭ criminibꝰ aiam eiꝰ Job. xxvj Obſtricãte mãu. i. a ꝯfeſſore ꝓuido ⁊ diſcreto eductus eſt coluber tortuoſus. Ex dictis patet q̃ta prudentia atqꝫ diſcretio ſit neceſſaria ꝯfeſſori. Unde Prouerb. xxviij. Sapiens ſibi videtur vir diues: pauper autẽ prudens ſcrutabiꝛ eum. Cum his ꝯcordat Bonauentꝭ. in. iiij. di. xix. circa finem.

## Articulus. iij. de duodecim fructibꝰ ſeu vtilitatibꝰ cõfeſſiõiſ

t Ertio ſubdiꝛ a ꝓpheta vtilitas ipſius ꝯfeſſionis. Unde ait. Et tu remiſiſti impietatẽ peccati mei. Ex hac vo peccatoꝝ remiſſiõe homini multa bona ꝯſequunꝛ. que ad duodecim reduci poſſunt. Que quideʒ duodecim fructus ꝯfeſſionis poſſunt denoiari. Primꝰ fructus eſt mentis illumiatio. ſcðs mie impetratio. tertiꝰ a morte ſuſcitatio. q̃rtus a diabolo liberatio. q̃ntus anime purgatio. ſextus cuʒ deo anime pacificatio. ſeptimꝰ ꝯſciẽtie alleuiatio. octauꝰ diaboli ꝯfuſio. nonꝰ pctõrum remiſſio. decimꝰ ꝓ peccatꝭ ſatiſfactio. vndecimus gratie augmẽtatio. duodecimꝰ dei glorificatio. Hoꝝ fructuũ mag̃ pars ĩ Alexan. de halꝭ in. iiij.

## Q̃ per veram confeſſionem mens tripliciter illuminatur. Capitulum. j.

p Rimus fructus ꝯfeſſiõis eſt mẽtis illumiatio. Illumiatur eni intellectus ꝑ ꝯfeſſionẽ maxime ꝓpꝛ tria. Primo ꝓpꝛ ꝯſiderationẽ. ſ. ſui ⁊ peccatoꝝ ſuoꝝ. Unde ad tales diciꝛ Hiere. iij. Leua in directũ oculos tuos: ⁊ vide vbi nũc ꝓſtrata ſis. Et Apocꝭ. iij. Unge collirio oculos tuos: vt videas. Colliriũ qð ex certa aq̃ et puluere ꝯficiꝛ ⁊ purgat oculoꝝ carnoſos humores ꝯfeſſionẽ deſignat: ꝑ quam puluere ꝓprie cognitionis. ⁊ aqua lachrymoſe cõpunctiõis intellectꝰ illumiatur. Unde diciꝛ in ps̃. Delictum meum cognitũ tibi feci. vbi Augꝰ. ſi homo agnoſcit. deꝰ ignoſcit. Secundo illumiatur ꝑ humiliationẽ qua pctõr ſacerdoti humiliaꝛ ꝓpter deum: qua ꝓpꝛ illuminaꝛ intellectꝰ ad cognitionẽ dei ⁊ ſuiipſius. Unde ps̃. Notus in iudea deus. Et ceco nato myſtice Jo. ix. diciꝛ. Qui de ſe in ꝑſona pctõris ait. Abij laui ⁊ vidi. i. cognoui meipſum. Tertio illuminaꝛ ꝑ inſtructionem diſcreti ꝯfeſſoris. Unde Deutꝭ. xvij. dicit dñs penitenti. Aſcende ad locũ queʒ ele-

gerit deus tuus. venieſq; ad ſacerdotes leuitici generis ⁊ ad iudices qui fuerint illo tēpoꝛe quereſq; ab his qui indicabūt tibi iudicij veritatē: ⁊ facies quodcunq; dixerint qui pſint loco queꝫ elegerit dñs ⁊ docuerint te iuxta legem eius. Tenet͛ eni ſacerdos peccatorem inſtruere. Q̄n̄q; eni aliquis credit veniale eſſe moꝛtale ⁊ econtra: ideo neceſſaria eſt ꝯfeſſio vt inſtruat͛ ſm Alexan. de halis et Bonauentu. in. iiij. di. xvij.

## Qꝛ per confeſſionē a deo miſericoꝛdia impetrat͛. Cap̄. ij.

s Ecundus fructus eſt mīe impetratio. Quid enim ꝯfeſſio eſt q̄ curia mīe dei. Cum eni mīa dei ſit ſuper oīa opa eius ſm pš: ideo curia miſericoꝛdie dei eſt ſup curiā iuſticie dei. Unde ſi quis ꝯſpicit ſe grauari in curia iuſticie dei ſecure appellare poteſt ad iſtam: ⁊ neceſſe habet iuſticia huic appellationi cedere patienter. Unde Jac. ij. Supexaltat mīa iudicium. Huius q̄dem iudicij foꝛma dulcedis plena eſt. Habet eni inter cetera q̄ttuoꝛ ſuauitates. Prima eſt ſuauitas ꝯfoꝛmitatis: quia in hoc iudicio iudex ponit͛ reo familiaris pluriuūq; fauoꝛabilis. vbi diſtricto iure media pſona deberet poni: ſicut in iudicio vtiq; fiet cum chꝛiſtꝰ deus ⁊ homo in humana foꝛma ſeculū iudicabit. ſicut Jo. v. dicit͛. q pater dedit filio oē iudiciū facere q2 filius hoīs eſt. Scđam ſuauitatē oſtēdit credulitatꝫ. ſ. quia credit͛ in hac curia dei factuꝫ ſuum narranti. nec ibi adducit͛ qui ſuppleat defectum ſuū. nec teſtis qui pbet ꝯtrariū. Nec etiam ibi locum habet qđ dicit͛ Jo. viij. Tu de teipſo teſtimoniū phibes teſtimoniū tuū non eſt verū. Tertiā ſuauitatē pretendit ſcꝫ libtatis: quia in hoc iudicio non ferunt͛ ſentēne niſi abſolutiōis. licꝫ homo fuerit ſceleratiſſimꝰ peccatoꝛ. Abſoluit͛ eni reus quaſi latro a quo aufertur funis de collo: qui ad ſuſpendiū paratus erat. Sed qui non ꝯfitetur ſicut dicit͛ Soph. j. Ambulabūt. ſ. ad inferni furcas vt ceci: q2 dño peccauerunt Quartam etiam ſuauitatē eterne felicitatis oſtendit. Nam cum ille qui venit ad hoc iudicium dignus ſit infernali patibulo remunerabit͛ eterno regno. Unde Prou. xxviij. Qui abſcondit ſcelera ſua non diriget͛. qui autem ꝯfeſſus fuerit ⁊ reliquerit ea miſericoꝛdiam ꝯſequet͛.

## Qꝛ per veram confeſſionē anima a moꝛte culpe ad vitam gratie ſuſcitatur. Cap̄. iij.

t Ertius fructus eſt a moꝛte ſuſcitatio. Suſcitat enim ꝯfeſſio a moꝛte culpe. Circa qđ ſciendū eſt ſm Tho. q pnia inq̄ntū eſt ſacramentū pcipitur pcipue in ꝯfeſſiōe: q2 p eam miniſtris eccleſie ſe ſubdit. qui ſunt ſacramētoꝝ diſpēſatoꝛes Contritio autē votum ꝯfeſſiōis annexū habet: ⁊ ſatiſfactio p iudicio ſacerdotꝫ cui fit cōfeſſio taxatur ⁊ mēſurat͛. q2 in ſacramēto penitentie grā infundit͛ p quā peccata remittūtur ſicut in baptiſmo. Et ideo eodem modo ꝯfeſſio ex vi abſolutiōis ꝯiūcte. culpā remittit ſicut baptiſmꝰ. Et ſicut baptiſmꝰ liberat a peccati moꝛte. non tm̄ ſm q actu pcipitur: etiam ſm q in voto habet͛ ſicut patet in illis qui iam iuſtificati ad baptiſmū accedūt. Et ſi quis obiceꝫ non pſtaret ex ipſa pceptiōe baptiſmi gratiā ꝯſequeret͛ pctā remittentē: ſi prius non fuiſſent dimiſſa. Similit͛ dicendū eſt de ꝯfeſſione adiuncta abſolutiōe: q2 ſm q in voto penitentꝫ pceſſit a culpa liberabit. poſtea vero in actu ꝯfeſſiōis ⁊ abſolutiōis gratia auget͛. ⁊ etiam peccata remittunt͛. ſi pcedēs doloꝛ ad ꝯtritionē ſufficiens non fuiſſet ⁊ ipſe tunc obicem gratie non pberet. Et iđ ſicut de baptiſmo dicit͛ q liberat a moꝛte: ita etiaꝫ de ꝯfeſſione dici poteſt. Patet igit͛ q cum in ꝯfeſſione os apitur moꝛs egredit͛ ⁊ vita ingredit͛. Unde Prou. x. Os iuſti vena vite. Os iuſti operit iniq̄tatem. ſed mens impia et obſtinata que ſe ꝯfiteri non diſponit: moꝛtem a ſe exire non ſinit. huius aūt reſurrectionis a culpa p ꝯfeſſionē ſepius ſignū patet cum videmꝰ peccātes quaſi moꝛtuos ad cōfeſſionē venire nihil ſentiētes vulnera ſcelerum eoꝝ: ſed dum ꝯfitent͛ ꝯcedit͛ eis doloꝛ q̄ vtiq; vite grē atteſtat͛. Mēbꝝ nēpe moꝛtuū ſenſum non habet. Ecce q vomitus pctōꝝ p veram ꝯfeſſionē ad vitam pducit. In huiꝰ modi myſteriū Mat. ix. ciecta turba archiſynagogi filia ſuſcitat͛.

## Qꝛ per veram confeſſionē liberatur homo ab oꝛe demonis Capitulum. iiij.

q Uartus fructus eſt a demone liberatio. Exiſtēs eni in moꝛtali culpa in oꝛe demonis eſt: qđ q̄dem intranti latiſſimū eſt. volenti autē inde exire artiſſimū repitur. Unde Job. xxxvj. Saluabit te. ſ. dñs p ꝯfeſſionē: ex oꝛe anguſto latiſſime. Uide obſecro a tanto piculo facilē liberationis modū: queꝫ ipſa ſimpliciſſima ouis te docet dum exiſtens in oꝛe lupi ſepius clamat Uade ⁊ tu pctōꝛ ⁊ fac ſimilit͛ ⁊ clamoꝛoſo coꝛdis affectu. ſed ſubmiſſa voce manifeſta ſcelera tua.



## Qꝛ faciliter purgant ⁊ oꝛnāt animā confeſſio penitentialis ⁊ generalis. Cap̄. v.

a Dđant͛ q̄ alij q̄ttuoꝛ fructꝰ quoꝝ pmus eſt aie purgatio. Purgat͛ autem homo p illam a moꝛtalibꝰ et venialibꝰ culpis. Primo q̄dem aduerte feditatē atq; defoꝛmitatē moꝛtalis culpe: facilitatē medicine ⁊ foꝛmoſitatē refoꝛmate anime. Eſt eni moꝛtalis culpa ſpūalis lepꝛa deterioꝛ q̄ coꝛpalis q̄ntum diſtat moꝛtale coꝛpus a ſpū immoꝛtali ad imaginē ⁊ ſimilitudinē dei foꝛmato. Illa eijcit a ꝯſoꝛtio hoīum hec autē a ꝯſoꝛtio dei ⁊ oīum ſctōꝝ ⁊ angelorum illa eijcit a ciuitate: hec aūt non ſolū priuat a celeſti regno atq; pſenti ſeculo: ſed etiā locat hoīem in hoſpitali infernali cum infinita penalitate. Sed vide facilitatē remedij huius ſpūalis lepꝛe: que in curatione naaman ſyri. iiij. Reg. v. pfigurata fuit. Ait enim illi heliſeus. Uade ⁊ lauare ſepties in ioꝛdane: et recipiet ſanitatē caro tua atq; mūdaberiſ Et ſequit͛. Deſcendit ⁊ lauit ſepties in ioꝛdane iuxta ſermonē viri dei: ⁊ reſtituta eſt caro eius ſicut pueri puuli ⁊ mūdatꝰ eſt. Hanc facilitatē oſtendit etiam pš. dicens. Dixi ꝯfitebor vt. š. De pulchꝛitudie anime quaꝫ ex cōfeſſione quis ꝯſequit͛ etiā ait. Cōfeſſio ⁊ pulchꝛitudo in ꝯſpectu eius. Et iterum ait. Confeſſionē ⁊ decoꝛem induiſti. Si aūt de ſecundo. ſ. de peccatꝫ venialibꝰ penſare velimus ⁊ queratur ſi ꝯfeſſio generalis valeat ad eoꝝ purgationē dicendū ſm Tho. in. iiij. di. xxj. q duplex eſt ꝯfeſſio generalis. ſ. ſacramētal' et non ſacramētal'. Prima eſt ſacramētal' que. ſ. fit in ſecreto ſacerdoti de generibꝰ ſingulo ⁊ non de ſingulis generū. Et valet ex q̄ttuoꝛ ad remiſſionē venialiū q̄ntum ad culpam ⁊ etiam q̄ntum ad penā vel in pte vel in toto. Primo ex ꝯtritiōe ꝯfitentis. ſcđo ex humilitate ꝯfeſſiōis: tertio ex oꝛatiōe ſacerdotꝫ inq̄ntum eſt quedaꝫ pſona puata: q̄rto ex vi clauiū. Scđo eſt quedā ꝯfeſſio non ſacramentalis que. ſ. fit publice coꝛam multꝫ et cū multis in eccleſia: ⁊ tunc efficax eſt ex tribus primis ⁊ non ex q̄rto. Et ideo non ſubiūgit͛ in pma ⁊ cōpletoꝛio abſolutio nec ſatiſfactionis iniūctio: ſ3 tm̄ oꝛatio. ſ. Miſereat͛ vri ⁊c̄. Concoꝛdat cum hoc Pe.

## Qꝛ ex vera confeſſione pax inter deum ⁊ animam generatur. Capitulum. vj.

s Ecundus eſt cum deo pacificatio. Exiſtēs vtiq; in moꝛtali inimicitiam ⁊ terribilē guerrā habet cū oīpotenti deo. Nec ponderat inſenſatꝰ homo q̄nti diſcrimis ſit inimicitia iſta. Uide rogo q̄ facilis ſit pacificatiōis modus. Non enim neceſſe tibi eſt mactare vitulos aut oues antiquoꝝ moꝛe. Uerba humilis ꝯfeſſiōis a domino p vitulis acceptant͛. Sicut Oſee xiiij. dicit͛. Reddemꝰ vitulos labioꝝ nroꝛum. Et Eſa. lvij. dñs ait. Creaui fructū labioꝝ pacē hoc eſt ex nihilo humilitatꝫ: feci fructū labioꝛum eſſe pacem. Ideo talis ꝯfeſſio humilis maxime figurata eſt in ramo illo oliue queꝫ colūba illa ad veſpam in arca tulit Gen. viij. Ramus vero oliue ſignū pacis eſt. Sic ⁊ ꝯfeſſio humilis inter nos ⁊ deum cauſa eſt ⁊ ſignū pacis ⁊ culparū remiſſiōis. Hunc ramū oliue ad veſperā colūba detulit cum ſpūſſanctus qui p columbā ſig̃tur in fine tempoꝝ cōfeſſionē in eccleſia oꝛdinauit. Nos ſumꝰ eni in quos fines ſeculoꝝ deuenerūt: ſicut dicit͛ j. Coꝝ. x. Siue colūba dei eccleſiā dei deſig̃t iuxta illud Cant. vj. Una eſt columba mea Columba igitur in oꝛe ramū poꝛtat quia eccleſia oꝛis ꝯfeſſionē habet i ſignū pacꝫ cū deo

## Q̄rta in conſciētia alleuiatio et leticia ſeq̄t͛ ex vera cōfeſſione Capitulum. vij.

Ertius eſt ꝯſcientie alleuiatio ſeu aſſecuratio. Grauat͛ eni ꝯſcientia pctōꝛis ex ppetratis culpis. Unde pš. Iniq̄tates mee ſupgreſſe ſunt caput meuꝫ ⁊c̄. Et Job. vij. Poſuiſti. i. pmiſiſti me poni ꝯtrariū tibi: ⁊ factus ſum mihimetipſi grauis. Uerū cum pctōꝛ magnꝰ plene ⁊ diligenter ꝯfeſſus fuerit peccata ſua ⁊ plenarie abſolutus videt͛ ſibi q ſit ita alleuiatꝰ quaſi amota fuerit de coꝛde eius grauiſſima mola: ⁊ q̄n̄q; mirabili leticia ſupfundit͛ dum ſe ſperat ſuſcepiſſe veniam de cōmiſſis. Unde Prouerb. xv. Secura mens quaſi iuge ꝯuiuiū. Unde pš. In voce exultatiōis ⁊ ꝯfeſſiōis ſonus epulantꝫ. Quod quidē magnū eſt cum ſit quaſi paradyſi arra. Un̄ .ij. ad Coꝝ. j. Gloria noſtra hec eſt teſtimonium conſcientie noſtre.

## Confundiẗ diabolus in vera confeſſione. Cap̄. viij

q Uartus eſt diaboli ꝯfuſio. Confundiẗ ꝟo diabolus cum intelligit ſe dep̄henſum more ſiq̇dē furis qui ꝯfuſione repleẗ dum in furto deprehendiẗ. Proinde nō ita ſecure ſuggerit mala ſicut antea faciebat: cum timeat ſua reuelari ſecreta ſciēs ꝙ Eccl. xxvij. diciẗ. Qui denudat archana amici fidem ꝑdit: ⁊ non inueniet amicū ad animū ſuū.

## Q ꝫ in confeſſione q̄n̄ꝗ ex attrito fit homo vere contritus. Capitulum. ix.

q Uattuor alij fruct⁹ addanẗ. quorum p̄m⁹ eſt pctōꝝ remiſſio. Scōꝫ eni Alexan. de hal' q̄ñꝗ accidit ꝙ hō accedit ad ꝯfeſſionē non ſufficienẗ ꝯtrit⁹ et tñ ꝑ ꝯfeſſiōis humilitatē miſericordiẗ infundit deus ei grām plene ꝯtritiōis. Proinde pš. ait. Ueritas de terra orta eſt: ⁊ iuſticia ď celo ꝓſpexit hec eſt. vera ꝯfeſſio procedit ab hoīe qui de terra eſt quā ſuſcipiēs dñs hominem iuſtificat a peccatl. Uñ glo. verbum ꝓphete exponens ait. Confeſſio de homine pctōre nata eſt: vt ſe accuſet. cinerē ⁊ terram ſe eſſe cognoſcat. Cui diciẗ Geñ. iij. Puluis es ⁊ in puluerē reūterl. Et ſic iuſticia de celo ꝓſpexit ſicut patet Lu. xviij. de publicano q̄ ꝑ ꝯfeſſionē iuſtificat⁹ ad ꝓpria eſt reuerſus. Uñ Aug⁹. Laboret mens patiēdo erubeſcentiā. Et q̄m verecūdia magna eſt pena: q̄ erubeſcit ꝓ chriſto fit dignus venia. Uñ. ij. Regl. xij. dixit dauid ad nathan. Peccaui dño. Et ſtatim dixit ei nathan. Dñs trāſtulit pctm̄ tuū a te. Glo. Qui humiliẗ ꝯfiteẗ: veniam ꝯſequiẗ. Uñ Aug⁹. ſuꝑ illud pš. Non abſorbeat me ꝓfundū nec vrgeat ſuꝑ me puteus os ſuū inq̇t. Puteus eſt ꝓfunditas iniquitatis. In quā ſi ceciderl non claudet ſuꝑ te pute⁹ os ſuū ſi tū nō clauſerl ſuꝑ te os tuum. Uñ thema dixi confitebor vt. ŝ. Scōm Bonauentl. Si ꝓpoſitū tm̄ valet: q̄ꝫto amplius valebit opus.

## Q ꝫ in confeſſione tam ex auctoritate clauiū q̄ꝫ ex erubeſcentia peccatoꝝ ꝓuenit ſatiſfactio magna. Cap̄. x.

s Ecūdus eſt ꝓ pctīs ſatiſfactio. Fit aūt h̄ ſatiſfactio ī ꝯfeſſiōe ſm̄ Alexan. de hal' maxime ꝓpẗ duo. Primo ꝓpẗ auctēm clauiū. Uñ Jo. x. Quorū remiſerl pctā ⁊c̄. Et Mat. xviij. Quodcunꝗ ligauerl ⁊c̄. Pōt eni ſacerdos aliquid pene debite relaxare licet non oēm penā. Scōo ꝓpter verecūdiā pctōris. Verecūdia eni eſt magna ps ſatiſfactiōis: cū ſit q̄ſi pallium ſ̄cioſum opiens pctm̄. Uñ pš. Cōfuſio faciei mee cooꝑuit me. Eccl. iiij. Eſt cōfuſio adducens gloriā ⁊ grām. Uñ Aug⁹. li. ď pe. Qui ꝑ vos peccaſti ꝑ vos erubeſcatl. Erubeſcentia eni ipſa ꝑtem habet remiſſiōis. Ex mīa eni hoc p̄cepit dñs vt nemo peniteret ī occulto. In h̄ eni ꝙ ꝑ ſeipſum dicat ſacerdoti ⁊ erubeſcentiā vincit timore dñi offenſi: fit venia crimis. Fit eni veniale ꝑ ꝯfeſſionē qδ crimiale erat ꝑ opatiōnē. Hec Aug⁹. Et ideꝫ alibi ait. Multū ſatiſfactiōis attulit qui erubeſcentie dñans nihil eoꝝ que cōmiſit nuncio dei denegauit. Hinc eſt ſm̄ Tho. ꝙ q̄ꝫto aliq̇s pluries vel plurib⁹ de pctō ꝯfiteẗ: tanto ei magis purgatorij pena minuiẗ.

## Q ꝫ ꝑ cōfeſſionē gratia iam in contritione accepta augmentaẗ Capitulum. xj.

t Ertiū eſt grē augmētatio. Unde Alex. de halis. Sepe in ꝯfeſſione deuota dñs augmentat grām in ꝯtritiōe collatam. Qδ nōt Eſa. xxxviij. I ezechia a quo egrotāte ad mortē dñs nō ſolum remouit infirmitatē poſtq̄ꝫ ſe ꝯūtit ad parietem ⁊ ad ſletū: ſed addidit vite q̇ndecim annos. Marie ꝟo auget hūilitatē. Uñ ſuꝑ illud pš. hec me ꝯſolata eſt in humilitate mea glo. dicit. Hūilitatē quā ſibi q̇ſꝗ facit ꝯfitendo ſua pctā: nō ſibi arrogādo iuſticiā. Ex h̄ q̇ꝑpe grē augmēto atꝗ vera ⁊ fundata hūilitate mēs in temptatiōib⁹ fluctuās p̄ſeruaẗ. qꝛ ſubito ꝯfiteẗ ꝓuitates ſuas. Jō ad h̄ hortaẗ Aug⁹. dicēs. Si cepiſti fluctuare ꝯfitearl motū ne plāgas ruinā. Extrahim⁹ nanꝗ dētem putridū ne ꝑ eum alij putreſcāt.

## Q ꝫ ꝑ confeſſionē accreſcit gloria omnipotētis dei. Cap̄. xij.

q Uartus ē dei glorificatio. Quiſꝗ ꝯfiteẗ pctā ſua ſe ꝯfiteẗ iniuſtū: et deū iuſtū. Nā ꝯfeſſio fit ad laudē dei. Uñ ſuꝑ illud pš. Cōfitemī domino q̄m bon⁹ glo. ait. ſ. ꝯfeſſiōe pcti ⁊ laudis: cū nō ſit pia ꝯfeſſio pctōꝝ ſine laude. Jō Joſue. vij. in ꝑſona ſacerdotl q̄ ꝯfeſſiōes auſcultat ďr. Da gloriā dño deo iſrael ⁊ ꝯfitere atꝗ indica mihi q̇d fecerl. Pro his aūt duodecim fructib⁹ adipiſcēdis ꝯſiderēt ꝯfeſſores cū q̄ꝫta picia atꝗ diligētia debēt inſtruere penitētes: ſciētes ꝙ ꝯfeſſor neſciēs diſcernere in penitēte inẗ leprā ⁊ leprā. i. q̇d dꝫ iudicare: abſoluere nō pōt. qꝛ munē ſcie caret id eſt. claue q̄ ſciat ſoluere ⁊ ligare. Et penitens h̄ intelligēs teneẗ iterū ꝯfiteri. Uñ dñſ Mat. xv. Cecus ſi ceco ducatū preſtet: ambo in foueam cadūt. Proide pš. āmonet cōfeſſores dicēs. Erudimi qui iudicatl terram id eſt. q̄ accipitl iudiciū facē de his q̄ in culpl terrenoꝝ ꝓlapſi ſunt. Unde Aug⁹. in ſerm̄. xxxij. ad heremitas ait. Decet igiẗ ſacerdotes eſſe tales vt cognoſcāt ⁊ ſciant quā qualem ⁊ q̄ꝫtā infirmāub⁹ exhibere debeāt medicinā. Uñ Bonauentl. in. iiij. di. xviij. vltl. q. ſuꝑ lrām ait. Q ꝫ ille q̄ ſoluit ⁊ ligat ſm̄ volūtatem non ſm̄ ſcie ⁊ iuris regulā: errat ⁊ decipit. Proinde ſacerdos ⁊ religioſus inexꝑtus audiat ſimplices pueros ⁊ ruſticos. nō aūt eos qui hñt ꝑplexos ⁊ intricatos caſus. Qui ſi audierit tales cū nō intellexerint eorum caſus opoꝛtet ꝯfitētes iteꝝ ꝯfiteri: ſicut ŝ. dictū eſt arti. ij. Ut aūt ex vera ꝯfeſſiōe fiat in aīa ꝯſecutio fructuū predictoꝝ ſm̄ Sco. i iiij. di. xvij. p̄cedē dꝫ diligēs examiatio pctōruꝫ: ſm̄ poſſibilitatē fragilitatl hūane. Et intelligo tantā inq̇ſitionē fieri debere: q̄ꝫtā q̇s ponere poteſt circa aliqδ multum arduū qδ cordi ſuo eſſꝫ multū charū. Hec ſm̄ Sco. Ex dictis patet quid ſit ꝯfeſſio ſacraẗ. ⁊ vñ originem ſumpſit: qꝛ ex ore dñi nr̄i ieſu chriſti ac aplōꝝ eius. Et q̄ꝫ admirabiles fruct⁹ ei⁹ ꝯſequanẗ ꝑ eam veraciẗ penitētes vt integra fide. ſpe firma atꝗ feruēti charitate p̄cedente ꝑ̄patiōe atꝗ examiatiōe ꝯdigna curratl ad ſacramentū ꝯfeſſiōis q̄ſi ad ꝯſcie illumiationē. ad mie fontē: ad aīe alleuiationē. ad grē augmētationē. ⁊ tandem ad dei glorificationem. Hoc largiēte dño nr̄o ieſu chriſto ⁊ cōfeſſiōis inſtitutore. ⁊ grē largitore. Qui glorioſus in patria ⁊ diues in mīa cū pr̄e ⁊ ſpū ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ.



## Feria. iij. poſt tertiā dñicam ī q̄dragesima de correctiōe fraterna. Sermo. xxviij.

s I peccauerit ī te frat tu⁹ vade ⁊ corripe eum. Mat. xviij. ⁊ in euāgl. ho. Si eni vim hui⁹ termini corripe voluerim⁹ pōderare nihil aliud indicare videtur: niſi cor pctōris a malo ad bonū ſubito rapiēdo mutare. Dicunẗ eni rapi que ſubito auferunẗ. ſicut ſi ignitus carbo ſuꝑ ꝓpriā vel ꝓximi cecidiſſet veſtē rape eum ⁊ illū ſubito auferre. Necnō ⁊ ſyllaba ďr corripi que ſubito ⁊ raptim ꝓnūciaẗ. Cito nēpe cor fris a malo ad bonū trāſferẗ: cū ei turpitudo ſue culpe et pulchritudo dine grē dulciẗ demōſtraẗ. qδ in fraẗna correctiōe euenire ꝯtingit. Proinde fraterna correptio ſic diffiniri ſolet. Correptio eſt admonitio fris de emēdatiōe peccatoꝝ: ex charitate fraẗna ꝓcedēſ. Plane nomen fris oīs hō etiam pctōr intelligi dꝫ. ſiue eq̄lis ſiue minor ſiue etiā maior ſit ille: qꝛ ex vno pr̄e deo creati. qꝛ ex vno pr̄e adā gnāti. atꝗ ex vno pr̄e chriſto regnāti ⁊ redempti ſum⁹. Poniẗ tm̄ poti⁹ nomē fris q̄ꝫ hoīs aut pctōrl. eo ꝙ frater nomē eſt amoris ⁊ charitatis: qꝛ ex vno pr̄e creati ⁊ regnāti ſum⁹. Jō correptio fris ex radice dꝫ ꝓcedē charitatis. De hac igiẗ fraẗna correptiōe tria p̄ncipaliẗ ꝯſiderem⁹. Primo ei⁹ obligationē. ſcōo ordinationē: tertio eius ꝯditionē.

## Articulus primus q̄n homo obligaẗ vel nō corrigere proximum ſuum.

p Rimo ꝯſiderem⁹ hui⁹ fraẗne correptiōis obligationē. Ait eni dñs Si peccauerit in te fraẗ tu⁹ vade vt. ŝ. qδ eſt p̄ceptū affirmatiuū. Sed ꝯſiderandū eſt ſicut p̄cepta legl negatiua ꝓhibēt actus pctōꝝ: ita p̄cepta affirmatiua inducūt actus ꝟtutū. Actus ſiq̇dem pctōꝝ ſm̄ ſe ſemper ſunt mali ac etiā nullo mō nec inſuꝑ aliq̄ tꝑe pñt bñ fieri: qꝛ ſꝫ ſe oīno ſūt mali vt dicit Iſido. ij. ethymol. Jō negatiua p̄cepta obligant ſemꝑ ⁊ ad ſemꝑ. niſi ꝯtrariū ꝑcipeẗ reuelatiōe dina: qꝛ ďr. xiiij. q. v. c. iij. dixit dñs. Nec iſraelite furtū fecerūt aſportādo egyptiorū vaſa: ſed deo iubēte miſteriū tribuerūt. Actus aūt virtutū nō q̄libet mō fieri debēt: ſed debetis circūſtantijs obſeruatl. Que q̇dem req̇runẗ ad h̄ ꝙ actus ſit ꝟtuoſus. ſ. vt fiat vbi debet. ⁊ ſm̄ ꝙ dꝫ. Et qꝛ diſpoſitio eorum q̄ ſunt ad finē attēdiẗ ſm̄ rōnē finiſ. Jō in iſtis circūſtātijs ꝟtuoſi act⁹ maxie attēdēda eſt ratio finis: q̄ quidē eſt bonū virtutis. Si igiẗ aliq̄ taẗ circūſtātia omittaẗ circa ꝟtuoſum actū q̄ totaliẗ tollat ꝟtutl bonū: hoc q̇dē p̄cepto ꝯtraẗ. Si aūt defect⁹ alicui⁹ circūſtantie q̄ totaliẗ virtutē nō tollit. licet nō ꝑfecte attingat ꝟtutl bonū nō ďr cē ꝯ p̄ceptū. Jō. ij. ethicoꝝ ďr. Q ꝫ ſi parū a medio diſcedaẗ nō eſt ꝯ virtu: c. ſ ſi multū diſcedaẗ corrūpiẗ ꝟt⁹

in ſuo actu. Ad intelligendū aūt qn̄ hō obligat̄ ad hāc correptionē vel qn̄ nō. tres diſcretiōes ↄſiderāde ſunt. Prima circa corrigētē ſcđa circa delinq̄ntē: tertia circa omittētē

## Qꝛ tria req̄runt̄ ex p̄te corrigentis ad hoc ꝙ obliget̄ corrigere ꝓximū ſuū. Capitul̄. j.

p Rima diſcretio ↄſiderāda ē circa corrigētē. Ubi notādū ꝙ ad h̄ ꝙ hō corrigē obliget̄: tria req̄runt̄ ex p̄te ipſi⁹ corrigētꝭ alit̄ nō obligetur. Primū eſt certitudo. ſcđm ē māſuetudo tertiū eſt aptitudo Primū eſt certitudo. ſ. ꝙ ſciat certe ꝓximi ſui culpā. Unde Eccl. xj. Priuſq̄ interroges. ſ. de veritate rei nō vituperes quēq̄ vt cū interrogaueris corripe iuſte id eſt. ſm ordinē inferi⁹ ānotatū. nec tn̄ ſufficit h̄ certitudo apud ſe. Nā ſi criminalit̄ agit̄ ꝛ timet̄ defect⁹ ꝓbatiōis ꝛ obligat̄ actor ad talionē ſi in ꝓbatiōe deficiat: tūc hō ꝓximum accuſare nō obligat̄. Idē forte dicēdū eſt qn̄ in moralib⁹ ſunt varie doctoꝝ opiniōes et ē p̄iculū in ꝑſo ſcandalū ſuſcitare tenēdo vnā opinionē tūc credo nō eē neceſſe ꝓxīm circa talia redarguere niſi valde tp̄ate. Scđm ē māſuetudo. ſ. in corripiēdo. Qꝛ corripiēſ cū turbatiōe ꝛ ira magꝭ ad malū ꝓuocat q̄ ad bonū. Un̄ apl's. ij. ad Theſſal̄. iij. Nolite q̄ſi inimicū exiſtimare illū. ſ. delinq̄ntē ſ3 corripite vt frēm. ſ. cū māſuetudie. Q̄ idē intelligēs neceſſariū. j. ad Coꝛ. iiij. ait. Quid vultis. in v͛ga veniā ad vos an in charitate ꝛ ſpiritu māſuetudis? Et merito talis bon⁹ mod⁹ obſeruādus ē. Nā Prouꝰ. xxv. dꝛ. Lingua mollis ↄfringet duriciē. Et iteꝝ. c. xv. ait. lingua placabilis lignū vite. Que aūt imoderata ē ↄteret ſpm̄. Un̄ ꝓpha ait. Superuenit māſuetudo ꝛ corripiemur. Un̄ Aug⁹. ſuper epl'am ad Gal̄. Quicq̄d lacerato aīo dixeris punientꝭ eſt impet⁹ nō charitas corrigētis. Dilige ꝛ dic q̄cq̄d voles. Hec ille. Iterū in. ij li. de ſermo. do. in mon. ait idē. Raro ꝛ magna neceſſitate obiurgatiōes adhibēde ſunt ita tn̄ vt i his ꝛ i ipſis non nob̄ ſ3 deo ſeruiat̄ inſtem⁹. Tertiū eſt aptitudo. ſ. ad corrigēdū q̄. ſ. in alio nō ſit tāta ſicut i eo. Nā ſi ipſum peccātē videāt alij eq̄ boni. ſicut tu vel forte meliores ꝛ illi forte magis familiares. aut p̄lat⁹ ſu⁹: ꝓbabilit̄ ſupponere ſic poſſis ꝙ aliq̄s iſtoꝝ in q̄b⁹ ē debitū ꝛ aptitudo corrigendi illū corripiet eū. Et apl's ad Heb. xij. dicat. Quis ē fili⁹ quē nō corripiet pr̄. Et iterū. iij. Regꝭ. xx. p̄lat⁹ dꝛ. Cuſtodi virū iſtū q̄ ſi lapſus fuerit erit aīa tua ꝓ aīa illi⁹. Unde nō debeo credē ꝙ p̄lat⁹ ſu⁹ ſit imemor ſalutꝭ ſue qđ eſſet. ſi negligeret corripe illū. Si aūt certū eſſet ꝙ oēs negligerēt corripe illū: tunc cū alijs ↄditiōib⁹ ↄcurrētib⁹ teneret̄. Hec ſ3 Gallēſem vel guallēſem in q̄onib⁹ diſputatꝭ

## Qꝛ tria req̄runt̄ ex p̄te delinquentiſ ad hoc ꝙ q̄s corripe obliget̄ ꝓximū ſuū. Cap̄. ij.

s Ecūda v͛o diſcretio obſeruāda ē circa delinq̄ntē. Nā ad h̄ ꝙ aliq̄s teneat̄ corripe delinq̄ntē etiā tria req̄runt̄ in eo. Primū eſt ſpes veriſimil̄. ſcđm culpa mortal̄: tertiū oportunitas tp̄is. Primū qđ in delinq̄nte req̄rit̄ ē ſpes veriſſ'is ꝛ ꝓbabilis. ſ. de futura correctiōe. Qꝛ cū correptio inſtituta ē ꝓpt̄ emendationē fr̄is ſicut patet i euāgꝭ. ho. ſi h̄ non ſperat̄ ſ3 peioratio timeat̄: tūc correptio non deberet fieri cū eēt dare culpe noue occaſionem ꝛ pctm̄ eſſet teſtāte dn̄o Prouꝰ. ix. Noli arguere deriſorē ne oderit te. ſ. non ꝓpt̄ te ſ3 ꝓpt̄ ſe ne deterior fiat. Et paulo an̄ dic̄. Qui erudit deriſorē ipſe ſibi facit iniuriā: ꝛ q̄ arguit impiū ſibi maculā gn̄āt. Un̄ Hierony. Fruſtra niti ꝛ nihil aliud q̄ arguēdo odiuꝫ querē extreme demētie ē. Scđo req̄rit̄ ꝙ ſit culpa mortal̄. Nā correptio ſit ad lucrandū frēm amiſſum ꝑ pctm̄: qꝛ dꝛ in euāgꝭ. ho. Si aūt te audierit lucrat⁹ eris frēm tuū. Non eni amittit̄ aīa frīſ niſi ꝑ mortalē culpā. Ex q̄ patet ꝙ corripe frēm eſt qn̄ peccat mortalit̄ p̄ceptū. Un̄ Eccl. xvij. Unicuiq̄ mandauit dn̄s d̄ ꝓximo ſuo. ſ. corripiēdo. Corripe v͛o qn̄ venialit̄ peccat eſt ↄſiliū. Tertiū v͛o qđ req̄rit̄ eſt oportunitas tp̄is. i. ꝙ ſit ſpes ꝙ nō habeat maiorē oportunitatē tp̄is ad corripiendū frēm. Un̄ Aug⁹. de ciui. dei lib. j. c. ix. dicit. Si q̄s ꝓpterea obiurgādis corripiēdiſq̄ male agentib⁹ p̄cit qꝛ tp̄s oportunū querit. Sequit̄. Nō videt̄ occaſio cupiditatꝭ ſ3 ↄſilium charitatꝭ. Ex dictꝭ patet ꝙ cū corripe fratrē ſit p̄ceptū affirmatiuū: obligat ad ſui executionē tp̄e neceſſitatꝭ. Tūc aūt vere neceſſitas ē. qn̄ p̄dicta ſex q̄ in h̄ ꝛ in p̄cedēti. c. dicta ſunt ↄcurrūt ſimul: ita ꝙ ſi nō occurrūt licet hō h̄ p̄cepto liget̄. nō tn̄ obligat̄ ad exeq̄ndum illud. i. ad corripiēdū ſ3 differre pōt ſine pctō q̄uſq̄ h̄ ſex ſimul ↄcurrūt. Predicta aūt ſex de p̄lato nō intelligunt̄ de q̄ non eſt ſermo ad p̄ns. Qn̄ aūt oīa ſex ↄcurrunt tūc tenet̄ hō ꝓpt̄ tria corripe frēm. Primo ꝓpt̄ p̄ceptionē de q̄. s̄. dictū eſt. Facit ad h̄



ex̄ de verbo. ſig. c. in his vbi dꝛ qđ p̄cipit̄ impatur ꝛ qđ impat̄ neceſſe eſt fieri. Et. xiiij. q. j c. vltꝭ. dicit Aug⁹. Quiſq̄s p̄ceptꝭ nō obtemꝑat: reus ē ꝛ debitor pene Scđo ꝓpter deteſtationē. vn̄. lxxxiij. di. c. error dꝛ. Error cui non reſiſtit̄ approbat̄. Et ſubdit̄. Negligere quippe cū poſſis ꝑturbare ꝑuſos: nihil aliud ē q̄ fouere. Ad idē. lxxxvj. di. c. facientis. ex̄ de homici. c. ſicut dignū. Tertio ꝓpter ſubuētionē. Quia q̄ pōt iuuare ꝓximū et nō iuuat ↄuincit̄ ſummū nō amare paſtorem vt patet. lxxx. q. j. c. in ſcripturꝭ. Sed nunq̄d tenet̄ hō ꝓpt̄ hoc p̄ceptū inq̄rere correptiōe egētes? Dicenduꝫ ꝙ illud qđ debet̄ aut debet̄ ꝑſone certe aut incerte. Primo aūt ſi hō debet alq̄d ꝑſone certe ꝛ determiate: ſiue illud ſit bonū tp̄ale ſiue ſpūale. neceſſe ē ꝙ illud ei impēdam⁹ nō expectātes ꝙ nobis occurrat imo tenemur eū querē ne dū in debito tp̄ali ſed multomagꝭ in debito ſpūali: ſicut in illo q̄ habet alteri⁹ curā qꝛ debet eum querē ꝛ corrigē de pctō. xliij. di. ephesijs. Scđo autē illa bn̄ficia que non debent̄ certe ꝑſone ſed cōiter oīb⁹ ꝑſonis. ſiue ſint tp̄alia ſiue ſpūalia: non oportet nos querē quibus impēdam⁹ ſed ſufficit ꝙ illis impēdam⁹ q̄ nob̄ occurrunt. Hoc eni ꝑ q̄dam forte habendū eſt ſm Augꝭ. in li. de doc. In li. q̄ de verbis dn̄i ait. Ammonet nos dn̄s nr̄ ꝙ nō negligam⁹ pctā nr̄a nō querēdo q̄d rephendas ſed videndo q̄d corrigas. alioq̄n efficeremur vite eoꝝ exploratores ↄtra illud qđ dicitur Prouꝰ. xxiiij. Non inſidieris ꝛ queras impietatē in domo iuſti nec vaſtes requieꝫ eius. ar. ad h̄. vj. q. j. c. ex merito in fi.

## Triplici ex cauſa dimittit homo corrigere peccatorē vel bene vel male. Cap̄. iij.

t Ertia aūt diſcretio ↄſideranda eſt circa omittentē. ſ. correptionē ſm Rich. in. iiij. di. xix. fratna correptio triplicit̄ omitti p̄t. Primo ꝓpt̄ charitatē ſcđo ꝓpt̄ ſenſualitatē: tertio ꝓpt̄ tepiditatē. Primū eſt v͛tuale. ſcđm veniale: tertiū mortale. Primo ꝓpt̄ charitatē ꝛ h̄ eſt v͛tuale. Un̄ Aug⁹. j. de ciui. dei. c. ix. Si q̄s ꝓpterea obiurgādis ꝛ corripiēdis male agētib⁹ p̄cit qꝛ oportunū tp̄s inq̄rit vel de eiſdē ipſis metuit ne deteriores ex h̄ efficiant̄ vel ad bonā vitā ꝛ piam erudiēdos impediāt alioſq̄ infirmos p̄mant atq̄ auertant a fide. nō videtur cupiditatꝭ occaſio ſ3 ↄſiliū charitatꝭ. Similit̄ dicendū eſt ſi omittit̄. qꝛ nō habet̄ ↄueniens locus. Scđo ꝓpt̄ ſenſualitatē. ꝛ hoc ē veniale vtpote qn̄ ꝓpt̄ tp̄ale cōdū habēdū vel incōmodū vitandū efficit̄ hō tardior ad correptionē: non tamē in tm̄ q̄n ſi ſibi ↄſtaret ꝙ poſſet eū extrahere a mortali culpa hoc non omitteret ꝓpt̄ cōmodū tp̄ale. Et de hoc ſcđo modo in primo de ciui. dei. c. ix. circa p̄nci. Aug⁹. ait. Aliq̄n corripiēdis frīb⁹ deſiſtunt hoīes vel ꝓpter laborē vel ꝓpter verecūdiā vel ꝓpter vitationē nocumētꝭ tp̄alis: q̄uis tamen diſpliceat malū eoꝝ. Nec incidunt in illam damnationē que poſt hāc vitaꝫ talib⁹ p̄patur. Tertio mō omittit̄ correptio ꝓpt̄ tepiditatē ꝛ hoc eſt mortale. Unde qn̄ homo ꝓbabilit̄ ſperat ꝛ credit ꝙ poſſet frēm ſuum retrahere a peccato ꝛ hoc omittit facere ꝓpt̄ aliqđ cōmodū tp̄ale vtputa qꝛ timet iudiciū vulgi ꝛ cruciatū carnis ſiue p̄emptionē. duꝫ tamen hec in aīo ita diſent̄ ꝙ p̄ponant̄ charitati fratne. Tunc eni ordinē charitatꝭ p̄uertit pl⁹ diligēdo cōmodū tp̄ale q̄ aīam ꝓximi et honorē dei. Un̄ Aug⁹. vbi. s̄. Pleriſq̄ ab eis cōmonēdis obiurgādis ꝛ corrpiēdis male diſſilat̄. ne vel eos offendam⁹ vel eoꝝ inimicitias deuitem⁹. ne impediāt ꝛ nocēāt in iſtis tp̄alib⁹ rebus q̄s adipiſci adhuc appetit noſtra crudelitas: ſiue quas amittere formidat infirmitas. Hec ille. Unde glo. ſup illud Eccl. xvij. Unicuiq̄ mādauit dn̄s de ꝓximo ſuo dicit. Ita peccat q̄ frēꝫ ſuū peccare videt et tacet: ſicut q̄ peccanti nō indulget.

## Articul⁹. ij. d̄ triplici correptione. ſ. fraternali filiali ꝛ paternali

s Ecūdo ↄſidēm⁹ correptiōis ordinationē ſeu modificationē. Scđꝫ eī Caſſi. li. iiij. eplaꝝ. Egrꝭ n̄ vna cā ſalutꝭ ē Alit̄ cib⁹ reficit̄: alit̄ ꝑ abſtinētie bn̄ficia attenuat̄. Hic lauacra mollia. ille ferꝝ q̄rit ad vulnēa. Et variū remediū poſcit diuſa q̄litas paſſionū. Proīde triplicē diſtinguam⁹ correptionē. Pria ē fratnal̄. ſcđa ē filial̄: tertia ē p̄rnal̄ de q̄b⁹ ꝑ ordinē pſ̄. cxl. ait Corripiet me iuſtus in mīa ꝛ increpabit me. Prima ē fratnal̄ eq̄lis ad eq̄lē. Et de hac dicit. Corripiet me iuſt⁹. Scđa ē filial̄. i. minoris ad maiorē. Et de hac ſubdit̄ in mīa. tertia ē fratnal̄. i. maioris ad minorē: ꝛ de hac ſubinfertur ꝛ increpabit me. Qđ verbum poteſt eſſe p̄ſentis articuli aliud thema.

## Qn̄ hō tenet̄ corrigere ꝓximū ſuū: ꝛ quō ꝛ quē fructū cōſequat̄ homo ex eo. Cap̄. j.

PRima eſt correptio fraťnalis.id ē equalis ad eq̄lē. Vñ pš.ait. Corripiet me iuſtus.i.qui vult eſſe iuſtꝰ Circa quā tria ī textu hodier.euā. ꝯſiderāda ſunt.ſ.fraťne correptiōiſ. Primo caſus.ſcđo modus: tertio fructꝰ. Primo ꝯſiderandus ē fraťne correptiōis caſus.qui talis eſt ⁊ a dño ponit̃ cū ait. Si peccauerit ī te frater tuus. Ubi ponit tria q̄ ꝯcurrūt ad fraťnā correptionē. Primū eſt mortaľ culpa ſcđm noticia certa:tertium amicitia vera. Primū eſt ꝙ ſit mortaľ culpa. Vñ dñs ait. Si peccauerit.ſ.mortaliť aut ē in apto ⁊ grādi ꝑiculo ruēdi in illud ſm q̄ſdā qđ ⁊ ſati rōnabile videt̃ ſicut in p̄cedenti arti.dictuꝫ eſt c.ij. Scđm eſt ꝙ ſit noticia certa. Iđ ſubdit.in te. Qđ tripliciť exponi poteſt. Primo in te.i.te ꝓuocāte te fauēte te inducente te ꝯſiliāte:tūc digne debes ſatiſfacē ⁊ penitē Scđo ſi peccauerit in te.i.te patiēte:⁊ tūc debes indulgē. Vñ Mat.xviij. Nōne oportuit ⁊ te miſereri ꝯſerui tui ſicut ⁊ tui miſertus ſum? Et Eccl.xxxj. Intellige que ſunt ꝓximi tui ex teipſo. Et Chryſ.ait. Si graue videtur dānū.afficē debet lucrū. Si graue videt̃ preceptū cogita p̄miū. Si graue ſit remittere ei qui te ꝯtriſtauit:hoc eſt grauiꝰ incidere in gehennam. Tertio modo ſic. Si peccauerit frater tuus in te.i.te ſolo ſciente: tunc in ſecreto corripe eum ſicut.ĩ. patebit.

xiij. cum dicit̃ q̄ ſcandalizabant̃ in illo. Ter-
tio eius ſapiētie ſpiritali reputantes eū he-
reticū Jo. viij. Samaritanū. i. diuino cultu
hereticū vel ſaltem dubiū. Unde Jo. ix. di-
cunt. Nos ſcimus q̄ moyſi locut⁹ eſt deus:
hunc aūt vnde ſit neſcim⁹. Ubi glo. Quod
moyſes docuit a deo accepit. hic autē vñ ac-
ceperit neſcim⁹. Scdo detraxerūt eius in-
nocentie. Et hoc etiam q̄nq̄ꝫ modis. Nā pri-
mo aſſerunt illū peccatoꝛē reſpectu ſui dicē-
tes Jo. ix. Nos ſcimus q̄m hic homo pecca-
toꝛ eſt. Et Mat. xj. Ecce homo voꝛax ⁊ po-
tatoꝛ vini. Secūdo dicunt illū ſeductoꝛē re-
ſpectu populi dicētes Jo. vij. Seducit tur-
bas. Et Mat. xxvij. Recoꝛdati ſum⁹ quia ſe-
ductoꝛ ille dixit adhuc viuens: poſt tres di-
es reſurgam. Et Lu. xxiij. Hunc inuenimus
ſubūtentē gentem noſtram ⁊ ꝓhibentē tri-
buta dari ceſari. Tertio aſſerūt euꝫ blaſphe-
matoꝛeꝫ reſpectu dei dicētes Jo. x. De bo-
no ope non lapidam⁹ te: ſed de blaſphemia.
quia cum tu homo ſis facis te deum. Quar-
to dicunt eum tranſgreſſoꝛē reſpectu legis di-
centes Jo. ix. Non eſt hic homo a deo q̄ ſab-
batum non cuſtodit. Quinto dicūt euꝫ opa-
toꝛē in virtute diaboli. Uñ Lu. xj. Et Mat.
xij. In beelzebub ꝑncipe demonioꝝ eijcit de-
monia. Et Jo. vij. et. viij. dicitur ei. demoni-
um habes. Tertio detraxerūt eius ſeque-
le. Et hoc triplicit̃. Primo de vilitate diſcipu-
loꝝ dicentes. Nõne fratres ſui ſunt iacobus
et iohānes. Secūdo de ſimplicitate ei credē-
tiū dicētes Jo. vij. Nunq̄d aliquis ex ꝑnci-
pibus credit in euꝫ aut ex phariſeis. Sꝫ tur-
ba hec que non nouit legem maledicti ſunt.
Tertio de vitioſitate amicoꝝ ſuoꝝ dicentes
Mat. ix. Quare cum pctōrib⁹ ⁊ publicanis
manducat mgr̃ veſter. Et Lu. xv. Erant ap-
ꝓpinquātes ad ieſum publicani ⁊ peccato-
res vt audirent eum. Et murmurabāt ſcri-
be ⁊ phariſei dicentes quia hic pctōꝛes reci-
pit ⁊ manducat cum illis. Et Lu. xix. de za-
cheo murmurabāt dicētes q̄ ad hoiem pctō-
rem diuertiſſet. Quid igitur miramur egre
ferentes detractiōes nos pediculi miſerabi-
les ⁊ miſerandi. Qua inſania dedigmur q̄
denique ſtulticia. De mente elabit̃ nr̃i ſalua-



toris exemplū audiam⁹ eū Jo. xv. nob̄ an-
nunciantē. Si mūdus vos odit ſcitote quia
me priorem vobis odio habuit, ſi de mūdo
fuiſſetis mūdus q̄ꝺ ſuū erat diligeret. Et ſe-
quitur. Non eſt ſeru⁹ maioꝛ dño ſuo, ſi ꝑſe-
cuti ſunt me ⁊ vos ꝑſequent̃, ſi ſermonē me-
um ſeruauerūt ⁊ veſtrū ſeruabūt. Exemplū
etiam ad hoc aptiſſimū patet, quia nunq̄ꝫ fu-
it ab initio ſeculi vſq̄ꝫ nūc. nec etiam in poſte-
rum erit aliquis iuſtus cui diūſimode non
fuerit detractum. Nõne etiam ad tantā in-
ſaniam deuenerūt multi q̄ ipſi q̄ꝫ ſūmo opi-
fici deo q̄tidie detrahere non verent̃. Quid
ergo mirū ſi de nobis viliſſimis creaturis ali-
qui obloquunt̃.

## De multum compatiendū eſt inuido coꝛdi oblocutoꝝ. Ca. iiij.

Uartam remediū eſt compaſſio.
Compatiendū vtiq̄ꝫ eſt cruciati-
bus detractoꝝ. qui vtiq̄ꝫ ſm̄ eoꝛū
iudicium ſatis magni apparent.
cum ex inuidia oꝛiantur. Habent ſm̄ Alex-
an. in ſua radice penam. Unde ſm̄ Augu.
Amaſti bene agemtem. vixiſti bono odo-
re: inuidiſti bene agenti. moꝛtuus es bono
odoꝛe. Et Sen̄. Utinā inuidus in oib⁹ locis
oculos ⁊ aures haberet vt de oibus ꝑfecti-
bus quib⁹ inuidet toꝛqueret̃. Diog. ꝓbus
cum ei nūciaſſet amicus te amici cuncti vitu-
perant. Opoꝛtet inq̄t ſapiam ab inſipienti-
bus ferri. eſſe ei melioꝛē iudicat lingua ma-
la q̄ꝫ carpit. Et Hiero. ad demetriadē. Ho-
minū vilium ſatis eſt ⁊ ſuam laudem querē-
tium alios viles facere. Et iterū Sen̄. Qui
alienis malis ſicut ſuis bonis letant̃. diui-
tes ſunt alienis iacturis: locupletes calami-
tatibus funerib⁹ imoꝛtales. Ex hoc enim di-
ſcant ꝑdicantes compati laniantib⁹ atq̄ꝫ eis
detrahentib⁹: cum rep̄hendunt̃ de ſcelerib⁹
ſuis. quia neceſſe eſt medicū ſapientē patiē-
ter ferre infirmoꝝ fetoꝛes lamētatiōes atq̄ꝫ
atq̄ꝫ clamoꝛes. Aliter ſimiles ſunt medico in-
ſipienti, qui dum egroti apoſtema nouacu-
la frangit vult eum ſileri. Qui poteſt dicere
merito. aut ꝑmittas me ex meo doloꝛe cla-
mare dum carnes meas inſciditis: aut ꝑmit-
te me incidē carnes vr̃as ⁊ vos clamare. De
predictis duobus opoꝛtet vos alterū eligē.

## Pars tertia tertij articuli de vltimis q̄ttuoꝛ remedijs contra oblocutoꝛes.

Ertio ꝯſiderem⁹ q̄ttuoꝛ vltima re-
media contra derogatoꝛes. Primū eſt opoꝛ-
tunitas. ſcdm̄ eſt neceſſitas. tertium eſt ho-
noꝛabilitas: q̄rtū ē magnimitas.

## De opoꝛtunū eſt cõtra iuſtos eſſe oblocutoꝛes. Cap. j.

Rimū autem remediū eſt opoꝛtu-
nitas. Nimiuꝫ nempe opoꝛtuna
eſt oblocutio detractoꝛi. Ut patꝫ
vj. q. j. c. oues. in fi. vbi dicitur q̄
iuſto dei iudicio non nunq̄ꝫ adūſus bonos
detractio excitat̃: vt quos vl̃ domeſtica adu-
latio vel alioꝝ fauoꝛ in altum extulerat de-
tractio humiliet. Cuius ratio ſm̄ Alexā. de
hal' eſt. Quia ſicut per adulationeꝫ mentis
oculi claudunt̃ ⁊ excecant̃: ita ꝑ detractionē
aperiunt̃ ⁊ illuminant̃. Cum enim homo vi-
det ſibi detrahi ſi ſtulticia in eo non laboꝛat
ꝯuertit ſe ad ꝯſiderationē infirmitatis ſue.
querens ac ꝑquirens ſi quid ſit rep̄henſibi-
le in eo ⁊ ſic humiliat̃ ⁊ emendat̃. Uñ Greg.
Qui per laudes a ſe exire potuit: ꝯtumelijs
compulſus ad ſe redit. Hinc dicit apoſtolus
Per arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris. per
gloꝛiam ⁊ ignobilitatē: ꝑ infamiam ⁊ bonaꝫ
famam. vt ſeductoꝛes ⁊ veraces: ſicut q̄ ig-
noti ⁊ cogniti. quaſi moꝛientes ⁊ ecce viui-
mus: vt caſtigati ⁊ non moꝛtificati. quaſi tri-
ſtes ſemper autem gaudentes.

## Quartum iuſtis neceſſarij ſunt derogatoꝛes. Capitulum. ij.

Ecundū remediuꝫ eſt neceſſitas.
Debet enim mēs illumiata penſare
q̄ deus micoꝛs de neceſſitate per-
mittit detractoꝛes inſurgē contra
iuſtos: vt ꝑ viam virtutū cautius incedant.
Uñ. j. Pe. ij. dicit̃. Conūſationē veſtram in-
ter gentes habētes bonā vt in eo q̄ꝺ detra-
ctant de vobis tanq̄ꝫ de malefactoꝛibus: ex
bonis opibus vos ꝯſiderantes gloꝛificēt de-
um in tpe viſitatiōis. i. q̄ñ a deo illuminabū-
tur. Unde Cant. ij. Menſ cui detrahit̃ lilio
ſpinarū compūctiōib⁹ tacto merito compat̃
cum dicit̃. ſicut lilium inter ſpinas ſic amica
mea inter filias. Liliū nempe ſpinis plus re-
dolet punctū. Jam ỽo attractū ⁊ attritū ſeu
ꝯfractum fetet. Sic vtiq̄ꝫ iuſtus linguis de-
trahentiū punctus plus redolet: ſi equanī-
miter poꝛtat. Si ỽo impatiēs eſt atq̄ꝫ ꝯfract⁹
et ab inceptis deſiſtit fetet. Hinc Pe. rauen̄.
ait. Uirum foꝛtem excitat ad virtutis exer-
citium alieni laboꝛis aculeus: nec mentis ocu-
lo toꝛpoꝛe ꝑmittit inuidia detractoꝝ. Jacob

qui in baculo ſuo iordanē trāſierat non rediſſet cum duabus turmis: niſi euȝ inuidia eſau agitaſſet. Joſeph eni non impaſſet egyptijs niſi ipſum fratrē inuidia vendidiſſet. Scriptum quippe eſt. Abel eſſe non poteſt: quem cayn malicia non exercet. Unde Seneca. Inuidiā ferre aut fortis aut felix pōt.

## Q̄ ſignū eſt ꝙ honorādi ſunt iuſti qn̄ detrahiť eis. Cap̄. iij

Tertiū remediū eſt honorabilitas. Magnū vero iuſtoꝝ teſtimoniuȝ eſt ꝙ honorādi atq; laudādi ſunt etiam ab ipſo deo cum ipſe vituperanť a mal'. Unde glo. Nūi. xij. ait. Magnū eteni beneficiū conferunt detractores. Nunq̄ȝ eni inuenim⁹ dn̄m tm̄ laudaſſe moyſen: q̄ȝtum tunc cum detraherež ei ab aaron et maria. Unde dixit de moyſe Nūi. xij. In oi domo mea fideliſſim⁹ eſt. Ore enim ad os loquor ei palam: ⁊ non per enigmata ⁊ figuras deum videt. vide q̄d ſibi pene obtrectātes ɔtulerint. Quid autē laudis ſibi turpitudinē. illi ſplendorē. ſibi lepram. illi gloriā. Unde Rich. ſuper Apocl. ait. Maloꝝ eſt ſp odioſa vita bonoꝝ ⁊ quē deus cōmēdat prauoꝝ ſermo blaſphemat. Inſup Greg⁹. ſup Ezech. ait. Qui auteȝ increduli ⁊ ſubūſores ſunt in ſuis ſermōibus derogātes timēdi n̄ ſunt: quia valde ſtultū eſt ſi illis placere querimus q̄s non placere dn̄o ſcim⁹. Debēt autem haberi in metu ⁊ in reuerētia iudicia iuſtoꝝ: quia mēbra oipotentis dei ſunt: ⁊ h̄ ipſi in terra rep̄hendūt qȯ dn̄s redarguit i celo. Nam puerſoꝝ derogatio vite noſtre approbatio eſt. Quia iam oñdiť nos aliq̄d iuſticie habere: ſi illis diſplicē incipimuſ qui deo non placent. Nemo eni poteſt i vna eadēq; re oipotenti deo atq; eius hoſtib⁹ grat⁹ exiſtere. Nam deo ſe amicū d̄negat: q̄ ei⁹ placȝ inimico. Et inimicis veritatl adūſabiť q̄ eidem veritati in mente ſubiugaf. Unde ſancti vir in voce libere increpatiōis ſuccēſi eos ad ſua odia excitare non metuūt quos deū non diligere cognoſcūt. Qȯ pph̄eta ardenter exhibens creatori oiuȝ: quaſi in munere obtulit dicens. Nōne q̄ oderūt te dn̄e oderā illos: ⁊ mei iimici facti ſunt mihi. Quaſi dicat. Penſa q̄ȝtum te diligo quia tuoꝝ hoſtiū excitare ɔtra me inimicitias non ptimeſco. Hinc iterum dicit. Qui retribuūt mihi mala p bonis detrahebāt mihi quoniā ſubſecutus ſum iuſticiam. Bonū valde eſt qȯ iuſt⁹ tribuit: quando male agentib⁹ libera voce ɔtradicit. ſed puerſi mala pro bonis tribuūt cum iſtis derogant quia contra eos iuſticie defenſionē ſeruant. Non eni iuſti humana iudicia ſed eterni iudicis examen aſpiciunt: et ideo derogātiū verba ɔtemnūt. Hinc paulus chorintheis derogantib⁹ ait. Mihi autem p mimo eſt vt a vobis iudicer ⁊c̄.

## Q̄ animo magno ſpernendi ſunt oblocutores. Cap̄. iiij.

Quartum remediū eſt magnanimitas. Grandi quidem animo vilipendēde atq; nihili pendēde ac oīno deſpiciende ſunt detractorū oblocutiōes ⁊ derogatiōes: nec etiaȝ niſi in magna neceſſitate ſicut p̄diximus retundēde. Proinde Eccl. xxviij. Sc̄ðm eni ligna ſilue id eſt. ſm̄ populi varietatē ſic ignis exardeſcit. i. ſicut preualet ignita lingua oblocutoris: eo ꝙ mali derogantib⁹ faciliter cedunt. iuſti ꝟo pmanent incōcuſſi. Et ſubdit dicenſ Si ſufflaueris. ſ. ɔtra dicēdo quaſi ignis exardeſcit: quia multo amplius derogabunt. Et ſi expueris ſuper illam. ſ. oblocutionē videlicet vilipendēdo atq; deſpiciēdo illam: vt forte illam ad litterā ⁊ deſpectionē ſpuendo in terram quaſi ſup detractionē extingueť. Et ſubdit dicens. Utraq; . ſ. ſaliua ⁊ detractio ex ore pficiſcunť: quaſi ſaliua oblocutionis remediū ſit. Saliua eni ieiuni ſtomachi ɔtra venenū ſerpentl valere diciť: vt myſtice innuaf ꝙ ɔtra draconinā detractionē ad illudendū ei. ſpuicio ſuper terrā ⁊ quecunq; eius vera deſpectio optimo tyriaco merito comprobaf. Per hec. xij. remedia verificaf qȯ pph̄eta ad dn̄m ait. Tu ɔfirmaſti in virtute tua mare: ɔtribulaſti capita draconū in aquis. Quid p mare niſi anime iuſte. quib⁹ oblocutores detrahere amaritudis cauſas preſtant: ſed virtute diuine gratie ɔfirmanť ne p impatientiā piclitenť. Tunc q̄ȝ ɔtribulat capita draconū in aquis: qn̄ tribuit dn̄s multiplicatiōes gratiarū his quibus detrahebaf. Et ſubdit etiam pph̄eta dicens. Tu ɔfregiſti capita draconū. De quibus in. ij. arti. p̄cedentis ſermōis dictuȝ eſt. Que tūc ɔfringit qn̄ ſup̄dicta remedia ſua benignitate opere adimpleri ɔcedit. Hec q̄dē ſūt defenſiua remedia ɔtra oblocutores ⁊ detractores. quibus cum dei adiutorio ptegi poterimus: ⁊ cum eis ɔtra delatores imaculati tranſire. Quod nobis largiri digneť dn̄s noſter ieſus chriſtus contra oēs oblocutores ⁊ detractores magnificuſ ⁊ glorioſus triumphator. Qui cum patre ⁊ ſpirituſancto viuit ⁊ regnat deus ⁊c̄.

ſ. fer. 6. poſt 3. dn̄ica 40. cu M. De Conuſione ſamaritane. Expo Euāgelij. ſm myſticū ſenſū.



## Feria. vj. poſt tertiam dn̄icā in q̄drageſima de conuerſiōe ſamaritane. Expoſitio euangelij ſm myſticum ſenſum. Ser. xxxj

## Da mihi bibere.

Jo. iiij. et in euāgelio hodierno. Mira quippe ⁊ admiranda ſapiētia ſaluatoris: in hoc ꝙ ſepe animā ex amore querentē illuȝ ⁊ toto deſiderio inardeſcentē ad eum fugē ⁊ obdureſcere paret. Ac qn̄ aliam aiam vel eandē inſectari videť: que ſuis inſpiratiōib⁹ ac vocationib⁹ quaſi toto conamie ɔtradicit. Uideas Mat. xv. ꝙ mulier chananea affectione feruens. ſollicitudie querens. clamorib⁹ petens filiam. i. animā ſuam ſaluari depoſcit. Et nihilomin⁹ ieſus fugit obmuteſcit. ⁊ ſpreuit velut caneȝ. ⁊ eam q̄dāmodo abhorrere apparet. Et ecōtra hanc ſamaritanā inſectari videtur etiam ſuis inſpiratiōib⁹ renitentem. Ait eni illi. Da mihi bibē. Ad litterā. Quaſi dicat. Fatigat⁹ ſum ex itinere. quieſco laſſuſ expectans: ꝙ ad hunc fontem quiſq; hauriturus accedat. tu me hic ſedente p̄mo mulier aduениſti. Sitio. Oro da mihi bibē. Sitię ſalutis auidus dn̄s ieſus chriſtus: fidē magis q̄ȝ aquaȝ bibere cupiebat. Et in hoc myſtice deſignaf ꝙ tpalia nos derelinq̄re petit quo ad pfectos: vel largiter diſpenſare quo ad alios. vt p hoc poſſemus ſua ſpūalia ſuſcipere tpaliū amore ſublato. Felix mercatio chriſto dare noſtra vitia ⁊ peccata: ⁊ eius accipere gratias ⁊ virtutes. Felicior poſſidere celeſtia p terrenis. Feliciſſima chriſtū poſſidere p nobis. Ad hunc finem ſamaritanaȝ et q̄ȝlibet animā dn̄s ducē ɔcupiſcit: iȯ ſubdit poſtulat dicēdo. Da mihi bibere. Triplicem amoris ſtatum in aīa ſitiēdo deſiderat dn̄s ieſus chriſtus: q̄ in ſerie p̄ſentis euāgelij p ordinem myſtice deſcriptus eſt. Prim⁹ eſt amoris incipientis. ſc̄ðs eſt amoris pficientis: tertius eſt amoris pfecti. De quibus i pſona ſamaritane pph̄eta in pſ. xvj. ad dn̄ȝ dicit. Probaſti cor meū ⁊ viſitaſti nocte: Ecce primū. Igne me examiaſti ⁊ non eſt inuēta in me iniq̄tas: ecce ſc̄ðm. Ut non loquaf os meum opera hoium: ecce tertium. Qȯ verbum poteſt eſſe thema in euangelio occurrenti.

## Articulus primus de amore incipienti ⁊ de triplici illuminatione eius.

Primus eſt ſtatus amoris incipiētis. Un̄ pph̄eta ait. Probaſti cor meum ⁊ viſitaſti nocte. Triplici illuminatiōe fidei pbando ⁊ viſitādo illuminat dn̄s noſter ieſus chriſtus noctem tenebroſam humani cordis. Prima eſt chriſti incarnatio. ſc̄ða chriſti ɔuerſatio: tertia chriſti ɔſummatio: que in ſerie euāgelij myſtice declarantur.

## Q̄ lux fidei incarnati verbi humanū illuminat intellectum Capitulum. j.

Prima illumiatio eſt chriſti incarnatio: quia p ſuam incarnationē lux in tenebris lucet. De quo Jo. iiij. in euāgelio hodierno myſtice ait. Uenit ieſus in ciuitatē ſamarie. i. in territorio eius que. ſ. ciuitas ſamarie diciť ſychar. Sc̄ðm eī Hierony. lib. j. hebraicaruȝ queſtio. vitioſe error inoleuit vt legiť ſychar: dicitur eni hebraice ſychen Juxta ꝟo grecam ⁊ latinā cōſuetudinē ſychima declinata eſt: ⁊ eſt nūc nō ſubdit metropoľ. ſamaritanoꝝ. Uenit inq̄ȝ iuxta p̄dium qȯ dedit iacob filio ſuo ioſeph Geñ. xlviij. in fine. Et ſm Hiero. et alios doctores hoc p̄diū fuit tota ciuitas. Myſtice ſychar interp̄taf humerus ſiue labor. Ad hāc autem ciuitatē venit ieſus qn̄ verbū caro factum eſt ⁊ habitabit in nob. Tūc eni ſuppoſuit humerū ſuū laborib⁹ miſerie nr̄e. Precium ergo qȯ dedit iacob ioſeph filio ſuo ē incarnatiōis myſteriū: qȯ iacob futurū prenūciauit eſſe in chriſto in oi gr̄a ⁊ gloria pre oibus incompabiliť aucto. Joſeph autē interpretaf auctus. Erat aūt ibi fons iacob et puteus: Ad litterā aūt dictus ē fons iacob: tum q2 ipſe foderat. tum q2 fuerat dn̄s eius longo eni tpe ſtetit circa ſychen ſicut colligiť ex Geñ. xxxiij. Nam dina facta eſt nubilis etatis que tn̄ vixerat triēnis vel q̄driēnis qn̄ iacob venit in ſychen ſicut ex p̄cedētib⁹ q̄nq; capľis colligiť. Myſtice ad puteū terrenoꝝ chriſt⁹ aduenit: cū carne aſſumpta ſuſtētādi illā curā habuit: ppť qȯ ſicut. j. patebit aquā petijt vt medicus.

## Q̄ radioſa chriſti cōuerſatio ſi fideli oculo conſidereť illuminat cor humanū. Capitulū. ij.

s Ecūda illuiatio illuminās coꝛ hu
manū eſt chꝛiſti ↄuſatio. Qꝛ ois
eius act⁹ ꝛ verbū admirandū eſt
lumē ad effundendū tenebꝛas in
tellectus: iuxta illud ois chꝛiſti actio nr̃a eſt
inſtructio. Et de h̃ Joh. in myſteriū ſubdit
dicens. Jeſus igiť fatigat⁹ ex itinē. Quid ei
fuit tota chꝛiſti vita niſi via regaľ ꝑueniendi
ad vitā eternā? ſicut ipſe Joh. xiiij. teſtať di-
cens. Ego ſum via veritas ꝛ vita. Qđ tripli
citer exponi pōt. Primo mō ego via non
errās. Nā de oib⁹ q̄ nō ſecuti ſunt nec ſequū
tur chꝛiſtū ꝓpheta ait. Errauerūt in ſolitu-
dine inaq̄ſo viā ciuitatis habitaculi nō inue-
nerūt. Ego ſum veritas: nō fallēs. Vñ pš.
Fideľ deus in oib⁹ verb̄ ſuis: ꝛ ſctūs in oib⁹
opibus ſuis. Ego ſum vita indeficiēs. Pro-
inde Lu. x. diciť. Maria optumā ꝑtē elegit:
que nō auferet ab ea. Scđo mō exponiť
ſic. Ego via ducēs. Vñ Prou. iiij. Ducaꝫ te
ꝑ ſemitas eq̄tatis. Ego ſuꝫ veritas lucēs. Vñ
Malach. vlti. Orieť vob̄ timētib⁹ nomē me
um ſol iuſticie: ꝛ ſanitas in pēnis eius. Ego
ſum vita paſcēs. ego ſuꝫ oſtiū ꝛc̄ Jo. x. Per
me ſi q̄s introierit ſaluabiť. ꝛ ingredieť. ſ. ad
ↄtemplationē mee diuinitatis: ꝛ egredieť. ſ. ad
ↄtemplationē mee hūanitatis ꝛ paſcua. ſ. glo
rie inueniet. videlicet in vtroq̈. Tertio
modo exponi pōt. Ego ſum via i exemplo.
Vñ Jo. xiij. ipſe ait. Exēplū eni dedi vobis
vt quēadmoduꝫ ego feci ita ꝛ vos faciatis.
Ego ſum veritas in ꝓmiſſo. Vñ ipſe ꝑ ꝓphe
tam ait. Que ꝓcedūt de labijs meis nō faci-
am irrita. Ego ſuꝫ vita i ꝑmio. Vñ apľs ad
Rho. vj. Stipēdia eni pcti moꝛs: gr̃a auteꝫ
dei vita eterna in chꝛiſto ieſu dño nr̃o. Ecce
ꝙ dñs ieſus vt oia nob̄ efficeret ex itinē ſue
ꝑegrinationis fatigat⁹ eſt.

## Qꝛ ꝑ cōteplationē paſſiōis chꝛiſti oculi noſtre mentis illuminantur. Cap̄. iij.

t Ertia illuiatio q̄ illuīat coꝛ hūanū
eſt chꝛiſti ↄſummatio. ſ. ꝑ amoꝛo-
ſiſſimā paſſionē crucis. Et đ h̃ ſub-
dit. Sedebat ſic. i. ſimpliciť ſuꝑ fontē. Ad lit
teram cōpaſſiue loquiť. Ecce vox dñi ſuper
aq̄s. Aues rōnales aucupatur⁹ aduenerat
in rhetib⁹ verbi ſui: in q̄b⁹ vna ꝑoꝛ capta ꝛ
excecata iudex ad capiēdas alias fiat. Sed
ſtulti vt ↄq̄riť dñs Hiere. ij. me dereliq̄runt
fontē aq̄ viue. ſ. q̄ ſum fons a q̄ ꝛ nō aliūde
aq̄ viua emanat. Myſtice vo fons iſte ſuꝑ
quē aſcēdit dñs nr̃ ieſus chꝛiſt⁹ eſt ſctā crux.
Ipſe eni fons eſt oiuꝫ gr̃arū que cūctis electis
cōicāde ſunt. Sicut ſcđm myſteriuꝫ Gen. ij.
dꝛ. Fons aſcēdebat e terra irrigās vniūſam
ſuꝑficiē terre. Suꝑ hūc fontē ſedebat dñs qꝛ
paſſionē ꝛ moꝛtē ſūma mentis tranquillitate
poꝛtauit. nec a myſterio vacat qđ euāgeliſta
cōmemoꝛat dicēs. Sedebat ſic ſuꝑ fontē. i.
eleuat⁹ ꝛ expāſus in cruce: vt oñdať ꝙ talis
modus expāſiōis ↄueniētiſſim⁹ vtiq̈ fuit ad
oia impetrāda a pietate p̃rna: ad oia diffun
denda in electos filios charitate largiflua.
ad oia ad ſe trahēda vtute mirifica: ad oia
amplectāda remiſſiōe plenaria ꝛ ad oia trāſ-
foꝛmāda vnione pacifica. Suꝑ hūc igiť fon-
tem ſedet qꝛ vult aq̄s moꝛtuas mutare i vi-
uas. Ad q̄s oēs ſitiētes ꝑ vocē ꝓpheticā in-
uitanť. Cū Eſa. lv. ait. Oēs ſitiētes venite
ad aq̄s: ꝛ q̄ habetis argētū ꝓperate ꝛ emite ꝛ
comedite. Qto aūt charitatis amoꝛe chꝛiſtus
ꝓ nr̃a redēptiōe ſederit in cruce manifeſtat
euāgeliſta dicēs. Hoꝛa erat q̄ſi ſexta. i. ſum-
mo charitatis ac dilectiōis ardoꝛe: ꝛ in ſum-
mo eſtu paſſiōis ꝛ moꝛtis. ſ. ꝓ nobis ſe poſu-
it filius dei chꝛiſtus.

## Articulus. ij. de ꝓficiēti amore in ſeptē flāmis diſtinctis cuꝫ q̄bus a chꝛiſto coꝛ ſamaritane inflammatum eſt.

s Ecūdus ē ſtat⁹ amoꝛis ꝓficientis
nā aia ꝓdictis illuiatiōib⁹ illuſtrata
in deſiderio diue dilectiōis excita
tur ꝛ igniculo q̄dā ꝛ q̄ſi inſenſibili mō attra-
hit a mūdanoꝝ amoꝛe dulcedinē dei. Vn-
de ſubdiť. Venit mulier de ſamaria. i. de re
gione ſamarie. Erat eni de vꝛbe ſychen ſicut
patet ex ſeq̄ntib⁹ haurire aquā. Quid mu-
lier ſignificat niſi aiam carnalē ꝛ ſenſualēꝫ q̄
q̄dāmō paulatim ad ſpūalia ſenſualiť trahiť
vt tādē omni carnalitate ꝛ ſenſualitate reli-
cta ꝑfecte in diuū amoꝛē trāſfoꝛmeť ꝛ reſol-
uať. Venit igiť mulier q̄ſi ſitibūda aūis hau
rire. ſ. hydria ↄcupie: aquā. ſ. đlectatiōis hu
mane. neſcis aia mea qꝛ hauritura es aquā i
gaudio de fontib⁹ ſaluatoꝛis? Jā abijce ſen-
ſualē delectationē ꝛ carnalē ſenſuꝫ. Talem
aiam chꝛiſto miro artificio ſeptē flāmis ſeu
ardoꝛib⁹ vulnerat ꝛ inflāmat ꝛ ꝑficē facit:
ita vt in ſeptio ictu hydria ↄcupie derelicta
moꝛiať pctō ꝛ vita gr̃e reuiuiſcat chꝛiſto. Et
licet ſex ꝑmis flāmis chꝛiſto aliq̄ mō reſiſtat
et paulatim ſꝑ in ſuo malo deficiat ꝛ in chꝛi-
ſti bono ꝓficiat ac ꝓcedat tñ in ꝑncipio qua-
ſi hoſtem alloquiť chꝛiſt⁹. tñ ſic artificioſe cō
tra eā pugñt ꝙ illā oino expugñt: ꝑ has videli-
cet ſeptē amoꝛis flāmas. Prima ē flāma amo
ris ſitientis. ſcđa eſt flāma amoꝛis largientis
tertia amoꝛis deſiderātis. q̄rta amoꝛis euocā
tis. q̄nta amoꝛis reuelantis. ſexta amoꝛis ir-
radiantis: ſeptima amoꝛis trāſfoꝛmātis.

## Prima flāma q̄ chꝛiſt⁹ ſitim ꝛ deſideriū oſtendit anime peccatricis. Capitulū. j.

p Rima vo flāma eſt amoꝛis ſitien-
tis. Unde dicit ei ieſus. Da mihi
bibere. Jam incipit ſibulus aure
tenuis. Preuenit eni eam ieſus vt cū ꝓphe-
ta dicere poſſit. Mia eius ꝑueniet me. My-
ſtice aūt chꝛiſt⁹ non mēte ſed coꝛꝑe fatigatus
in cruce ſitio ꝓclamauit. Nūc aūt petit qꝛ cō
ſenſum mentis ꝛ oꝑa mūda querit: atq̈ ꝓui
de ſuam gr̃am repꝛomittit. Chꝛiſt⁹ igiť pe-
tens obſequiū expetit coꝛ hūanū dicēs. Da
mihi fili mi coꝛ tuū. Sed euāgeliſta iteꝝ ſub-
dit. Diſcipuli aūt ei⁹ interim abierāt in ciui-
tatē vt cibos emerēt. remāſit autē ieſus. Ad
litterā foꝛte ꝓpter coꝛꝑis laſſitudinē: ꝛ etiaꝫ
non ſic erat ↄdecēs ꝙ ipſe in ꝑſona ꝓpꝛia ci-
bos emeret. Samaritana aūt potū ei nega-
uit: ꝛ q̄ſi emulū ꝛ hoſtē iudeū dñm appella-
uit. Vñ ſubiūgiť. Dixit igiť ei illa mulier ſa-
maritana: q̄ſi aſpiciēdo eū diſtoꝛte. Quō tu
iudeus cū ſis bibere a me poſcis. q̄ ſum mu-
lier ſamaritana? Cognouerat eni iudeū tam ex
aliq̄ differētia lingue. q̈ ex chꝛiſti habitu: q̈
etiā ex geſtu ꝛ aſpectu illi⁹. Nō tñ loquiť de
eo edificata: ſed poti⁹ ꝓpter rem inſolitā ad-
mirata. Jdeo addit. Nō eni coutunť iudei
ſamaritanis.

## Quō ſub ſpe doni dñs aīam allicit atq̈ miro artificio ad ſe eam trahit. Cap̄. ij.

s Ecūda eſt flāma amoꝛis donantis
Nā vt eam alliciat iam apit ei do-
nū ſuū magnū. Vñ ſubdiť. Rñ-
dit ieſus. ſ. nō ad interrogata ſed interrogā
da ꝛ ait ei. Si ſcires donū dei. Nec dicit q̄le
dei donū: ſed abſolute ꝛ gnāliť dei donū. Et
maxiē ꝓpť duo. Primo qꝛ loquiť de illo ſuꝑ̄
mo dono. ſ. de ſpūſctō qđ ſolū ſimpliciť ꝛ ab
ſolute dicēdū eſt donū: reſpectu cui⁹ ſunt ni
hil oia alia dona. ꝛ abſq̈ ipſo oia ſunt inuti-
lia vel dānoſa. Scđo qꝛ nōduꝫ vult mulieri
ſe dare ꝛ explicare ſed ſolū ad aliq̄d valde ar
duū mētē illi⁹ excitare ꝛ leuare: ꝛ h̃ ad aſtru
endū ſubdit. Et q̄s eſt qui dicit tibi da mihi
bibē. Per hūc q̄dē loq̄ndi moduꝫ ingenioſe
excitat eā ad eū eſtimādū aliquē magnū vel
potentē in donis dei: tu foꝛte petiſſes ab eo
Nō eni h̃ dicit q̄ſi dubitās an ipſa petiſſet h̃
ſi duo ꝓdicta intellexiſſet: ſed triplici ex cā ſic
locut⁹ eſt. Primo ad oñdēdū lib̃tatē arbitrij
nr̃i ꝛ ↄtingētiā actuū ei⁹. Scđo ad inſtruen-
dū in hmōi dubijs ſeu ꝓfundis ſobꝛie loq̄.
Tertio ad foꝛti⁹ affirmādū qđ dicē intende-
bat: qꝛ min⁹ dicēdo ſepe ampli⁹ ſignificam⁹.
Sepe eni ꝑ dubitatiuū aduꝫbiū foꝛti⁹ intēdi-
mus affirmare. Juxta qđ ap̄ls ad Coꝛ. vij. oñ
dit. Puto ꝙ ꝛ ego ſpm̄ dei habeā. Nec inq̄t.
Puto q̄ſi dubitās: ſed poti⁹ cū ſobꝛioꝛi mo-
do loq̄ndi intēdit foꝛti⁹ aſtruere. qđ ipē ſaꝑ
ibi ꝓmiſſo vginitatis ↄſilio hꝫ plene ſenſum ꝛ
ſpm̄ dei. Et addit dñs dicēs. Et dediſſet tibi
aquā viuā. Scđm eni Augꝰ. ſolū illa aq̄ dici
tur vulgariť viua: q̄ de fonte egrediēs nō di
ſcontinuať a fonte. Proinde ciſternaľ ꝛ plu
uialis aq̄. vel aq̄ vaſis vel lacus iam pꝛius
ſumpta de fonte non diciť aq̄ viua. Et ſumi
tur hoc ab actu vite ↄtinue egredientis a coꝛ
de tanq̈ a fonte manante ꝛ quaſi ↄtinue ſca
turiente. Per talem eni aquam gratia gra-
tumfaciens deſignať: que ſola ſue oꝛigini. i.
ſpirituiſancto iuncta eſt. Hoc eſt donuꝫ dei
qđ nunq̈ ſine ſpūſancto eſt: imo ſine tota tri
nitate eſſe non poteſt. ſed cum aqua illi⁹ pu-
tei ſeu fontis h̃ modo nō eſſet viua ſi mulier
intelligēs extitiſſet: merito aduertere potu-
iſſet. ꝙ chꝛiſtus loquebať de aliquo genere
aque viue. Jpſa autem intellexit ꝙ vel chꝛi-
ſtus loquereť de aquaviua illius putei: aut
de aliqua alia eiuſdē generis longe ampli⁹
melioꝛe. iam tñ incipiēs delectari ex aq̄ ſca-
turiōne tota in ſenſib⁹ ſiſtit tota. ex naturali
moꝛe atq̈ arte argumētū rñdēdi cudit: nec
diſplicēt mulieri dulcia verba chꝛiſti ſed de
aq̄ viua ne dare poſſet vndiq̈ ↄglobatim ſi-
bi ↄtraria argumēta occurrunt. Jdeo dicit
ei mulier. iam in reuerentiam eius tranſiēs
Dñe. Ecce iam cum dñm vocat. Nec in quo
haurias habes. ꝛ puteus altus eſt. Uere hy
dꝛiam ↄcupiſcentie non habebat ieſus. ꝛ pu-
teus voꝛaginis voluptatis altus. i. ꝓfun-
dus: ꝛ longe erat ab eo. Unde igitur habes
aquam viuam? Nam ſeculū hoc nequā pe-
nitus illa caret. Nonne tu maioꝛ es p̃re nr̃o
iacob? Scđm Bedā vocat eū p̃reꝫ qꝛ ſb lege
moyſi viuebat. Licꝫ ſꝫ Chꝛyſ. ꝓphas ñ acce-
ptarent. ꝛ vꝛbē ſychē quā iacob filio ſuo de-
derat in ſingulare donū ipſi poſſidebāt. qui

dedit nobis puteũ.i.fodit ⁊ fecit. Et ſic tan-
dem eius bñficio ad nr̃m vſum puenit: ⁊ ip-
ſe ex eo bibit.ſ.ppter bonitatẽ eius ⁊ filij ei⁹
et pecora.ſ.ppter affluentiã eius.

## Artificioſo modo trahit deuſ animam ad deſiderium eternorum. Capitulum.iij.

t Ertia eſt flãma amoris deſiderantis eo ꝙ ad noiatum ⁊ q̃dãmodo
oſtenſum donũ incendit deſideri
um eius Et ex hoc illam inflãmãs
Rñdit ieſus dicens. Oĩs qui biberit ex hac
aqua ſitiet iterum. Qui autem biberit ex aq̃
quã ego dabo ei non ſitiet in eternũ: ſed aq̃
quam ego dabo ei fiet in eo fons aque ſaliẽ-
tis in vitam eternam. Aduertẽdũ eſt ꝙ tres
pprietates atqꝫ notabiles naturas attribu-
it chriſtus huic aque ſue: que eſt idem ꝙ ſpi-
ritus ſuus ⁊ gr̃a. Prima eſt ſatietas. ſcd̃a eſt
fontalitas: tertia ẽ poteſtas. Prima eſt ſatie
tas oẽm ſitim ⁊ cauſam ſitis excludenſ: quia
non ſitiet in eternũ. Quaſi dicat. Nõ de pu-
teo iſto aut de alio fonte talis aqua haurien-
da eſt: ſed fonte pcedit eterno. infundiẽ nõ
haurit. ſupinato non in terram euerſo bibit
ore. Hec nõ potat in vaſe ſed in eterno fon-
te qm̃ apud deum fons vite eſt. Queſtio
prima. Sed quõ bibens hanc aquã gra-
tie non ſitiet in eternũ? Dicendũ ꝙ hoc plu-
ribus modis verificat. Primo p q̃to extin-
guit mortalẽ culpã ⁊ ↄcupiam terrenoꝝ. Se
cundo p q̃to ſpe certa ⁊ infallibili q̃dãmo-
do iam bibat futura gloria beatoꝝ. Tertio
vt ſit ſenſus non ſitiet in eternũ.i. pducetur
ad ſtatum in quo ſitire non poterit. Quarto
quaſi dicat licet ad pñs ſitiat non tamẽ ſi-
tiat in eternũ. Quinto autem poteſt eſſe ſen
ſus. Qui autem biberit ex hac aq̃. quã ego
dabo ei. biberit inq̃ꝫ habũde plene. ⁊ vſqꝫ ad
ſummũ.ſ. ſicut qui biberit in ſtatu glorie: nõ
ſitiet in eternũ. Qꝫ aũt bibentes hoc ſitient:
non eſt ex defectu aque.i. ſpũſſancti ſed po-
tius ex modicitate bibẽdi. Queſtio.ij.
Sed nunq̃d beati deſiderãt ſemp bibere dei
ſuauitatẽ: ⁊ ſic p ↄſeq̃ns ſemp ſitiũt. Ad h̃ di
cendũ ꝙ ſumit hic ſitire put ſonat defectum
penalẽ. Unde pprie ſitire eſt deſideriũ cum
anguſtia quadã: ſicut etiam eſurire. Sentit
eni aĩa ſui corpis intnã exhauſtionẽ ⁊ ↄſum-
ptionẽ tanq̃ꝫ ſibi penalẽ: ex hoc naturali im-
pulſu cogit vehemẽtiſſime inhyare ad extri
ſecum potum quẽ intra ſe non habet. Deſi-
deriũ eni diuine glorie in beatl nõ eſt ad rez
abſentẽ vel diſtantẽ: ſed potius ad rem inti-
mam ⁊ in plena facultate fruẽdi p tota in fu
turũ eternitate poſſeſſa. Nec puenit ex aliq̃
interiori ↄſumptiõe: ſed potius ex optima ⁊
ſemp vniformi diſpoſitiõe. Et ideo nihil ha
bet penale ſed ſemper iocũdiſſimaꝫ ſatieta-
tem que tamen ſatietas faſtidiũ non gene-
rat. ⁊ ideo ſemp in vniformi accẽſiõe aman-
tis deſideriũ tenet. Scd̃a pprietas chriſti
aque eſt fontalitas.ſ. radicalis. Uñ ſubdit.
Sed aqua quã ego dabo fiet in eo fons aq̃.
Nam de⁹ intimat mẽti quã glorificat ⁊ ita ra
dicat in ipſa. ꝙ ad inſtar fontis q̃tidie ſcatu-
rientis ſemp in aĩa viget: ⁊ gloriã ſcaturizat
in ea. ⁊ p eam gloria ſcaturizat ⁊ redũdat in
corpus. Et de hoc rõnem aſſignat ppheta
dicens. Qm̃ apud te eſt fons vite: qꝛ deus
dat vitam glorie aĩe. ⁊ aĩa gloriã ſuam redũ
dat in corpus. Tertia aq̃ pprietas eſt po-
teſtas. Potẽtiſſima eni ⁊ rapidiſſima ſeu agi
lima eſt trãſlatio ſeu aſcẽſio eius.ſ. ad vlti-
mũ terminũ atqꝫ finem in q̃ ↄſiſtit ſumma q̃
es ſeu poſſeſſio ois boni ⁊ in ea repauſatio
ↄſummata. Und ſubdit. ſalientl.i. ſalire fa-
cientis in vitam eternã. Quaſi dicat Nõ flu
uius nec riuulus q̃ ex natura ſemp ad infe-
riora loca labunt. Sup oẽm eni intellectum
vſum rõnẽ ⁊ artem hec aq̃ ſuũ puchit pota-
torẽ. Surſum agunt dona chriſti: que tãq̃ꝫ
hamo piſcantl dei mentẽ attrahũt ad ſupna
Deniqꝫ hec mulier chriſtũ totũ liberalẽ attẽ-
dens: iam poſtulat gr̃e donũ. Uñ ſubdens
dicit ad eũ mulier. Dñe da mihi hãc aquam
vt nõ ſitiam ne veniã huc haurire. Jam ob-
lita eſt illi⁹ aq̃ quã haurire venerat. Adhuc
tñ p corpe querit hãc aquã p breui tpe q̃ vi-
ctura erat: non p ipſa eternitate quã necdũ
credebat. nec adhuc carnalis capiebat ſpũa
lia dona. adhuc in ea erat ſeculi amor iõ ad
ſpũs libtatẽ cã intendebat inducẽ ieſus chri
ſtus. Apta tñ petitio cũ ait Dñe da mihi hãc
aquã. Neſcia tñ neceſſaria petit. Sꝫ ⁊ tu aĩa
mea pete a ieſu tuo ſaluatori hãc aquã viuã
ſpũſſancti: vt nõ ſitias voluptatl lutũ ⁊ tuaꝫ
ↄcupiſcentiã haurire feſtina. Et addit cau-
ſas dicẽs. Ut non ſitiã nec veniã huc hauri-
re aquã. Ex verbis eni ſuis videt hec muli-
er intellexiſſe ꝙ chriſt⁹ ei pmitteret q̃ndã cor
poralem aquã mirabil' efficacie quo ad tria
Primo q̃ ad ſatietatẽ. ſcd̃o quo ad iocũdita-
tem. tertio q̃ ad ppetuitatẽ ⁊ durabilitatem

Primo quo ad ſatietatem. id eſt. ꝙ habe-
ret virtutem quo ad ſitim ⁊ eius cauſam in
eternũ tollendũ Scd̃o q̃ ad iocũditatẽ. i. ꝙ



tantam ſanitatẽ ⁊ agilitatẽ ac exaltationẽ da
ret ac ſi eſſet fons ſemper in altum ſcaturiẽs
et ſaliens cum admirãda iocũditate. Scd̃o
quo ad ppetuitatẽ ⁊ durabilitatẽ hoc ẽ ꝙ tm̃
robur eſſet in ea ꝙ vitam in eternũ ppetua-
ret: ſicut forte in lege moyſi audierat ꝙ i adã
lignũ feciſſet. ſi de ligno vetito non guſtaſſꝫ

## Quomodo excitat de⁹ mentem ad ſpiritualiũ cognitionem et ad veritatis confeſſionem. Capitulum.iiij.

q Uarta eſt flãma amoris euocantl
Quia eni hec mulier nõdum in-
tellexit chriſtum loqui de aq̃ ſpũa
li cum ex modo dictis ab eo eum intellexiſſe
deberet. ⁊ vtiqꝫ intellexiſſet ſi virilem ratio-
nem ⁊ intelligẽtiã habuiſſet. Jdeo euigilan-
tiori flãma incendẽs eam dixit ei ieſus. Ua-
de voca virum tuũ. ⁊ veni huc. Quaſi dicat
Quia femineũ ⁊ debilem intellectum ad me
capiendũ habes: fac ꝙ vir tuus ſit tecũ. vbi
ille tanq̃ꝫ virilis intellect⁹ capiat verba mea ⁊
tu tandem p eum ⁊ cum eo. igitur voca virũ
tuũ.i. intellectũ illuminatũ ſm̃ Augꝰ. Hic ei
vir eſt anime nr̃e quia porcio ſupior ſignifi-
catur p virum. Hoc autem dicit vt ipſa in eo
aliq̃d inſigne coĝſceret: ⁊ quia pluſq̃ꝫ hõ eẽt
et homo ſupra hoiem ab ipſa coĝſceret ⁊ ſic
fidem preſtaret dictis. Et veni huc.ſ. cum eo
iam in veritate pficiens. Rñdit mulier. Nõ
habeo virum. Hanc ↄfeſſionẽ exq̃rebat ie-
ſus anteq̃ꝫ ſibi diuina bñficia largiret. My-
ſtice autẽ iubet vocari virum ſuũ: quia rectã
intentionẽ ⁊ intellectũ ad recte ⁊ ſane intelli
gendũ ⁊ deſiderandũ chriſti donũ precipu-
um mime habet. ⁊ ſe non hr̃e fatet dicit. Nõ
habeo virũ.ſ. ad ſenſum pprie cecitatl miſe-
rie ⁊ impudentie. Rectus eni inſtinct⁹ ↄſciẽ-
tie remordentis cogit mentẽ apud ſe ↄfiteri
ſe talem non habere virũ.

## Qꝛ mira arte ſapiẽtia dei trahit animã ad ſpiritualiũ deſiderium atqꝫ ſenſum. Cap̃.v.

q Uinta eſt flãma amoris reuelan-
tis. Artificioſe quidẽ ſemia ⁊ poſt
grana dei verbi allitiẽdo ad rhe-
te hanc aĩam reuelat ⁊ iactat chri-
ſtus: ⁊ paulatim attrahit ⁊ finalit in predam
ducit. Proinde ſubiũgit. Dicit ei ieſus. Be-
ne dixiſti. quia non habeo virũ. Quinqꝫ eni
viros habuiſti: ⁊ hunc quẽ habes non eſt tu
us vir. Sui facinoris non bene ↄſcia antea
cum audacia petiuit aquam: ſed dñſ eã pau
latim ad ſui cognitionẽ adducit. Conſidera
tamen quõ chriſt⁹ ſub rõnabilib⁹ occaſiõib⁹
et abſqꝫ oi ſpẽ vanitatis oñdit ſe noſſe totuꝫ
huius mulieris ſtatum.ſ. p̃teritũ ⁊ preſentẽ
Nam reuelat hoc tanq̃ꝫ ex vna parte verita-
tem verbi ſui approbãs ⁊ cõmendãs: ⁊ ex al-
tera parte tanq̃ꝫ ingenioſe rep̃hendẽs ⁊ ar-
guens. de p̃ſenti pctõ adulterii ſui. Reuelat
inſuper prius ſibi de q̃nqꝫ viris q̃ꝫ de adul-
terio ſuo: ⁊ maxime ppter duo. Primo quia
ante alij fuerãt eius viri q̃ꝫ iſte eſſet ſu⁹ adul
ter. Scd̃o quia prius noluit dicẽ id ne ipſa
haberet horrorẽ: q̃ꝫ id q̃d magnũ pudorẽ ſi-
bi haberet incutere. Sicut cyrurgicus pru-
dens qui ad inſciſſurã prepans carnẽ ſanaꝫ
p̃mo leniter palpat vt ſic cum minori horro-
re infirmi carnẽ putridã repẽte inſcidat. nec
tamen exprobrãdo ſed rememorãdo dicit.
q̃nqꝫ viros habuiſti: ⁊ hunc p hic antitheſis
eſt quem habes non eſt tu⁹ vir. Et iteruꝫ ne
indignet in ea veritatẽ cõmẽdat dicẽs. Hoc
vere dixiſti. Sed cur ieſus ſibi dixit de q̃nqꝫ
viris cũ ad factũ ſui adulterij non ſpectaret
Dicendũ ꝙ imo ſpectabat p q̃to vrgebat i
maximã exaggerationẽ adulterij ſui ⁊ maxi
me ppter q̃nqꝫ. Primo rõne carnalitatl. ſe-
cundo rõne maturitatl. tertio rõne ſatietatl
q̃rto rõne honeſtatl: q̃nto rõne moralitatis.

Primo rõne carnalitatl. Naꝫ habuiſſe eã
p ſucceſſionẽ q̃nqꝫ viros ſignũ erat aſſidue
incõtinẽtie ſeu ↄcupie. ex quo non ſolũ eius
adulteriũ: ſed et oẽ eius ↄiugiũ videbat ex
nimia flãma ↄcupie pueniſſe. Scd̃o rõne
maturitatl: qꝛ iam poſt q̃nqꝫ viros habitos
ↄtinẽtior ⁊ maturior eſſe debebat. Tertio
ratione ſatietatl: qꝛ in q̃nqꝫ viris habiti ſatiſ
debuerat eſſe ſatiata ↄcupia ſua. Quar-
to rõne honeſtatl. Nam in ſua iuniori etate
adulteriũ cauerat: poti⁹ q̃ꝫ adultos eligens
viros. Proinde ſatis ei pudendũ erat ꝙ p⁹
tm̃ tpis in adulteriũ incidiſſet Quinto ra
tione moralitatl. Nam valuit h̃ moralit' ad
apiendũ carnal' ↄcupie naturale vitiuꝫ atqꝫ
malũ: q̃ ex pluriũ delectabiliũ obiectoꝝ ⁊ ac-
tuum ſubmiſtratiõe non extinguit nec mi-
nuit. q̃n poti⁹ accendit. ⁊ ſic ꝙ tandẽ pſilit
extra termios ⁊ ſepes legis. Jnſtar.ſ. ignis
ex lignoꝝ incẽſiõe multiplici oĩa deuorantl.
Jam ſamaritana ſuam iniq̃tatem cogno-
ſcens incipit magnificare ieſum ppt pphe-
tie donũ. Unde q̃ſi admiratiue dicit ei. mu-
lier. Dñe vt video propheta es tu. Nec ex

auditis malis ſuis turbationem ſed conuerſionem accepit: iamq; incipiens vocare virum illum quem ꝓpheta vocauit de ſalubri queſtione ꝓpulſat. ſ. de loco orationis. Ideo ſubdit. Patres noſtri. ſ. abraam ⁊ iacob in monte hoc adorauerūt quia. ſ. ibidē patriarche coluerunt deum. ⁊ vos dicitis quia hieroſolymis locus eſt vbi adorare oportet. Scd̄m ꝟo Orig. iſte eſt mons garizym de quo habetur Deut. xxvij. Et idem ſentit Hierony. in q̄dam epiſtola ad paulinū dicens. Singuli quiq; credentiū non locoꝝ diuſitatibꝰ ſed fidei merito ponderant. ⁊ inde adoratores nec in hieroſolymis nec in monte gariſym adorant patrē. Et pauloante ait. Non hieroſolymis fuiſſe ſed hieroſolymis bn̄ vixiſſe laudandū eſt. Et. j. Et de hieroſolymis et de britania equalr̄ patet aula celeſti. Regnum eni dei intra nos eſt.

## Qꝛ cum anima iam incipit experiri ſenſum ſpiritualiū veritatum deus paulatim ei altius cōmunicat ⁊ reuelat. Cap. vj.

s Exta eſt flāma amoris irradians. Quia eni queſtio alta fuerat: altiori erat rn̄ſione ſoluenda. Sed quia mulieris intelligētia ad hoc inualida erat ⁊ nō poterat hoc qđ queſierat naturali ratione oſtēdi: ideo anteq̄ queſitū enodet eam ad fidem inuitat. Vn̄ ſubditur. Et dixit ei ieſus. Crede mihi. ſ. qui ſum via veritas ⁊ vita Jo. xiiij. Igit crede mihi. ſcilicet vie dirigēti. Crede mihi. ſ. veritati illuſtranti. Crede mihi. ſ. vite ꝯſummāti. Nouerat eni dictum Eſa. vij. Niſi credideritis non intelligetis. ad diuina fide opus. Aliter eni alta myſteria dei hūanus intellectꝰ vſurpare non poteſt. Et addit quia venit hora. id eſt. iminet hora: q̄n nec in monte hoc. ſ. gariſym nec hieroſolymis adorabitis prēm. ſ. deum qui pr̄ eſt oium. Vos adoratis qđ neſcitis hoc dicebat. qꝛ verū deū multis erroribꝰ intrinſecis colebāt ⁊ adorabāt: qꝛ forte nec de ſua ſumma imēſitate vel ſpūali intellectualitate. aut de eius p̄deſtinatiua charitate ac ꝓuidentia in iuſtos: ⁊ de et̄nali punitione aut punitiua iuſticia in reprobos ⁊ ſic de multis alijs recte ⁊ catholice ſentiebāt. Et de iudeorum ꝑſo ſubdit dicens. Nos adoramꝰ qđ ſcimus. ſ. deū verū ꝑ legē oſtenſum. Loquitur ad cōitatē de ſcia que eſt ꝑ fidē rectā veram ſeu firmā: q̄uis in q̄tū hō deū adoraret et ſciret ꝑ viſionē aptam ⁊ clarā. Licet autē multi iudeoꝝ vt ſaducei ⁊ ꝯſimiles eēnt tūc errantes. quia tamē cōmunitas ⁊ iudeorū p̄ncipalior pars adhuc recte colebat: ideo ꝓ illis loquit. Aut ſaltem ſm̄ Aug. loquit ꝓ ſe ⁊ ſibi adherentibꝰ: quales fuerūt apoſtoli ⁊ ꝓphete. Et additur. Quia ſalus. ſ. mundi. i. ſaluator ⁊ ſalus mūdi ꝑ eum fienda eſt ex iudeis. i. ex genere ⁊ ꝓfeſſione ⁊ cultu iudeorum ventura eſt. Deniq; de vera adoratione ⁊ deo grata ſubdit dn̄s dicens. Sꝫ venit hora. ſ. gratie ⁊ nūc eſt. q̄n veri adoratores adorabūt patrem in ſpiritu ⁊ veritate. In quibus verbis triplicē reſpectū habuit chriſtꝰ. Primū ad cultū legis. ſcd̄m ad ꝑſonas diuinitatis. tertiū ad actus mentis. Primo quia in ea erant ſacrificia carnalia ⁊ multa localia ⁊ corpalia multum in lege prefixa. In localitate etiam ſamaritani errabāt ſicut ex verbis mulieris patet. Ideo ꝯtra hoc dicit in ſpiritu. Scd̄o quia erāt in lege multa figuralia implicita ⁊ obſcura ſeu vmbroſa. Ideo ꝯtra hoc dicit: ⁊ veritate. Ex his patet ꝙ quaſi dicere velit ꝙ non in locis corporalibus ner ſacrificijs carnalibꝰ adorabāt deū ſed in ſpiritu. i. in veritate aut in corde ſpūali ⁊ ſpūalibꝰ ſacrificijs ꝯtriti ⁊ deuoti cordis. Nec adorabūt eum in figuris ⁊ verbis nec in fide nimis implicita: ſed in virtute explicita et aperta. Scd̄m reſpectū habuit chriſtus in hoc verbo ad ꝑſonas diuinitatis. i. ad duas ꝑſonas diuinitatis ſeu diuinas emanātes a patre: ⁊ nos reducētes ad patrem tanq̄ hamꝰ ducens piſcem ad piſcatorē. Quarū prima eſt ſpiritus. ſcd̄a eſt verbum in quo eſt p̄ma ratio veritatis ſumendo veritatem pro veriſſima expreſſione ⁊ adeq̄tione ſeu pro ſimilitudine in nullo deficiente ab eo cuius eſt imago ſeu ſimilitudo. Sicut autem veritas verbi ducit nos ad ſuum fontem paternū a quo exit: ſic ſpiritus. ſcilicet veritatis ducit nos ad veritatem verbi a quo exit: ⁊ eoipſo ad patrē. Et ideo primo dixit in ſpiritu poſtea ⁊ veritate. Tertium reſpectum habuit chriſtus in hoc verbo ad actus mentis. ſcilicet quos exerceret in ſua eterna adoratione. Quoꝝ primus eſt p̄ncipalior in affectu ⁊ charitate. Et ideo dicit in ſpiritu. id eſt. in actu feruentis amoris ſeu in plena ꝯformitate voluntatis ad ipſum deum. Quia vt dicitur. j. Corinth. vj. Qui adheret deo vnꝰ ſpiritus eſt. Secundus actus eſt in fide ⁊ cognitione. Et ideo dicit. Et veritate. i. in illuiata rōne vt nunq̄ dubitet ipm ſꝑ facē qđ meliꝰ ē



Sicut Jac. j. dicit. Poſtulet i fide nihil heſitans. Et de tali adoratiōe rationē aſſignat dn̄s dicēs. Nam pater tales. ſ. veros ⁊ impermixtos adoratores querit qui adorēt eum. Aliam quoq; rationē ſuꝑaddit dicēs. Spūs eſt deus: ⁊ eos qui adorāt eum in ſpū ⁊ veritate oportet adorare. Quaſi dicat. Q̄to aliquid eſt deo ſimiliꝰ tanto ꝑfectius ⁊ ſibi ꝓpiquius ⁊ amabiliꝰ eſt: ſed deus eſt purꝰ ſpūs igitur illa adoratio que ſpūalior eſt ⁊ ſpūalitati diuine veritatis ⁊ ꝯformior eſt ꝑfectior et amabilior deo. Jam hec mulier ſurſum tendens in chriſtū noīat chriſtū. Vnde ſubdit. Dixit ei mulier. Scio qꝛ meſſyas venit q̄ dicitur chriſtus. ſ. finis legis ⁊ ꝓphetarū. Sed vnde h̄ ſciebat cum non eſſet iudea? Poteſt dici ꝙ ex multa vicinitate quā ſamaritani ad iudeos habebāt: ⁊ ex lege moyſi quā ſamaritani habebāt multa poterat ad hoc audiſſe. vtpute de aduentu magoꝝ aperte querētium ⁊ dicentiū. Vbi eſt q̄ natus eſt rex iudeoꝝ. Et de tota familia chriſti ꝑ iohānē baptiſtam ⁊ eius baptiſmū inducta ⁊ ſic d̄ multis alijs. Tandem ſm̄ Chryſ. mulier eoꝝ q̄ dicta ſunt altitudine fatigata obſtupuit: ⁊ iō remittit ſe ad meſſyā venturū quē ſperabat oēs queſtiōes dei cultus ⁊ oīa ad dinū cultū ſpectantia pleniſſime declaraturū. Jō ſubdit. Cum ergo veniret ille nobis annūciabit omnia.

## Qꝛ cum anima digne deo ſe parat illi chriſtꝰ miro modo eā in ſe transformat. Cap. vij.

s Eptima eſt flāma amoris trāſformantis. Et d̄ hoc ſubdit. Dixit ei ieſus eam in ſe totalit̄ trāſformando. Ego ſum q̄ loquor tecū. O immenſa digno ſaluatoris: qui ad vniꝰ muliercule meretricis ſe in noticiā dedit. Quid ē eſt homo quia innotuiſti ei aut filius hois q̄m reputas eum? Cōfundant ergo ſupbe d̄ deo querētes ꝯcionātes ⁊ diſputātes: q̄m cū ſimplicibꝰ eſt ſermocinatio eius. Duo magnalia eidem ſe manifeſtat. Primo ſe dicit deū. ſecundo ſe dicit hoiem. Deū ſe dic̄ cū ait. Ego ſum Jo. viij. Anteq̄ abraā fieret ego ſum. ſ. faſtigiū celi. gaudiū mūdi. ⁊ ſupplicium inferni. Hoiem ſe dicit cum inq̄t qui loquor tecū ſcꝫ vt doctor vt veritas ⁊ vt vita. Ad Heb. j. Locutꝰ eſt nobis in filio ꝑ quē fecit ⁊ ſecula. Sed quō ⁊ ſe ſic mulieri manifeſtat? Dicendum ꝙ non ſolum pie ⁊ ſalubrit̄ ſed etiā valde rōnabilit̄ quo ad diſpoſitiōes mētis illiꝰ ꝑ ipſam iam māifeſtatas. Nam licet eēt carne peccatrix. tamen multa bona in ſe habebat. Primo eni ad ſanctos p̄riarchas vel reuerens erat. Scd̄o quoq; erat ſollicita d̄ querenda ⁊ ſcienda veritate diuini cultus. Tertio inſuꝑ magnā fidem ⁊ ſpem in chriſtū venturum illam habere ꝑ ſua expreſſa eloq̄a apparebat. ⁊ cum nullā haberet mētiēdi occaſionē ſatis euidens eſt ꝙ mente pura ⁊ ſimplici talia dixit. Cum igit ipſa iam credēt ſic ꝓpinquū eſſe meſſye aduentū ac ſperaret ſe et ſuos ꝑ illum pleniꝰ erudiri bene ꝯdecens fuit ꝙ ipſe meſſyas hoc audiens ſe ſibi clare et ſine velamine reuelaret. Et ſequit in textu. Et ꝯtinuo venerūt diſcipuli eius. ſ. cū cibis emptis. Sed quō iohānes ſcripſit hoc ſi non fuit p̄ſens ⁊ audiuit ea? Dicendū ꝙ forte ſpūſſanctꝰ hoc docuit eū vel forte quidā diſcipuloꝝ remāſerūt cum ieſu ⁊ hoc eſſe potuit ꝙ illi fuerūt petrus iacobus ⁊ iohānes. Signanter autē dicit. Et ꝯtinuo venerūt diſcipuli eius. Ad inſinuandū mirū ⁊ occultū ordinē ꝓuidentie dei: quia ante chriſti circa fidem mulieris finalē intentū nec moroſius poſt hoc intentū diſcipuli redierūt. Non eni expediebat eos amplius ſtare. maxie ꝓpter duo. Primo quia mulier chriſti verbo audito ꝑfecte in eum credit: ſicut patet ex ſeq̄ntibus. Scd̄o quia reuerētialis ⁊ admiratiuꝰ ſtupor quo in auditu verbi chriſti fuit vehementer attonita ⁊ ſtupefacta ſimul ⁊ exhylarata ⁊ inflāmata extitit in ſuo p̄mordio ſeu nouitate fortior q̄ ſm̄ cōmunē vſū ſeu curſum eſſet poſt diuturnā horam. Feruor aūt ſui ſtuporis eam feſtinatiorē reddidit ad gētem ſuam incitandam vt crederent ⁊ venirent ad chriſtum. Additur ꝟo in textu. Et mirabant quia cū muliere loquebat. Scd̄ꝫ ꝟo Chryſoſto. mirabant chriſti humilitatē ſcilicet ꝙ ipſe tam ſapiens ⁊ tam perſpicuus mulieri inopi ⁊ ſamaritane ſic dignaret loqui. Et ſm̄ Aug. bonū mirabant non malum ſuſpicabant. vel mirabant de re valde inſolita chriſto. Sed nunquid indecens fuit chriſtum cum muliere ſola ſic ſtare ⁊ loqui? Dicendū ꝙ non ſolum nihil fuit ſm̄ exteriorem ſpeciem indecens: verumetiā omni decentia fuit plenum ſi ꝯſiderent octo. Primo ꝯſiderato loco qui erat publicus pro aqua haurienda ꝯuerſus. Secundo ꝯſiderato tēpore. ſcilicet hora clara meridiei ⁊ ante cibū ſumptū. Tertio ꝯſiderata cā aduētꝰ ipſiꝰ mulieris. ſ. ꝓ aq̄ hauriēda. Quarto ꝯſiderata eiꝰ etate q̄ poſt q̄nq; viros iam habitos: preſu-

mitur fuiſſe grādeua. Quinto ꝯſiderata pſona chriſti. Sexto ꝯſiderato aduentu chriſti ad puteū. Septimo ꝯſiderata celeris reditꝰ expectatiōe diſcipuloꝝ. Octauo cōſiderata materia verboꝝ chriſti cum muliere. Proinde ſubdit. Nemo tamen dixit qd quer͛l aut quid loqueris cum muliere ⁊ hoc ꝓpt͛ reuerentiam ſm Chryſ. Et quia ad eos non ptinebat. qḋ autem alibi ꝯſidentꝰ eum interrogabant: in cā erat quia ad ſe ptinētia ab eo q̄rebant. Ecce ꝙ vere dicere poterat mulier de chriſto. Igne me examīaſti. ſ. ſeptē flammis et non eſt inuenta ī me iniqtas. i. ꝯtradictio infidelis.

## Articulus. iij. de q̄druplici amore qui in varijs varius repertus eſt.

t Ertius eſt ſtatus amoris pfecti q̄ vt in ſerie ſacri euāgelij eluceſcat fuiſſe in myſterio ſamaritane q̄tuor amores ibi ꝯſideremꝰ. Primo in ſamaritana fuit amor ardens. ſcḋo in chriſto fuit amor cōburens: tertio in aplīs fuit amor incendens: q̄rto in ſamaritanis fuit amor bulliens ſeu feruens. Primꝰ fuit q̄ſi flāma. ſcḋs quaſi ignis. tertius q̄ſi faces mūdū incendētes: q̄rtus q̄ſi aq̄ feruēs. Quia aque multe populi vt dicit Apoc. xvij.

## De ardenti amore anime iaꝫ pfecte que mūdanoꝝ oblita annunciat regnū dei. Cap. j.

p Rimo quideꝫ fuit in ſamaritana amor ardens qui. ſ. ꝓceſſit ex ſeptem p̄cedentibꝰ flāmis ignis chriſti. Et de hoc dicit euāgeliſta. Reliquit ergo mulier hydriā ſuā. Stupor eniꝫ et feruor deuotiōis obūbrauit ac inflāmauit ac trāſformauit eam ⁊ fecit illā hydrie obliuiſci vt myſtice inuat ꝙ ardēs amor tpaliū reruꝫ parit obliuionē. Ignitiſſimꝰ eni amor ieſu p bonitatē ſuā in ipſam ſe imp̄mēs eam trāſformādo totalit͛ reliqt. ac ſtatim mulier in ſe ipſa deficiens ⁊ tota in ipſum tranſiēs in figurā mūdi ꝯtemptꝰ ſitim nō curauit. puteū deſpexit. ac hydriā reliquit. Non igit͛ hauꝛit hec mulier aquā aliā e celo ſuſcepat: ſi haurit corpl͛ aquā mēte portare erat. Mir͛l eteni modis agit in aia chriſtꝰ: ꝙ tā cito eūtit a ſeculo ⁊ in rerū inuiſibiliū trāſformat amorē. ꝯūrit impios ⁊ ſi ſunt. Eſt eni in diogerūſ natura ardēt͛l amoris: amatū ⁊ eiꝰ amorē alijs ꝓ poſſe cōicare ſicut flāma cōicat ignē. Proinde capta hec auis in rhetibꝰ ſaluatoris ſe irretita gaudēs: feſtine alias inuitat ad laqueum. Vñ ſubdit. Et abijt in ciuitatē. ſ. inuitare oēs alios. Proinde ſubdit Chryſ. Sicut apli vocati deſerūt rhetia: ſic hydriā dimiſit iſta ⁊ euāgelicū opus fecit. non vnū tñ vocans ſed integrā ciuitatē. Deniq̄ꝫ facta apl͛a ieſu chriſti: vide q̄ꝫ prudent͛ ⁊ ingenioſe eos induxit ad chriſtū. Nō eni ait. Ego vidi chriſtū quē ſic ⁊ ſic chriſtū eſſe ꝓbaui credite ergo in eum: ſed eos potius traxit ad videndum eū ſubdēdo vnū valde arduū ⁊ mirabile qḋ de ipſo ī ſe ⁊ ſeipſa expta fuerat. Vñ ſubdit. Et dixit illis hoibꝰ. ſ. illius vrbis. Venite. ſ. feſtinant͛. ecce inuitatoriū chriſti. ⁊ videte. ſ. expimētalit͛ hoiem qui dixit mihi. ſcꝫ veraciter. oia quecūq̄ꝫ feci. ſ. integralit͛. Intellexit nēpe ꝙ hoies facilius excitant͛ ad talia mira vidēda q̄ꝫ mox ad illa credēda: ⁊ ꝙ plus ꝓficerēt ex p̄ſentia chriſti ⁊ viſiōe: q̄ꝫ ex aliquo qḋ dicere poſſet eis. Eſt tñ intelligendū ꝙ ſpecificauit eis illa ⁊ ſi non oēs ſingl͛ares actus: tñ oia notabiliora in q̄bus totus ſtatus ſuus p̄ncipaliꝰ decurrebat. Sed ille euāgeliſta cauſa breuitat͛l narrat in ſumma non tamen aſſertiue. ſed interrogatiue ipſū inſinuat eſſe chriſtū ſubdēs. Nunqd ipſe eſt chriſtus. dubiū verbū nō ex dubia mēte ꝓceſſit. Quaſi dicat. Ex his que mihi reuelauit ⁊ dixit: eſſe videt͛ chriſtuſ. Attracti igitur et feruidi ex verbis eius effecti: exierūt igit͛ de ciuitate ⁊ venerūt ad eum ⁊c̄.

## Quanto ardēti deſiderio flagrabat chriſtus ad oīum animarū ſalutem. Capitul. ij.

s Ecūdo vero fuit in chriſto amor cōburēs q̄ſi ignis qui inflāmauit ſamaritanā: ⁊ in pentecoſtes inflāmeſcere fecit apl͛os ad aīarū ſalutē. Ad quē oſtendendū ponit euāgeliſta occaſioneꝫ vnde patefactꝰ eſt dicēs. Interea rogabāt eum diſcipuli eius dicētes. Rabbi manduca. Ex hoc patet ꝙ chriſtꝰ iuxta puteū māducare decreuerat. ex q̄ etiam patet ꝙ in mira paup̄tate ac ſimplicitate ⁊ hūilitate ꝯūſabat͛ cuꝫ diſcipulis ſuis. Et ſubdit͛. Ille autē dixit illis. Ego cibū habeo māducare quē vos neſcit͛l. O ineſtimabil͛ nr̄i ſaluatoris amor flagrās in corde amoroſi ieſu. nam laſſatꝰ ex itinere eſtu feruēte ieiunꝰ ⁊ ſitibūdus: iam hora ſexta inſtante ſitiens vehement͛ non videt͛ bibiſſe niſi mulieris fidem. ⁊ quaſi ex eius ꝯūſione refrigeratꝰ in animo ſitis ſui corporis ſ



curat anguſtias. ſed ⁊ nūc ex cōpaſſione diſcreta ad laſſatū mgr̄m rogātibꝰ diſcipul͛ rñdet ſe deſiderare ꝓ cibo ꝓpl͛oꝝ ꝯūſioneꝫ: q̄s mulier trahebat ad eum. Scḋm eni Theophilū neſcierūt diſcipuli ꝙ ſalutē hoium vocaret cibū ſibi edendū: vel neſciebāt ꝙ ſamaritani iam eſſent venturi ad chriſtū ⁊ credituri in eum. ⁊ ſic ꝙ chriſtꝰ iam haberet eos q̄ſi cibū incorpare. Credo autem ꝙ chriſtꝰ de vtroq̄ꝫ eoꝝ hic loqui intēdebat: de ſamaritanis q̄dem ſpecialius de oībꝰ autē gnālꝰ. In pñti aūt ꝯūſione ſamaritanoꝝ p̄ſagiebat͛ et p̄figurabat͛ vniūſalis ꝯuerſio gentiū neſciētes dicebant igit͛ diſcipuli eius adinuicem. Nō ſm Chryſ. aſſuetā reuerentiā ⁊ honorē mgr̄o in eo qḋ non ſibi ſed adinuicē q̄ſi ſecreto hoc dicebāt. Nūqd aliqs attulit ei māducare. Augꝰ. Quid mirū ſi mulier illa nō intelligebat aquā: ſi diſcipuli non intelligebant eſcam. Satis eni ex ſuo modo loquendi potuerūt adūtere: ꝙ de ſpūali loqueretur cibo. Dixit eni ieſus. Meus cibus eſt vt faciam voluntatē eius qui me miſit: vt pficiam opus eius. Vide quō gradatim loquit͛ dicens meus cibus ⁊c̄. Et poſtea ſubdit. vt pficiam opus eius: q̄r p̄ncipalis chriſti intētio et pfectio fuit ſeruare voluntatē dei. ſ. viuēdo in altiſſima pfectione virtutū. Et ex hoc cōſecutiue intendebat opus dei pficē redimēdo genus hūanū. Poteſt etiā dici opus dei p antonomaſyā ⁊ excellentiā mie eius: qua nos errabūdos ad ſe reduxit. Proinde propheta ait. Mia eius ſup oia opa eius. ſed q̄r hoc eſt p fidem ieſu chriſti. Io. vj. ipſe dixit. Opus dei eſt vt credatis in eū qui miſit me. Dicit autem opus eius potius q̄ꝫ opus meum triplici ratione. Primo vt ſe doceat oia referre ad patrem tanq̄ꝫ ad prīnū p̄ncipium pſone ſue. Scḋo vt oſtendat ꝙ ipſe inq̄ꝫtum homo p̄ncipalis opator nō eſt ſed coopator. Tertio vt in noſtris opibus doceat nos plꝰ amare ⁊ ſape que dei ſunt: q̄ꝫ que ſunt ꝓpa noſtra.

## De incenſo deſiderio ad verbum dei apl͛oꝝ ⁊ euāgelicoꝝ virorum qui miſſi ſunt pro ſalute animarum. Cap. iij.

aliam ſubſtantiam. aliam q̄ꝫtitatem ⁊ aliam qualitatem accipere. ergo videtur de preſũptione iuris ⁊ ſm veritatem dediſſe damnum.. Si autem inaduertenter aliquis pręedictoꝛum defectuum in re vendenda repertus eſt: venditoꝛ non peccat. tamen cum p̲uenerit ad noticiam eius recompenſare tenetur damnũ emptoꝛi illatũ. Et h̄ etiam vide in ſermõe. xxxv. arti. iij. p̲ totũ. Scđo regula dicit ꝙ ſeruet̄ eq̄litatẽ valoꝛis incõmutatis. Qđ patet p̲ Aug. xiij. de trini. c. iij. d. Uile velle emere ⁊ chare velle vendẽ reuera vitiuꝫ eſt. Qđ intelligit̄ de re vili ⁊ chara q̄ꝫtum ad vſum. Nã freq̄nter res que i ſe nobilioꝛ eſt in eſſe nature vſui hoium minꝰ vtilis eſt. ac p̲ hoc minꝰ eſt p̄cioſa. ſicut patet p̲ Aug. li. de ciui. dei dicentẽ. Qđ melioꝛ ẽ in domo panis q̄ꝫ mus cum tamẽ oẽ viuũ nobilius ẽ ſimpliciť ipſo nõ viuo. Sed de h̄ dicetur plenꝰ ſermõe. xxxv. arti. j. Tertio q̄ꝫ p̲ter p̄dicta addit̄ ſm rectã rõnem attendẽtem. ſ. naturã rei in compariõe ad hũanum vſum. ꝓpter quẽ iſta p̲mutatio fit. Talis eq̄litas ſm rectam rõnem non ꝯſiſtit in indiuiſibili medio imo in tali medio qđ reſpicit ipſa iuſticia cõmutatiua. Mag̃ eſt latitudo et intra illam latitudinẽ nõ attigẽdo indiuiſibilem punctũ equalentie ei ⁊ rei. ⁊ quo ad h̄ impoſſibile eſſet cõmutãtes attingẽ in q̄cũq̄ꝫ gradu circa extrema fiat ſic vtriq̄ꝫ iuſte. Que ſuſtiñt iſta latitudo ⁊ q̄ꝫtũ ſe extendit qꝛ idẽꝫ eſt in p̲mutatiõib' ſicut in emptiõibꝰ ⁊ venditionibꝰ ideo dicet̄. j. ſermõe. xxxv. arti. j. ⁊. ij. Et etiam plura alia ad p̲mutationẽ p̲tinentia ibidem ponũtur. vltra ea que dicta ſunt. Notant̄ adũtendũ eſt ꝙ cum iſtis ꝯtractibꝰ p̄dictis. ſ. donationũ p̲mutationũ emptionu ⁊ venditionũ ſicut dictum eſt. ꝯueniunt mutua cõmutatio ꝯiũctio ⁊ locatio. iõ q̄ꝫtum ad ꝓductiões ỏ illis ſuppoſitas ſeruãda ẽ in eis iuſticia ꝯſiderãda in his ad vſum ſicut in illis ad dñium. Iniuſticia aũt ex p̲mutatione patet ex tribus cauſis. Primo ex deceptione. ſcđo in volũtario: tertio ex ꝓhibitõe ſupioꝛis cui p̲mutãs ſubeſt in p̲mutando ſicut latius. ſ. arti. ij. et. c. ij. de donatiõibꝰ dictuꝫ eſt. Et ex hoc dici poteſt iniuſta p̲mutatio q̄ fit i aleaꝝ ludis ⁊ hmõi iuxͣ illud. ff. de alcat. l. vlt. Et ex̄ de vi. et hone. cle. c. clerici officia hec Sco. Ceterũ quia quã putabamꝰ longius fuit ſermo. ſi multa que vlteriꝰ in p̄ñti materia occurrũt explozare vellemꝰ verendum ne aut ſermo grata breuitate careret aut larga excelleſcꝫ materies ex feſtinãtia. obita diligẽtia fraudaret̄. Pauſemꝰ ꝓinde. hodie iã ſi placꝫ ac tan q̄ꝫ aialia mũda ruminemꝰ que hodierno ſermõe tota auiditate glutiuimus atq̄ꝫ p̄parẽmꝰ vigiles mentes noſtras ad ea que de hac materia dicenda ſunt ⁊ hoc maxime die craſtina ad dirigẽdũ mercantes et artifices in viam rectam ne in op̲ibꝰ ⁊ mercimonijs amplius peccare velint hoc miſericoꝛdit̄ largiẽte agno mũdo ⁊ imaculato dño nr̄o ieſu chꝛiſto. Qui cum pr̄e ⁊ ſpũſcõ ⁊c.

¶ Dñica. iiij. in q̄dragesima immane de mercatoꝛibꝰ ⁊ artificibus in generali. Ser. xxxiij.

Eijce ãcillã et filium eius ad Gal. iiij. et in epiſtola hodierna p̄ictũ eſt in ſermone p̄cedenti de oꝛigine dominioꝝ atq̄ꝫ de rerũ diuiſione trãſlatiõe ⁊ ỏtractuũ diſtinctiõe. necnon p̲ticulariť ſubiunctũ eſt de p̲mutatiõe rerũ. nũc autẽ dicẽdum eſt de mercatoꝛibꝰ ⁊ artificibꝰ in generali. cum p̄ſens materia magna ſit ignua ad multa que in ſeq̄ntibꝰ tractãda ſunt. Ad hoꝝ rum igitur intelligentiã notandũ eſt ſm Alexan. de halis ꝙ tria ſunt genera operũ hũanoꝝ. Primo eni ſunt quedã que nimie poſſunt eẽ mala. ſcđo ſunt aliq̄ que non p̄ñt eẽ bona: tertio q̄ꝫ alia repire ꝯtingit que p̄ñt eẽ bona ⁊ mala. Primo inq̄ꝫ ſunt quedã op̲a que mala eſſe non p̄ñt. Sicut diligere deuꝫ ex toto coꝛde ⁊ ex tota aia. atq̄ꝫ diligere ꝓximũ ſuũ iuxta ſniam ſaluatoꝛis Mat. xxij. Scđo q̄ꝫ ſunt op̲a alia que nimie p̄ñt bñ fieri cum ex ipſa actus inoꝛdinatiõe ſm ſe omnino mala eſſe p̲hibeant̄. hmõi ſũt blaſphemare deũ. odire ꝓximũ. vſura. foꝛnicari. et cetera ſimilia. Tertio inſup̲ ſunt quedaꝫ alia op̲a que p̄ñt ⁊ bene ⁊ male fieri. ſicut dare elemoſynã. ieiunare. oꝛare. ⁊ ſimilia int̄ que mercatio computat̄: qꝛ non de ſe mala eſt. ſed ex circũſtãtia tp̄is ⁊ loci ⁊ ſimiliũ p̄õt licite exerceri. Proinde Augꝰ. in li. de q̄ſtionibus noui ⁊ veteris teſtamẽti ſic ait. Foꝛnicari hoibꝰ ſemp̲ nõ licet. Negociari aũt aliq̄ñ non licet. ſicut ſi emant̄ merces in dei tẽplis q̄ abhoꝛrere ſe oſtẽdit dñs Mat. xxi. Qñ dei zelo armatꝰ intrauit ⁊ eijciebat oẽs vendentes ⁊ emẽtes de templo. vt myſtice demonſtraret ꝙ in venditiõibꝰ ⁊ emptionibus ỏ coꝛde hoĩs qđ ẽ templũ dei auaricia q̄ꝫ eijci dꝫ q̄ eſt ãcilla. Teſte apl̃o ad Col. iij. Auaricia q̄ eſt idoloꝝ ſeruitꝰ Ipa eni ſeruit



theſauris ꝯgregãdis. quia. ſ. ſeruire facit nũmis cum filijs ſuis qui ſunt oẽs ꝯtractus illiciti. Sed quid dicit ſcriptura diuinitꝰ inſpirata: Eijce ancillam. i. auariciã antedictã. ⁊ filium eius. ſ. p̄ncipalem qui eſt amoꝛ tp̲aliuꝫ rerum. Nam ſi in mercãtijs ⁊ artibꝰ ancillaꝫ talem dñari ꝯtingit mercatoꝛ ⁊ artifex relictis diuitijs ꝯgregat in eternũ p̲ibit. Ideo dicit̄ Prouẽ. xxx. Per tria mouet̄ terra ⁊ q̄rtum qđ ſuſtinẽ non p̄õt. p̲ ſeruũ cum regnauerit. p̲ ſtultũ cum ſaturatꝰ fuerit cibo ⁊ p̲ odioſam mulierẽ cum in m̄rimonio fuerit aſſumpta. ⁊ p̲ ancillã cũ fuerit heres dñe ſue. Seruus regnãs eſt coꝛpus ſpũi p̄dñans. Stultus ſaturatꝰ cibo eſt affectꝰ repletus carnali deſiderio. Mulier odioſa in m̄rimonio ꝯiũcta eſt mens elata odioſa deo ⁊ demoni copulata. Ancilla heres dñe ſue eſt intelligentia ſolis terrenis ac trãſitoꝛijs diuitijs dedicata. cui caro dñat̄ de terra foꝛmata ⁊ in puluerem reũſura. cuius tunc terrena intelligẽtia efficit̄ heres. cũ ad tantã p̲uenit cecitatem ꝙ in eternũ non credit relinq̄re diuitias congregatas. Ibi ſunt vñ p̄s. ait. Oculos ſuos ſtatuerũt declinare in terrã. Et h̄ eſt q̄rtum qđ terra ſuſtinẽ non p̄õt: qꝛ ſicut p̄s alibi inq̄t. Doꝛmierũt ſomnũ ſuũ ⁊ nihil inuenerũt oẽs viri diuitiarũ in manibꝰ ſuis. Eijce ergo tu mercatoꝛ ⁊ artifex hanc ancillã ⁊ filiuꝫ eius de coꝛde tuo. quos tũc illos eijcies: cuꝫ ſm rectitudinẽ ⁊ iuſticiam illa p̲ficies. ne tibi ꝯtingat qđ ꝓpheta ait p̄s. lj. Tota die iniuſticiam cogitauit lingua tua. ſicut nouacula acuta feciſti dolũ. Ubi oñdit̄ triplex ſtudiuꝫ iniuſti mercant̃ ⁊ artificis ad iniuſticias exercendas. Primũ eſt ſtudiũ coꝛdis. ibi. Tota die iniuſticiã cogitauit. ſcđꝫ eſt ſtudiũ oris ibi. lingua tua: tertiũ eſt ſtudiuꝫ op̲is. ibi. ſicut nouacula acuta feciſti dolũ. Et p̄õt eẽ aliud thema in p̄ñti ſermõe. Et latiꝰ expone t̄ ſermone. xliiij. arti. j. c. iij. Igit̄ de mercatoꝛibꝰ et artificialibꝰ ⁊ q̄buſcũq̄ꝫ emptiõibꝰ ⁊ venditionibꝰ generalẽ ⁊ vtilẽ doctrinã tradere cupien̄. tria ad p̄ñs ꝯſideremꝰ. ſ. Primo eoꝝ licitam exercitationẽ, ſcđo eoꝝ impiã abuſionem: tertio eoꝝ debitã refoꝛmationẽ.

## Articulus pꝛimus ꝙ triplici via oſtendit̄ licitam eſſe mercationem.

PRima aũt ꝯſideratio circa mercationẽ eſt de eius licita exercitatione. Triplici eni via p̄õt oſtendi ꝙ mercãtia licite p̄õt exerceri. Primo via nature. ſcđo via ſcripture: tertio via gratie ſeu ſancte eccleſie.

## Q ex lege nature oñdit̄ licitã eſſe mercationẽ ⁊ maxime propter tria. Capitul. j.

PRimo q̄dem ꝓbat̄ via nature licitam eſſe mercationẽ. Qđ nempe demõſtrari p̄õt ex triplici vtilitate q̄ ſequi ſolet ex illa. Prima ẽ vtilitas general. ſcđa ẽ vtilitas ſpecialis: tertia ẽ vtilitas p̲ticularis. Prima inq̄ꝫ eſt vtilitas gñalis quod ſm Sco. in. iiij. di. xv. q. ij. patet ex mãifeſtis neceſſitatibꝰ ⁊ cõmodis ꝓuenictibus cõitati hoiuꝫ ex officio ⁊ exercitio ipſo mercãdi. Cõſtat eni ꝙ multa deſunt vni patrie ſeu vrbi q̄ in altera ſup̲abũdãt. Illi q̄ꝫ q̄ in colẽdis agris et in ceteris artibꝰ mechanicis occupant̄ aut regimini reipublice ſeu iuſte militie op̲am p̄ſtant cõmode ⁊ opoꝛtune adire nõ p̄ñt terras ad res q̄bꝰ egent emẽdas ⁊ deferendas nec inſup̲ ad h̄ oẽs induſtriã ⁊ p̲iciã hñt. ꝓpt̄ qđ reipublice expedit ꝙ huic officio aliq̄ ad h̄ idonei mancipent̄ q̄bꝰ vtiq̄ꝫ merito aliqđ lucri emolimentũ debet̄ iuxta illud apl̃i. j. Coꝛ. ix. nemo militat ſuis ſtipẽdijs vnq̄ꝫ. nec repirent̄ q̄ abſq̄ꝫ lucro huic op̲i inſeruire vellent. Et merito q̄dẽ cũ dñs Mat. x. dicat. Dignus eſt mercẽnariꝰ mercede ſua. Inſuper adũtendũ eſt ꝙ in mercatiõe ꝯcurrũt multa ꝓ reipublice ſeruitio ⁊ vtilitate que iuſte p̄emiũ ꝓmerent̄. Primo ꝯcurrit mercatoꝝ induſtria. ſcđo ſollicitudo: tertio laboꝛes. ⁊ q̄rto p̲icula. Primo eni ꝯcurrit induſtria. Naꝫ ſi mercatoꝛes nõ eẽnt induſtrij in rerũ valoribꝰ ⁊ p̄cijs expẽſis p̲iculis ⁊ cõmoditatibus ſubtiliť eſtimãdis: ꝓfecto ad h̄ idonei neq̄q̄ꝫ eſſent. Scđo ꝯcurrit vigilãtia atq̄ꝫ ſollicitudo circa p̄dicta q̄ in tali exercitio plurimum neceſſaria eſt. Tertio ꝯcurrũt laboꝛes. Sepius enim tales multis laboꝛibus h̄ exercẽt mare ⁊ aridã circueũtes ⁊ in illis ſepe multa incõmoda ſuſtinentes. Quarto in talibꝰ cõcurrunt p̲icula ſ multa dum ſuas pecunias atq̄ꝫ merces ex illis emptas necnon ⁊ ꝓpꝛias perſonas multis periculis contingenter exponunt. Quinto inſuper addi poteſt ꝙ cum antedictis periculis ⁊ laboribus non ſemper lucroſis hoc exercent. et quia ex his oibꝰ reipublice ſunt vtiles ⁊ opoꝛtuni patet ꝙ merito lucrum p̄dictis circũſtantijs competens ⁊ diſcretum inde p̄ñt ⁊ debent rationabiliter repoꝛtare. Ulterius ſequitur ꝙ vſq̄ꝫ ad aliquã menſurã cõmodã ⁊ diſcretam

poſſunt iuſto modo meritũ ſuarũ preciũ au
gere. Scõa vtilitas ex mercatiõe ꝓueniẽſ
dicit̃ ſpecialis. Oẽs nempe a qbus mercato
res emũt ⁊ qbus iterũ reuendũt ſaluo eorũ
rõnabili lucro poſſunt ſpecialit̃ lucrũ com=
petens inde habere: ſicut aſſidua doccmur
expientia. Quia qđ in vna terra eſt abũdãs
et vile: hoc idem in alia terra vel patria ẽ ne
ceſſariũ rarum ⁊ charũ. Sed poſtq̃ agrico=
le atq̃ artifices de ſuis artificijs vendẽdo lu
crum ꝯgruũ habuerũt: poſſunt etiam mer=
cantes cum alioꝝ cõmodis inde competens
habere lucrũ. Tertia vtilitas ex mercatio
ne ꝓueniens eſt ꝑticulari. Nam ſicut indu=
ſtria artificis ſibi licite fit lucroſa ſic etiã in=
duſtria mercatoris in reruꝫ precio ⁊ valore
prudenti⁹ examinãdo ⁊ ad ſubtiliores mi=
nutias iuſtũ preciũ ꝑducẽdo poteſt ſibi ꝑti=
cularit̃ licite valere ad lucrũ ⁊ maxime cum i
hoc ſalua latitudie iuſti precij cõiter ꝓſit: cũ
ꝑ hoc etiam diſcant ſubtili⁹ penſare rerũ pre
cia ⁊ valores. Preterea ex hoc varie oportu
nitates ⁊ occaſiões ad res cõmodi⁹ vendẽ=
das atq̃ emẽdas habẽt in tꝑalib⁹ ⁊ ciuilib⁹
locum ſuũ qđ quidem manat ab ordine ꝓui
dentie dei ſicut ⁊ cetera tꝑalia bona. Proin=
de ſi per hoc mercatores lucrant̃ ex dono
dei ꝓuenit potius q̃ ex malo dũmodo ipſa
rum mercationũ lucrũ menſurã debitã non
excedat ac debitis modis ⁊ circũſtãtijs fiat.

## Q̄ mercatio ſcripture teſtimo nio licita comprobat̃. Cap̃. ij.

s Ecũdo vo via ſcripture ſacre pro
batur licitã eſſe mercationẽ. Qđ
ſic patere poteſt. Naꝫ ſi h̃ de ſe. i.
de ſui natura eſſet pctm̃ ſaltẽ mor
tale expſſe ipſa ſacra ſcriptura in aliq̃ loco ꝓ
hibuiſſet ⁊ maxie cũ fere tot⁹ h̃ mũdus ſicut
expiẽtia patet in h̃ ſp ⁊ publice occupet̃. hoc
aũt nunq̃ fecit niſi ſolũ aliqñ rõne circũſtan
tie vitioſe. ſicut eſt mercari in ſabbato vel in
templo in q̃ actũ ipſum in ſe videt̃ ꝯtemne=
re. Proinde Neemie vlt. dicit̃ q̄ nullus in=
ferret on⁹ in die ſabbati ⁊ q̄ negociatores ñ
vẽderẽt venalia i ſabbato. Vñ ſuppõnẽ ⁊ cõ
cedẽ videt̃ q̄ ceteri dieb⁹ hebdomade h̃ eis
licerent.

## Per gratie ſtatũ etiã oñditur mercationẽ eſſe licitã. Cap̃. iij.

t Ertio q̃ oñdit̃ eẽ licitã mercatio=
nẽ via gr̃e. Nã tꝑe gr̃e vniũſal' ec=
cleſia mercatores ſb ꝯgrua mẽſu
ra lucrãtes nũq̃ dãnat. imo i ſtatu ſaluti iu
dicat. niſi alia crimia ſbſint. Ad h̃ ex̃ de do.
int̃ vi. et vx. c. ꝑ nſas. Sꝫ ꝯ ꝑdicta ſati obſta
re videt̃ Chryſ. ſup illud Mat. xxj. et eijcie=
bat ieſus oẽs emẽtes ⁊ vendẽtes de templo
Et ponit̃. lxxxviij. di. c. eijciẽs. licet plerīq̃
decretoꝝ text⁹. c. illud nõ habeãt q̄ palea ẽ.
Ibi eni Chryſ. ait q̄ ꝑ h̃ chriſt⁹ deſignauit q̄
mercator nunq̃ põt deo placẽ ⁊ ideo nullus
chriſtian⁹ dꝫ eſſe mercator aut ſi voluerit eẽ
ꝓijciat̃ de eccleſia. Et paulo p⁹. Qui emit et
vẽdit ſine ꝑiurio eẽ nõ põt. Ad qđ dicendũ
q̄ Chryſ. exaggũatiue hic locut⁹ eſt. Pro eo
q̄ pauci ſunt mercatores q̃ debitã mẽſuram
iuſticie intẽdãt in ſuis mercatiõib⁹ ⁊ obſer=
uẽt. ⁊ q̃ in multi alijs vitijs in h̃ nõ peccent.
aut abſq̃ dubio nõ eſt in hoc dicto ſeq̄ndus
cũ nullam habeat ꝓ ſe rõnẽ cogentẽ ſeu ſa=
cre ſcripture auctem. Nã ex illo ſacre ſcptu=
re loco non põt trahi q̄ chriſt⁹ ibi irruit ge=
neralit̃ ꝯtra oẽs emẽtes ac vẽdẽtes in tem=
plo. Non eni oportet oẽs fuiſſe mercãtes lo
quẽdo de eis iuxta cõem formã. De q̃ tamẽ
mercatore ꝓprie Chryſ. ibi loquit̃. patebit i
vlti. c. arti. ſeq̄nti. Adũtendũ eſt aũt q̄ ſunt
negocia q̃dam que vix pñt abſq̃ pctõ fieri ſi
cut patet de pe. di. v. c. negociũ. Et a docto=
ribus nũant̃. Primũ eſt cura rei familiaris
ſcðm eſt militia. tertiũ eſt ꝓcuratio. q̃rtũ eſt
admiſtratio. qntũ eſt mercatio. de q̃ de pe.
di. v. falſas. et in. c. q̃litas dicit̃. Qualitas lu
cri negociantẽ aut accuſat. aut arguit. quia
aut eſt honeſt⁹ queſtus aut turpis. Verun=
tamen penitẽti vtilius ẽ diſpẽdia pati q̃ pi=
culis negociatiõis aſtringi. q̄ difficile eſt in
ter ementis vendẽtiſq̃ cõmertiũ non intue=
nire peccatũ. Hec qnq̃ picula poſuit Ray.
Sextũ q̃ piculoſi⁹ his oibus eſt aduocatio.
Septimũ autẽ non omittas. ſ. epat⁹ officiũ
q̃ nil miſerabili⁹ ⁊ piculoſius eſt ſi ꝑfunctorie
res agat̃ ſicut patet. xl. di. ante oia. Hec duo
vltima addit Hoſtieñ. Et ſimilit̃ habet̃ in. c.
negociũ. ea. di. q̄ vt dicit glo. in dicto. c. q̃li=
tas. Naturale ẽ ꝯtrahẽtibus adinuicem ſe
decipere.

## Articulus. ij. de ſeptẽ circũ ſtantijs ex quibus mercatio illi cita efficitur.

s Ecũda aũt ꝯſideratio circa mer=
cationẽ eſt ex ei⁹ impia abuſione
Licet aũt ex iã dicti patet q̄ mercã
tia põt licite exerceri: iñ plurimũ difficile eſt
Ideo dicit̃ Eccl. xxvij. Qui querit locuple=



tari auertit oculũ. ſ. a iuſticia ⁊ a deo. qđ de=
clarans ſubdit dicens. Quia ſicut in medio
compaginis lapidũ palus figit̃: ſic etiã inter=
mediũ emptiõis ⁊ venditiõis anguſtiabitur
peccatis qui querit locupletari. Itẽ ex ſeptẽ
plici circũſtantia fit mercãcia illicita. Primo
ex circũſtantia ꝑſone. ſcðo ex circũſtãtia cau=
ſe. tertio ex circũſtantia tꝑis. q̃rto ex circum=
ſtantia loci. qnto ex circũſtãtia ꝯſortij. ſexto
ex circũſtãtia cõis damni: ſeptimo ex circũ=
ſtantia modi. Sexta circũſtãtia eſt Scoti re=
lique Alexan. de halis.

## Q̄ non licet eccleſiaſticis vi ris ſe mercacionib⁹ implicare. Capitulum. j.

p Rimo vo fit mercacio illicita ex
circũſtantia ꝑſone. Maxime eni licꝫ
clericis ⁊ eccleſiaſtici viris merca=
tioni vacare. Iđ dicit̃ ad Timoth. ij. Nemo
militãs deo implicat ſe negocijs ſecularib⁹
lxxxviij. di. c. negociatorẽ clericũ. Hiero. ait
Negociatorẽ clericũ ⁊ ex inope diuitẽ ⁊ ex ig
bili glorioſum q̃ſi q̃ndam peſtẽ fuge. Et Au
gu. in ſeq̄nti. c. ait. Anteq̃ eccl'aſtic⁹ q̃s ſit li=
cet ei negociari: facto iam nõ lꝫ. ex̃ ne cle. vel
mo. ſecul̃. negl. ſe imiſ. ꝑ totũ. Pena aũt cleri
coꝝ q̃ ſecularib⁹ negocijs imiſcẽt eſt q̄ ſi ſe ñ
correxerint deponi debẽt. xcj. di. clericus. ex̃
ne cle. vel mo. ⁊c̃. c. ſed nec. Ita tñ q̄ religioſi
diſtricti⁹ q̃ alij puniant̃ vt patet in dicto. c.
ſed nec. Nam decet clericis ſancte viuẽ ⁊ nõ
cupiditatib⁹ ſeu mercatiõib⁹ vel lucris ſ deo
adherere q̃ ſummũ bonũ eſt. Vñ Greg⁹. in
expoſitiõe. xlvij. di. c. bonoꝝ vbi dicit̃. Bo=
noꝝ operũ inherẽ nõ alit̃ valeam⁹ niſi cupi=
ditatẽ a nobis que oium maloꝝ radix ẽ ab=
ſcindam⁹. Radix eni oium maloꝝ ẽ cupidi=
tas. j. ad Timoth. vj. Et de pe. di. ij. ſi q̃s ſe=
mel. §. q̄ radix. Et ẽ tex. Augl. omel. viij.

## Q̄ niſi ex neceſſitate ⁊ pieta te nõ licet etiã ſecularib⁹ exerce re mercationẽ. Cap̃. ij.

s Ecũdo fit illicita mercãtia ex cir=
cumſtantia cauſe. Scðm vo Ale=
xan. de hal' etiã laico mercari non
licet niſi ꝓpt̃ duo. ſ. vel ꝓpt̃ neceſſitatẽ vel ꝓ
pter pietatẽ. Primo inq̃ ꝓpt̃ neceſſitateꝫ vt
ſcꝫ ſatiſfacẽ poſſet ſibi ⁊ familie ſue ſm ꝯdecẽ
tiam ſtat⁹ ſui. Scðo ꝓpt̃ pietatẽ vt. ſ. lucret̃
ad diſtribuendũ paupib⁹ ⁊ in alias pias cau
ſas ꝑdictũ lucrũ. Vtputa ſm Tho. ſcða. ij.
q. lxxvij. intẽdit aliq̃s negociatiõi ꝓpt̃ publi
cam vtilitatẽ ne. ſ. res neceſſe ad vitam pa=
trie deſint ⁊ lucrũ petit nõ quaſi ꝓ fine ſ q̃ſi
ſtipendiũ ſui laboris. ⁊ h̃ etiã mõ licet q̄ pie
tas dici põt. Sꝫ illicita ẽ ſm Tho. rei mercã=
di finẽ ꝑncipalit̃ in lucro ponẽ. Mercari vo
ꝓpter ſubas cumulãdas ⁊ ꝓpt̃ improbã di=
uitiarũ cupiditatẽ ⁊ curioſitatẽ ſeu ꝓpt̃ aliũ
malũ finem illicitũ eſt ⁊ culpa mortal'. ⁊ h̃ ꝓ=
hibita ſunt oibus. vt patet di. xlvij. c. oẽs. et
c. ſicut hij. His ꝯcordat Ray. Ex his apti⁹ pa
tet q̄ mercari vt ex lucro cumulent̃ ſeculi va=
nitates ⁊ pompe in ſe aut in vxore ⁊ in fami
lia ſua illicitiſſimũ eſt ⁊ ad culpã culpa. Ta=
les vtiq̃ expẽſe imoderate inſatiabilis ſunt
abyſſus: que inſatiabilẽ req̄rũt abyſſum lu=
croꝝ etiam iniquoꝝ. Vñ pš. Abyſſus abyſ=
ſum inuocat. Ex his patet q̄ mercãs licet ꝑ=
iuriũ nihilq̃ aliud iniuſtũ qđ cõmittẽ ſolet h̃
hoium gen⁹ in mercatiõib⁹ ſuis cõmittat: ni
hilomin⁹ nõ eximit̃ a mortali. ſi ꝓpt̃ iniuſtã
cauſam licet alias iuſte exerceat mercãtias.
De hmõi eni Eccl. iiij. dicit̃. vnus eſt ⁊ ſcðm
non habet. nõ filiũ non frẽm. ⁊ tñ laborare
non ceſſat in mercãtijs. nec ſatiant̃ oculi ei⁹
diuitijs. nec cogitat. d. cui laboro ⁊ fraudo
aiam meã bonis. Sed ⁊ hoc mirabile eſt q̄
cum plurimi tales repiant̃. nullus q̃ de hoc
ꝯſcientiã ſibi faciat inuenit̃. Proinde ſm fra
trem aluarũ in libro de planctu eccleſie. Vẽ
dere chari⁹ q̃ emat̃ cupiditati cauſa eſt pec=
catum ⁊ turpe lucrum. xiiij. q. iiij. c. q̃cunq̃.
Iđ tale lucrũ eſt paupib⁹ diſpẽſandũ. Et ite
rum turpe lucrũ a doctorib⁹ reputat̃ ſine ne
ceſſitate emẽ res tꝑe q̃ minus valent ⁊ ſerua
re ad tꝑs charioris fori vt tunc vendant̃ et
ad h̃ facit. c. ꝑdictũ q̃cunq̃. vbi de hoc in te=
xtu palã habetur.

## Q̄ diebus feſtiuis mercari ñ licet. Capitulum. iij.

t Ertio fit illicita mercãtia ex circũ=
ſtãtia tꝑis. ſ. cum fit dieb⁹ feſtiuis
oroni ⁊ deuotiõi atq̃ ſacri exerci=
tijs deputati. ſic patet d̃ mercatorib⁹ q̃ vadũt
ad nũdinas ⁊ mercata atq̃ vẽdũt ⁊ emũt in
eis: ⁊ cõit̃ dimiſſis officijs ſacri ⁊ vbo dei. et
nulla in tali die audita miſſa inſatiabilit̃ in=
hyãt ad tꝑalia lucra. ergo inſenſibiles effecti
ad ſpũalia ⁊ eterna nulla eis ſapiunt niſi trã
ſitoria. Vñ Baruch. iij. de talibus dicitur.
Exq̃ſierunt prudentiã que d̃ terra eſt nego=
ciatores terre themam. Thema vero interꝑ
tatur auſter. Eſt eni auſter ventus meridio
nalis qui eſt humidus ⁊ calidus: ⁊ ſignifi=

cat cupiditatẽ ⁊ auariciam. que ꝗdem diffe=
runt inter ſe. Nam cupiditas imoderate cõ-
cupiſcit non habita. ſed auaricia retinet in=
iuſte acꝗſita. Primũ ꝟo in hũiditate. ſcõꝫ ve
ro in caliditate ſignificaẜ. Contra tales cla=
mat tertiũ preceptũ dñi dicẽs Exo. xx. Me-
mento o mercator vt dieꝫ ſabbati ſanctificeſ
id eſt. ſanctis opibus nõ mercatiõibꝰ vacces.
Item in in eodẽ libro ⁊ loco dicaẜ Sex diebꝰ
opaberis etiam opa tua Leuit. xxiij. dicẜ
Oẽ opus ſeruile non facies.

## Q in locis deo dicatis ⁊ ſacris illicitũ eſt mercari. Ca. iiij.

q Uarto illicite mercacio exercetur
ex circũſtantia loci. ſ. cum fit in lo
co diuino ⁊ dei cultui dicato. Cõ=
tra tales Mat. xxj. dñs ardẽtiſſi=
mũ zelum oñdit intrans templuꝫ dei eiicie=
bat oẽs vendẽtes ⁊ emẽtes ⁊c̃. In quo qui=
deꝫ actu feruido zeli aduertendũ eſt ꝙ non
tm̃ vendẽtes ſed etiam emẽteſ in templo eie
cit: eo ꝙ in vendẽtibꝰ mali ꝓſtabãt occaſionẽ
necnon ⁊ hoc faciebãt in indebito loco: atꝗ
modo ꝑturbatiuo orõnis ⁊ diuini cultꝰ. Q
ta autẽ veneratiõe ⁊ reuerẽtia ſint digna tẽ=
pla dei ⁊ loca deo dicata: oñdiẜ ex̃ de imu. ec
cle. li. vj. decet. Decet domũ dei ſctitudo de=
cet vt cuius factus ẽ in pace locus eius cultꝰ
ſit debita veneratiõe pacificus. ſitꝗ ad eccle
ſias humilis ⁊ deuotꝰ ingreſſus. ſit in eis ꝗe
ta ꝯuſatio. deo grata inſpiciẽtibꝰ placida. ꝗ
ꝯſiderãtes non ſolũ inſtruat ſed ⁊ reficiat cõ
uenientes ibidem. Quia dicit textus. lxxxv-
iij. di. in. c. ꝯſeq̃ns. Domus mea domꝰ orõ=
nis eſt ⁊c̃. Item in eccleſia nihil inhoneſtum
nihilꝗ incongruũ fieri debet. xlij. di. c. non
oportet. Et duobꝰ capĩis ſeq̃ntibꝰ. Et. xvj. q
vij. c. ⁊ hoc. Prohibeẜ ꝙ i ſacro loco vbi orõ
nibus vacandũ eſt mercatiões non fient.

## Non licet charius vendere merces forenſibꝰ ⁊ ꝑegrinis ꝗ̃ vendanẜ ciuibus i comuni foro Capitulum. v.

q Uinto nõ licet mercari ꝯſiderata
circũſtantia ꝯſortij. ſ. cũ res ven=
diẜ charius trãſeũtibꝰ ꝗ̃ mercato
ribꝰ atꝗ mãſuri ⁊ diſcreti aut plus ruſticis ⁊
ignari ꝗ̃ ciuibꝰ expertis: aut plus ſimplicibuſ
ꝗ̃ aſtuti. Cõtra qȯ ex̃ de emp. et vendi. c. pla
cuit. ſtatuit ꝯciliũ ſacrũ ꝙ ꝑſbyteri moneant
plebes ſuas vt hoſpitales ſint atꝗ non cha=
rius trãſeũtibꝰ vendant ꝗ̃ in mercato ven=
dere poſſint. Et ſm Bern. in ꝑalleg. c. pla=
cuit. Ad hoc ꝑ excõicationẽ cõpelli pñt. xij.
di. §. hinc etiã. Qȯ verũ eſt ſm Inno. ſi hoc
notoriũ eſſet ⁊ moniti emẽdare ſe nollent.

## Q mercari nõ licet cũ reipublice dãno ⁊ quõ condẽnanẜ et multis rõnibꝰ refelluntẜ retrãgularũ ſeu ſcramazoꝝ contractus. Capitulum. vj.

s Exto ẽ illicita mercãcia ex circum-
ſtantia cõis dãni. Ad huiꝰ intelli-
gentiã notandũ eſt ſm Sco. l. iiij
di. xv. ꝙ tria ſunt hoium genera ꝗ cũ vtilita-
te ⁊ cõmodo reipublice in mercatiõibꝰ exer-
cenẜ. Primi ſunt mercãciaruꝫ apportatores.
Secũdi ſunt mercãciarũ ꝯſeruatores. Ter=
tij mercãciarũ imutatores ⁊ meliorantores.
Primi inꝗ ſunt mercãciaruꝫ apportatores:
qꝛ portãt illas de patria ꝗ illis abũdat ad pa
triam cui ille vtiles ⁊ neceſſarie ſunt. Ex ꝗ ſe
quiẜ ꝙ mercator talis ꝗ affert res de patria
vbi abũdãt ⁊ trãſfert ad patriã que indiget
illis. hꝫ actũ vtriꝗ reipublice vtilẽ ⁊ honeſtũ
Secũdi ſunt mercãciarũ ꝯſeruatores. ꝗ
ꝗdem ꝗ̃titatẽ qñꝗ magnã mercãciaꝝ emũt
vt aptiꝰ ſuo tꝑe ab emptoribꝰ mercãcie repiã
tur venales nempe mercancias de longinꝗ
portãtes nõ ſine graui incõmodo poſſent
ſemꝑ vendẽ illas. nec inſuꝑ ꝗlibet indigens
eis poſſet ſtatim currẽ ad emẽdũ eas. Ex hiſ
patet ꝙ tales mercãciarũ ꝯſeruatores ſũt ad
magnã reipublice vtilitatẽ. Tertij ſũt mer
canciarũ imutatores ſeu meliorantores ꝗ. ſ.
induſtria ſua labore ⁊ arte aut tꝑis varieta=
te qꝛ. ſ. res charior facta ẽ apportatas ⁊ ꝯſer=
uatas mercãcias varie meliorãt. Sicut faciẽ
do de lana pãnũ. de corio ſcarpas. de cera
candelas ⁊ ꝯſimilia. Et tales reipublice etiã
vtiles iudicanẜ. Oẽs ꝗ ſuꝑdicti qꝛ reipubli=
ce vtiles ſunt ꝯſiderati qñꝗ ꝗ in. c. ſ. ꝑmi ar
ti. pñti ſermõis dicta ſunt lucrũ ⁊ cõmoduꝫ
qȯ merito rñdeat ad qñꝗ ꝗ dicta ſũt repor=
tare licite pñt. His eni caſibꝰ videẜ lucrũ ꝗſi
tum ex ope ⁊ artificio qȯ licitũ eſt. xcj. di. c.
clericꝰ. Tñ ſm Sco. ibi. s. in trãſlatione. In
trãſlatiõe hmõi negociatiua tũc ſiꝗdẽ iniu=
ſticia eſt cũ officit reipublice actꝰ eius vel. ſi
imoderate recipit a republica vltra induſtri
am diligẽtiã ſollicitudinẽ ⁊ ꝑicula. His igiẜ
ꝑmiſſis iam clareſcẽ pȯt qui ſunt reipublice
mercatores vtiles: aut ꝑnitioſi deo ⁊ hoibꝰ
merita odioſi hi. ſ. ꝗ ſicut dictũ eſt nec mer=



cantias transferũt nec ꝯſeruãt nec labore eo
rum ⁊ induſtria eoꝝ res venales meliorran=
tur. hmõi quidem ſunt ꝑnitioſiſſimos ꝯtra=
ctus freq̃ntantes: quos ꝯtractꝰ quidam no
minant ſchatos quia multos impia crudeli
tate tranſfigunt. ab aliis noiant ſtramazij
eo ꝙ retrorſum ruere faciunt. diuitias alio=
rum a ꝗbuſdã luſtrati qꝛ his deuorãdo ſub-
ſtantias alioꝝ iniuſte trahũt. a ꝗbuſdã dicũ
tur retrãgole eo ꝙ ſubas alioꝝ retrotrahen
do plures impie ſtrãgulãt. ab aliis ꝟo bara
ctola dicunẜ eo ꝙ ꝯſumũt more baratrie. Et
forte hec ſunt noia demonioꝝ a ꝗbus hmõi
ꝯtractuſ reꝑti ſunt. vt dicaẜ ex̃ de ꝟbo. ſig. c.
intelligẽtia. Intelligẽtia verboꝝ ex cauſis ẽ
aſſumẽda dicẽdi ꝙ non ſermoni res ſed rei
eſt ſermo ſubiectꝰ. ⁊ ꝙ diſpoſitio non coꝗſca
tur ex noie ſed ex affectu: patet. in. l. cum pre
cario. ff. de ꝑca. Qtũ autẽ tales reipublice
ꝑnitioſi ſunt patet ex tribus ſm Sco. ꝗ tres
corruptele dici poſſunt. Prima corrupte-
la eſt ꝑcij incerti. Tales eni predones vt ve=
rius dicam ꝗ̃ mercatores ꝯtractibꝰ ſuꝑdi=
ctis efficiunt qȯ ſimplices certificari nõ pñt
de ipſo valore rei emẽde. qꝛ modo emũt ⁊ ſi
ne ꝑdictis ꝓboꝝ mercatoꝝ ꝯditiõibus ven=
dunt. Modo etiã vendũt vt ſimili mõ emãt
Tales ꝗdeꝫ regratiers gallice noiant. eo ꝙ
ꝓhibeant imediatã cõmutationẽ volentiuꝫ
yconomice cõmutare. Scõa corruptela ẽ
ꝑcij iniuſti qꝛ hi ꝓpter cõmodũ ꝓpriuꝫ atꝗ
lucrum faciũt qȯlibet venale vel vſuale cha
rius ementi ⁊ vilius vendẽti ꝗ̃ id iuſticia et
ratio poſtulant. ex quo dãnificãt vtranꝗ ꝑ=
tem ⁊ ꝑ ꝯſeq̃ns toti reipublice ꝑnitioſi ſunt.
Tertia corruptela eſt ꝑiculoſi ꝑcij. Nã ꝓ=
pter corruptelas ꝑdictas quaſi coguntẜ mer
cantes ſi non cauti ⁊ timentes deum vel in
periculo aias ſuas ponere ſi ſm has corru=
ptelas lucrari voluerint aut ſi ſe ſaluare de=
ſiderãt in licito modo mercãdi ad pauperiẽ
pauꝑem deuenire. Ex ꝗbus oibꝰ clare patꝫ
ꝙ reipublice magnũ ſequiẜ damnũ. Proin-
de ꝯtra tales loꝗẜ Chryſ. lxxxviij. di. c. eiici=
ens ⁊ in arti. ꝑceden. c. iij. dictum eſt. Tales
ꝗdem ſm Chryſ. et Sco. deberent de patria
extermiari ac expelli ⁊ in exiliũ dari qꝛ duo
vel tres tales in ciuitate magna. corrũpunt
totaꝫ ciuitatẽ ac multitudinẽ mercatoꝝ. nec
tamen alij mercatores in corruptelꝭ predicti
excuſari pñt. maxime ſi antedictis maliciis
ꝑ prudentes ꝓuiſiões atꝗ ſtatuta obuiare
negligũt ⁊ obſtare.

## Quod aũt remediũ contra ſupradictos ſit dandũ mercantibꝰ qui aias ſaluare volunt patebit infra circa finẽ ſermonis ſequẽtis de multis illicitis modis et abuſionibꝰ ꝗbus vtuntẜ plerũꝗ mercãtes atꝗ artifices ꝗ in tres ſeptenarios abuſionũ diſtincti ſunt qȯ in tres particulas diuiſum eſt. Capituẜ. vij.

s Eptimo mercari non licet ex circũ
ſtantia modi. Multis eni ⁊ illiciti
et iniuſtis modis pleriꝗ mercati-
ones ⁊ artes exercẽt ꝗs ꝑ tres abuſionũ ſe=
ptenarios diſtinguemꝰ. licet plures alij mo-
di addi poſſunt.

## Prima ꝑticula huius capituli continẽt ſeptem abuſiões artificum atꝗ mercatorum.

Primũ abuſionũ ſeptenariũ ſubiũgamꝰ
Nempe pleriꝗ exercẽt mercatiões ⁊ artes
his ſeptem modis. Primo mẽdaciis. ſcõo ꝑ-
iuriis. tertio duplicitatibꝰ. ꝗrto ſophiſticis
verbis. ꝗnto malicioſis circũuentiõibꝰ. ſe=
xto ſilatis occultatiõibꝰ: ſeptimo dãnoſiſ mi
xturis. Primo ꝟo quidam mercãtes aut
artifices vendunt ⁊ emũt mẽdaciis multis.
Qȯ nihil aliud eſt ꝗ̃ more iude chriſtũ ven-
dere ꝓ pecunia. ſicut patet. xj. q. iij. c. abiit.
Tanta eni inter emẽtes ⁊ vendẽtes inuete-
rata abuſio regnat ꝙ nec emere nec vende=
re ſciunt ſine deceptiõe mẽdacioꝝ. vbi dicit
textus ꝑfecto ꝗ veritatẽ ꝓ pecunia negant
deum ꝓ pecunia vendũt. Unde de talibus
ps̃. ait. Non eſt in ore eoꝝ veritas linguis
ſuis doloſe agebant ⁊ ꝯtinue agunt. ſ. ven=
dentes. Uñ de emptoribꝰ Prou. xx. dicitur
Malum eſt dicit ois emptor ⁊ cum receſſe=
rit gloriabiẜ tunc. ſ. ꝓximũ ſuũ decepiſſe. nẽ
pe iam inſtare videẜ tempus peſſimi anti=
chriſti Apocl. xiij. Q faciet ne quis poſ=
ſet vendere vel emere niſi habeat in dextra
vel in frõte characterẽ nois beſtie. Per hũc
characterẽ mẽdaciũ deſignaẜ. eo ꝙ antichri
ſtus hõ mẽdax erit ⁊ incarnate oino aduerſa=
bitur veritati ⁊ charitati eiꝗ omẽs ꝗ corde
ore ⁊ oꝑe mẽdaces erunt vniuſalir adhẽbũt
qȯ i charactẽ frõti ⁊ dextre denotaẜ. Unde
Eſa. v. dicit dñs. Ue vob. ſ. ꝗ mẽdaciẜ dicitis

bonū malū ⁊ malū bonū.ſ.in vēdendo atꝗ emēdo. Adūtāt igiẗ tales ꝙ ſm Tho .et Richar.de me.vii.ꝙ ſcient ⁊ cū intētiōe decipiēdi ꝓximū mētiunẗ mortaliẗ peccāt qꝛ ſm Augu.tale eſt mēdaciū ꝑnitioſum ſicut idem ait xxij.q.ij.c.pmū.⁊ vltra h̄ etiā ſi decipiūt ꝑ ꝑdicta mēdacia reſtituere obliganẗ. Si autē nocē ꝓximo ſuo nō intēdūt ſed ſe ſeruare indemnes tunc ſm eos veniale mēdaciū eſt niſi h̄ ex aſſiduitate ⁊ mala ꝯſuetudine fiat:qꝛ tunc ſm Hoſtieñ.mortale pctm̄ ē.ſicut ebrietas q̄ cum aſſidua ē mortal' eſt culpa vt patꝫ xxv.di.§.alias. Jō dr̄ Eccl.xx.Potior ē fur ꝙ̄ aſſiduitas viri mēdacis. Scdo vēdūt ꝑiurijs ⁊ multiplicibꝰ iuramētis.Vñ.lxxxviij.di.c.eijciēs.Chryſ.ait. Mercator ſine ꝑiurio ⁊ mēdacio eſſe nō pōt.i.difficult' eſſe pōt Magna nēpe iuris abuſio ē neſcire vēdere minutā cuiuſlibet vilis mercis abſꝗ multiplicibꝰ iuramētis imo ⁊ ꝑiurijs multis. Audiūt eniꝫ freqntiꝰ ꝑ fidē meā tm̄ ꝯſtitit mihi. ꝑ deū tm̄ de h̄ hr̄e potui.ita ds̄ ſaluet aiam meā ſicut veritatē dico ꝑ corpꝰ chriſti.tm̄ de h̄ ꝯſimiliẗ venditū eſt.Et ꝯſimilia ꝑiuria multa q̄ iō ab aliqbꝰ freq̄ntanẗ.qꝛ ſicut ꝓpħa ait.nō eſt timor dei añ oclos eoꝝ.O inſana rabies mūdane cupiditatis abſꝗ aliq̄ lucro qꝺ ſepe ꝯtigit toties nequiẗ peccare.Cōtra tales mercātes.lxxxviij.di.c.qd aliud Caſſio.ait. Negociatores illi abomiabiles eſtimāẗ qui iuſticiā dei mime ꝯſiderātes ꝑ imoderatū pecunie ambitū polluunẗ:merces ſuas plus ꝑiurijs onerādo ꝙ̄ ꝑcijs. Tale vero ꝑiuriū ſm Tho. et Rich.ſi fiat intētiōe fallēdi ꝓximū vt dictū eſt mortale crimē eſt.Si etiā nō decipiendi cauſa ſꝫ ex ꝯſuetudiſ corruptela hō ꝑiurat Jdem ꝙ̄ dicēdū.Merito ꝙ̄ ꝑſis antiqſſimū fuit vt filios ſuos vera dicē aſſuefacēnt forū mercature nō quidē apud ipſos eē inſtituerunt qm̄ mētiēdi ⁊ ꝑiurādi locū ſibi eſſe perſuaſiſſent. Tertio ꝙ̄ ſunt multi q̄ vendūt cū duplicitatibꝰ vtputa oñdēdo res ſanas ⁊ tribuūt corruptas.oñdētes res bonas ⁊ tribuūt malas vel ſaltē minꝰ bonas ⁊ ꝯſimilia Sicut patet in vēdentibus pānos integros in quibus ſemꝑ caput ſeu ꝑncipiū poniꝰ.h̄ ꝙ̄ vitio duplicitatis plurimū laborare ſolent ipſi mercatoꝝ ꝑſonete ſeu ſenſales q̄ ꝓpt' lucrū ꝯtra iuſticiā vtriꝗ pti.ſ. emētiū ⁊ vēdētium placē ꝯcupiſcētes qñꝗ emētē qñꝗ vendentē qñꝗ vtrūꝗ decipe nō verenẗ ſic accidit cuidā ſenſali q̄ vt emētibꝰ vel vēdētibꝰ vl' ſaltē vni coꝝ pti mēdaciẗ ſe reddēt gtū ꝓ firmādo ꝑcio int' eos ꝑſonaliẗ aſtans clam ictu oculi vel ictu pedis emēti vel vendēti ꝑiter inuebat vt mercatū int' eos ꝯduderet tādēꝗ poſt ꝯfirmatū inter eos emptionē ſi alt' eoꝝ de chara emptiōe ſeu vili venditiōe lamētabatur rūdere ſolebat ideo dam inuebā tibi

Quarto mercaẗ ſophiſticis verbis. Sunt eni plerīꝗ q̄ tam aſtute in mercādo ſua vba ornāt ⁊ cōponūt.ꝙ ad plures etiā ꝯtrarios ſenſus applicari pñt. Hmōi eni expiētia teſte.non tm̄ coram deo ſed etiā hoibꝰ odibiles ſūt. Vñ Eccl.xxxvij. Qui ſophiſtice loquiẗ odibilis eſt. Quinto qdaꝫ mercanẗ circūuentiōibꝰ malicioſis ⁊ ⁊ inuolutiōibuſ ꝑiculoſis. Videꝰ nēpe aliqs q̄ de apotheca ſua maxime ſimplicibꝰ hoibꝰ inſidianẗ ſicut inſidiaẗ aranea muſcis in foramia muri. Cōtra quos.j.Theſſal.iiij.dr̄. Nemo circūueniat in negocio frēm ſuū qm̄ vindex eſt dñs. Et Oſee.xj.dr̄ in ꝑſona decepti. Circūuenit me effraym in negociatiōe ſua.⁊ in dolo domus ſue. Effraym creſcēſ interꝑtaẗ ⁊ ſigt impios mercatores q̄ ꝑ malicioſas circūuentiones in diuitijs malicioſis creſcunt ſed iuſto dei iudicio ſepe euenit eis. qꝺ Mich.j.dñs ait. De mercede meretricis.i.auaricie ſue rapine vel vſure ꝯgregata ſunt ⁊ vſꝗ ad mercedem meretricis reuertenẗ. Jnt' hos ꝙ̄ circūuentores ꝯnūandi maxime ſunt oēs mercantes q̄ int' ſe ꝯuentiōes doloſas ⁊ ꝑnitioſas efficiūt int' ſe ſtatuendo ꝙ nullus de tali mercātia vendat vel emat niſi tm̄ tales ſeu inſimul paciſcunẗ vt vno ꝑcio vēdant vt inde amplius lucrari poſſint. Et tales monopoli nuncupanẗ. Adūtendū eſt tñ ꝙ reꝑitur monopolon ī neutro genere ⁊ monopolus in maſculino genere. Monopolon eni mercatio eſt quā aliqui ſoli ex ꝯdicto exercent et impetrant ꝙ ipſi ſoli emere vel vendē poſſent aut docere. Et diciẗ monopolon a monos ꝙ eſt vnꝰ ⁊ polon ꝙ eſt venditor q̄ſi vnꝰ venditor. vel dr̄ a polos qꝺ eſt ciuitas quaſi vnus in ciuitate ſic vendēs. Monopolus vero eſt ille q̄ impetrauit ꝙ ſibi ſoli liceat vendere certas merces.⁊ habet penultimā longam. Qui eni hoc exercēt ꝑpetuo exilio cōdemnenẗ bonis ꝓprijs ſpoliatis.c.de monopolis.l.vnica. Sexto mercanẗ quidā occultatiōibꝰ ſiltatis vtputa occultādo defectuꝫ eq̄ vel nauis vel cuiuſcūꝗ alterꝰ rei. Jdeo merito queri pōt an peccēt hi qui vendēdo eq̄s ꝯſueueẗ dicē ipſi emptori. Ego vendo tibi hūc equū ꝓ vmbroſo ꝓ ſtrumoſo ꝓ infirmo ⁊ ſic de ꝯſimilibꝰ defectibꝰ q̄ ſolent eē in equis.modo equus ſuꝰ venalis hꝫ vnum



de defectibꝰ illis quē ſi vere ſciret emptor ſi daret illius ꝑcij medietatē.nunqd talis venditor excuſaẗ eo ꝙ in genere dixit defectum equi. Dicendū ꝙ talis venditor teneẗ ei talē defectū dicē in ſpeciali quia alias reꝫ maculatam vendit cū detrimēto ꝓximi ſui qꝺ q̄dem ꝯtra charitatē eſt. Et licet venditor expreſſerit taleꝫ defectū in generali nō ſufficit tñ ꝙ ſic dicēdo dicit plura mēdacia dicendo ꝙ equus habebat multos defectꝰ q̄s tamen non habebat. Proīde talis ꝯſuetudo ī fraudem fieri ſolet ne.ſ.emptores credant defectum eſſe in eq̄ de his qui a venditore denominanẗ. Jdē ꝙ̄ de illis mercatoribꝰ dicēdū eſt qui vendunt pannos vel alias res in quibus defectꝰ eſt talis ꝙ ſi emptor ſciret non emeret eas.ideo tales venditoreſ non excuſanẗ in tali caſu diceñ. Reſpice rem diligent' oculus paſcat te.qꝛ hec oīa fraudulēta ſunt verba:cum ipſe ſciat certitudinaliẗ defectuꝫ vendēde rei. Ex hmōi eni queſtiōibꝰ ſepe cōtingit ⁊ incurrit grāde ꝑiculū ipſe emptor. tamē grauiꝰ ꝑiculū imminet venditori cum is in aīa falſitatis crimine maculeẗ ⁊ ad omne damnū reſtituenduꝫ qꝺ exinde incurrit emptor. venditor obligaẗ ex de iniuris.⁊ dā.c.ſi culpa vbi diciẗ. Qui occaſionē dāni dat damnē dediſſe videẗ. Jdeꝫ ꝙ̄ eſt qñ res plꝰ iuſto ꝑcio vēdiẗ.ꝓpt' latētē defectū etiā ſi talem defectū ig̃rauerit ipſe vendēs:eo ꝙ emptor dānificari nō debet ex ig̃rantia venditoris. Septimo vero mercanẗ quidā cū dānoſis mixturis vt miſcēdo aquā vino ⁊ ꝯſimilia que rei valorē minuūt:⁊ oīno ſunt cōtra cōes ⁊ ꝓprias intentiōes emptoꝝ. Contra tales diciẗ Eſa.j. Argentū tuū verſum ē in ſcoriā.ſ.ꝑmixtione ſtagni aut plūbi:vinū tuū mixtū eſt aqua. Alia lr̄a habet ibi Caupones tui ⁊ tabnarij tui miſcent vinū aqua Jō pauloṗoſt ſubdit. Et coquā ſcoriā tuam et auferam omne ſtagnū.

## Secūda ꝑticula continens ſeptem alias abuſiones vendentium ⁊ ementiū. Cap̄.viij.

s

Ecundū abuſionū ſeptenariū ſb̄damus. Primo ſunt qui variant pondera ⁊ mēſuras. ſcdo q̄dā vēdunt tps non ſuū. tertio q̄dā non ſoluūt termino ꝯſtituto. q̄rto ſunt q̄dam ꝓmiſſam frangētes fidem. q̄nto ſunt q̄dā qui minus debito emūt ⁊ charius debito vēdūt ſexto q̄dam diffamāt alioꝝ merces:ſeptimo ſunt quidam q̄ humectāt mercātias. Primo eni quidam ſunt qui pondera variant ⁊ menſuras. Contra q̄s ex de emptis.et ven.c.ꝑmo.vt menſure. Queſtio Circa h̄ queri poteſt an vtens corruptis ponderibꝰ vl' mēſuris nō ꝑ ſuꝑiorē ſed plebeios in tota vrbe cōiter introductis mortaliẗ peccet. Ad hoc dicendū ſm q̄ſdam ꝙ ſi ex hmōi corruptiōe aliqui iuſto precio fraudanẗ ꝓ eo ꝙ credūt mēſuras ⁊ pondera eſſe veras ⁊ iuſtas ſicuti ꝑꝰus erant tunc hmōi fraudator peccat mortaliter ⁊ damnū fraudis reſtituere obligatur. Si vero iuſto ꝑcio non fraudanẗ nec vtēs eis vtiẗ ad fraudem iuſti ꝑcij non teneẗ aliqd reſtituere ꝙ̄uis peccet non reuelādo menſure corruptionē his quos credit eam latē. ſꝫ forte non mortaliẗ peccat qñ corruptio eſt cōis quia ſatis ex hoc data eſt ratio ꝙ hmōi corruptiōibꝰ innoteſcat. Si aūt oēs tam domeſtici ꝙ̄ forēſes cōiter ſciunt ponderū q̄ntitatem ⁊ mēſurarū que nūc poſt factā corruptionem vtunẗ tunc nō cadit falſitas ſiue frauſ in ꝑdictis menſuris:ſed ſic ſe habet ſicut ꝑꝰus duplū vocareẗ libra.nūc aūt mediū vel q̄rta pars libra denoiaẗ. Si tamē corruptio talis eſſet ꝙ vnam mēſurā ad emendū tenerēt et alteram ad vendendū tūc niſi alter cuꝫ quo mercaẗ ſciat hoc ē ſemꝑ mortal' culpa. Prohibeẗ eni hoc Deut.xxv. Non habeꝰ in ſacculo tuo diūſa pondera maius ⁊ minꝰ nec erit in domo tua modius maior ⁊ mior. pōdus habeꝰ iuſtum ⁊ verū ⁊ modiꝰ eq̄lis ⁊ verus erit tibi. Hec tñ nō ſunt ꝑplo multū predicanda ſed ꝓ ꝯſilijs dandis ⁊ ꝯfeſſiōibꝰ audiendis valde neceſſaria ſunt. Ad h̄ etiā facit qꝺ habeẗ.xxiiij.q.j.c.nō afferamꝰ. Scdꝫ autem Tho. Menſuras venaliū rerū neceſſe eſt eſſe diūſas in diūſis locis ꝓpt' diūſitateꝫ copie vel inopie rerū:quia vbi res abūdant maiores mēſure ſunt ſeu eſſe ꝯſueuerunt et econūſo. Jn q̄libet tñ loco rectores ciuitatis vel loci determiare debēt que erunt mēſure iuſte venaliū penſatis ꝯditiōibꝰ locoꝝ ⁊ reꝝ venaliū. Proinde has mēſuraſ publica auctoritate vel antiqua ꝯſuetudie approbatas ꝑterire non licet. Et idem videẗ de ponderibus iudicandū. Scdo quidam vendunt tempus non ſuū ſed ꝓpter dilationē ſolutionis in mercibꝰ preciū augmētātes qꝺ oīno ꝓhibeẗ ex de vſuris.c.ꝯſuluit. Qꝛ autē ſit ibi vſura patet rōne. Fiūt eni ibi duo ꝯtractꝰ.ſ. venditiōis.⁊ rōne huiꝰ non cadit ibi vſura. Scdo eſt ibi mutuū qꝛ ex termio dato ī mercantia ꝑcium augeẗ qꝺ nihil aliud eſt ꝙ̄ ipſi ementi mutuare precium mercātie iam em=

pte atq; ex tali mutuo accipe lucrũ. Sed de hoc latius dicet in ſermone ſeq̄nti arti.iij.c.ij. Eſt nihilomin⁹ adũtendũ ꝙ ſi abſq; oi dilatione ꝛ expectatiõe ſolutiõis homo alicui venderet rem ꝑ precio adhuc ampliori q̄ꝫ fuerit precium p̄ncipale cum ſuperadiuncta vſura. non eſſet ibi peccatum vſure. ſed ſolũ iniuſti precij ſeu iniuſte vẽditiõis culpa

Tertio q̄dã nõ ſoluũt i termino ꝯſtituto ad qȯ obligarũt ſe ſcriptura vel ꝑmiſſiõe et q̄nq; iuramẽto. Contra quos eſt textus.c.ſignificate.ex̄ de pign̄. Quõ autẽ taleſ obligẽtur ad intereſſe dicet in ſermõe.xliij.arti.j.et.c.j. Quidam q̄ꝫ expectant malicioſe monete mutationẽ. Et ideo in termino ſibi dato nõ ſoluũt. ideo ex hac malicia ſiue ex q̄cũq; alia ſua culpa debitor creditori non ſoluendo in termino ſibi dato p̄ſtat damni occaſionẽ omino ad ꝯdignã ſatiſfactionem obligat⁹ eſt. vt patet ex̄ de iniuri. et dã.c. ſi culpa. Quarto quidã frangũt ꝑmiſſam fidẽ ꝛ p̄ſtita iuramenta que fecerũt in ſocietatib⁹ ſuis. vnde q̄dãmodo nec eis ſeruãda eſt. ex̄ de iureiur.c.iij. Quinto q̄daꝫ min⁹ debito emũt aut minus debito charius vendũt. Et circa hoc ponam⁹ aliquos caſus. Prim⁹ caſus eſt Pone ꝙ q̄dam ſimplex habet lapidẽ precioſum quem vitrũ eſſe credit. Lapidari⁹ vero cog̊ſcẽs cum emit illũ ꝑ vili precio q̄d iuris. Dicendũ ꝙ illicitũ eſt q2 ſcient decipit ꝓximũ ſuũ qui de illo ꝯfiſus eſt. vñ ad iuſtũ precium reſtituere obligat. Secus autẽ ſi ille q̄ emit credebat etiam vitrũ eſſe q2 tunc ſm q̄ſdam reſtituere non tenet eo ꝙ ꝑ emptioneꝫ bona fide factam lapidẽ acq̄ſiuit. Sed ꝯſuleꝫ duꝫ ẽ ei ꝙ de lapidis lucro ꝓuideat venditori plus vel min⁹ ſm indigentiã ſuam. Secundus caſus idem q̄ꝫ dicendũ eſt de illo q̄ vendit campſori aurũ ꝑ metallo ꝛ argentũ ꝑ ſtagno. et de ꝯſimilib⁹. Tertius caſus Pone etiam ꝙ q̄dam vendẽs theſaurum in agro meo venit ad me ꝛ emit agrũ illuꝫ pro precio qȯ valebat ſi ſine illo theſauro extitiſſet q̄d iuris. Dicẽdũ ꝙ emptor reſtituere obligatur quia doloſe agit. Propterea rẽ magni precij emit ſcient ꝑ modico precio ꝛ hoc venditore ignorãte ergo decipit eum. Si ãt emptor tunc nihil de hoc ſciuiſſet licite retinere poſſet.

## Q2 decipere non liceat etiam citra dimidiũ iuſti p̄cij.

Circa hoc tñ notandũ eſt ꝙ licet ciuili iure cautũ ſit ꝙ ſi emptor ſeu vẽditor vltra medietatẽ iuſti precij defraudet ꝯtract⁹ ſit nullus ꝛ ſic ꝑ iudicem irritandus: nihilomin⁹ in ꝯſcientie foro licet fraudatio minor ſit ſi ꝓcedat ex vno vel ex plurib⁹ iſtoꝝ q̄tuor ꝯdign̄ reſtitutio fieri debet. Verbi grã. Si ꝓcedat ex ignorãtia aut ex mentis leuitate apta ſiue p̄ſumpta ſiue q̄cunq; mag̃ egeſtate vel neceſſitate ad hoc compellẽte. Ex q̄bus compꝛehendi poteſt ꝙ talis ꝯtractus non ꝓcedit ex mera grata ꝛ g̃tuita volũtate: talis defraudatio in minus emẽdo aut plus vendendo non ſolum ꝯtra iuſticiã eſt ſed etiã ꝯtra charitatem ꝛ ꝯtra naturalẽ hois pietatẽ. licꝫ ex vtriuſq; ꝑtis ꝯſenſu talis ꝯtract⁹ ꝓcedere videatur. Nam etiã ſm Ariſto.iij.ethi. Ignorantia ꝛ aliq̄lis coactio excludit voluntariũ. De hoc tñ pleni⁹ dicet in ſermõe ſeq̄nti ar.ij.c.ij. Inter hos tales tenẽt p̄ncipatũ q̄ ſtecharũ ſeu biſtractoꝝ aut ſtramazoꝝ ſiue rectrangularũ ꝛ ꝯſimiliũ ꝯtractus efficiunt. Queſtio Si autẽ queratur quid ſit iuſtum p̄cium rei vendite ſeu emẽde. Dicenduꝫ eſt ꝙ iuſtũ preciũ eſt qȯ eſt ſm eſtimationẽ fori occurrenti ſm ꝙ tunc res que vendit in loco illo cõiter valere põt. Quia ſm Hoſtien. et Ray. Iuſtũ preciũ ꝯſideratur reſpectu tꝑis ꝯtractus. neq; debet attẽdi ꝙ pluri ſit emptum ꝛ minori vendat vel econuꝰſo ꝙ plus offeratur. Sed de hoc dicet pleni⁹ in ſermone xxxv.arti.j.c.ij. Item qñ ꝛ quõ quis intelligatur decipi vltra dimidiũ iuſti p̄cij etiã dicetur in ſermõe ſeq̄nti.arti.ij.et.c.j. Ex dictis patet ꝙ licite quis lucrari valet transferẽdo merces de vno loco ad aliũ: vendẽdo tanto p̄cio q̄nto in illo cõiter eſtimat ꝛ ſi ibi non ſint tales res debet inde ſumi moderatũ lucrum penſatis ſũptib⁹. induſtria. ſollicitudine. piculis ꝛ labore. Sexto q̄dam iniuſte diffamãt alioꝝ merces vt ſuas chari⁹ vẽdant. qȯ q̄dẽ pnitioſum mẽdaciũ eſt ac mortale.xxij.q.ij.c.j. Et tales de illato dãno ſatiſfacẽ tenent. ex̄ de iniuri. et dã.c. ſi culpa.

Septimo q̄ꝫ ſunt q̄dam q̄ ad decipiẽduꝫ hum ectãt mercãtias ſuas ſicut q̄nq; fit in piperę.xxx.chroco.lana caſeo ꝛ ꝯſimilib⁹ que pondere mẽſurant ꝛ hi etiam tale damnuꝫ reſtituere obligant.

## Tertia ꝑticula ſeptimi capituli continẽs alias ſeptem abuſiones ementiũ ꝛ vendentiũ. Capitulum.ix.

T Erti⁹ abuſiõis ſeptenari⁹ ſubiun-



gatur. Primo quidem ſunt q̄ in longinquiſ ꝑtib⁹ ſine vxore longã trahũt morã. Secundo ſunt q̄dam q̄ miſſaſ audire negligũt atq; talia ſacra. Tertio q̄dam ſunt ꝓximi ꝓditores. Quarto ſunt q̄dam falſi cõputatores. Quinto ſunt q̄dam monete diminutores. Sexto ſunt q̄dam malicioſe nocẽtes. Septimo ꝓximi ꝑemptores. Primo inq̄ꝫ ſunt plerîq; q̄ in longinq̄s ꝑtib⁹ ſine vxore longam trahũt moram: ꝛ q̄nq; int infideles nationes. Tales aũt q̄tis carnalitatibus atq; ſpurcitijs. tam cum fidelib⁹ q̄ꝫ cum infidelibus inq̄nent quis exp̄mere poſſet: Iterum q̄ꝫ ꝓprijs vxorib⁹ violãdi ſacrũ mr̄imoniuꝫ cauſas multiplices p̄ſtant. Sed ad h̄ facit illud qȯ habet ex̄ de ſpon. in pu. Ideo.xxvij.q.ij.c.j.§.j. ꝑ deſcriptiõe mr̄imonij dictuꝫ ẽ Matrimoniũ eſt viri mulieriſq; ꝯiũctio indiuiduã vite ꝯſuetudinẽ retinẽs. Quia ſm Hoſt. hac intentiõe in mr̄imonio iungi debent: vt ꝑpetuo ſimul remaneãt. Quis poſt ꝯtractũ mr̄imoniũ ꝛ ante carnalẽ copulam poſſet alter inuito altero religionẽ intrare ꝓ̄ poſt ꝯſumationẽ mr̄imonij non niſi volente et plerũq; non niſi ſimilit ꝯũtente vt patꝫ ex̄. de ꝯũſio. ꝯiugi.c. vxorat⁹. Et habet ex̄ de p̄ſcrip. illud q̄ꝫ. Iȯ vnus alteri obligat. Preterea ad Coꝛ.vij. Mulier p̄tãtem ſui corpiſ non habet ſed vir. Vñ ex̄ de ꝯiugi. lepro.c.j dicit text⁹. Cum vir ꝛ vxor vna caro ſint nõ debet alter ſine altero eſſe diuti⁹. Secundo ſunt q̄dam q̄ vt amplius lucrent miſſas negligũt ꝛ alia ſacra. O deus q̄t inter fideleſ atq; infideles longã trahẽtes morã tñmodo tꝑalib⁹ inhyantes lucris tanq̄ꝫ aialia viuunt abſq; ꝯfeſſiõe ꝛ cõione ꝛ abſq; aliq̄ ſig̊ chriſtianitatis. Proinde.lxxxviij.di.c.qm̄ nõ cognoui. Aug⁹. ait. Merito dictũ eſt negocium quia negat ocium: qȯ malũ eſt nõ querit veram q̄etem que eſt de⁹. Et Eccl.xxvj. Difficulter exuit negociãs a negligẽtia. ſ. diuinoꝝ. ꝛ caupo a peccatis labioꝝ. Tertio ſunt q̄dam vendentes ꝓximi ꝓditoreſ. Sũt nanq; plerîq; fidei bone poſſeſſores q̄ tanta q̄nq; fiducia ꝯfidũt de venditore cũ aliq̄ñ ſit bone fame ꝛ ꝙ mercis preciũ ꝛ iſtius pondera et mẽſuras ponũt in iudicio ꝛ arbitrio eius. at ille non veret nequit decipe eos. Iȯ rõnabilit dicẽ põt ꝙ ſi venditor talis eſtimationis ſit aut fame in ꝑplo aut tam ꝑfecti ſtatus ꝙ verbo eius plus ſtat aut non min⁹ q̄ꝫ alioꝝ iuramẽto tunc vix eſt q̄n mortalit peccet rei venalis preciũ mendacit in alterãdo aut mẽdoſe dicendo tm̄ ꝯſtitit mihi. aut tm̄ potui habere ȯ illo q2 ꝑinde eſt ac ſi emptor cõmitteret ſe fidei venditoris ꝛ hoc venditor acceptaret. ꝛ tandem ꝯtra fidem acceptã ac datam infidelit venderet ei ſua. In q̄ quidẽ caſu fraudem reſtituere obligat. ꝛ vltra hoc mortalit peccat tanq̄ꝫ ꝯtra pactum date fidei agens. Quarto ſunt q̄dam falſi cõputatores ꝛ maxime cum ruſticis ꝛ ſimplicib⁹ ꝑſonis denarios nũant. Sicut ꝯtigit cuidã ruſtico diebus nr̄is. cui cũ campſor nũaret floreni monetam cepit nũando dicẽ almonie ȯ dio et de ly ſci ſei ꝛ ſete. e. viij. et. ix. x. ꝛc̄. vſq; in finem. Ruſticus aũt dum abiret ſuſpicãs deceptionẽ ꝑ ſeipſum iterũ nũauit inuẽtaq; fraude rediens cũ idem campſor iterũ nũaret. d. almonie de dio. ꝛ de ly ſci ſey ꝛ octo ꝛc̄ Et iterũ ſicut ante mendacit repiret ait ruſticus ille nũa etiam de vno ꝛ non noies deuꝫ neq; ſanctos qui cum coact⁹ egiſſet falſitas nũi cum rubore detecta eſt cãpſoris. Quinto ſunt q̄dam monete diminutores ſeu electores. Sũt nẽpe plerîq; q̄ groſſos argenteos vltra debitum grauiores diminuũt vſq; ad iuſti ponderis q̄ntitatẽ aut maiori precio alienant. Circa qȯ notandũ eſt ſm Tho. ꝙ ſi talis ſummatim emiſſet groſſos ꝛ aliq̄ deficerent a debito pondere vel mẽſura tũc quidem illicitum eſſet peioreſ cõi precio ꝛ meliores maiori p̄cio alienare. Nã qȯ deficit peioribus in meliorib⁹ ſupabũdat: ideo emẽtes peiores iniuſte damnificant quia nõ habẽt debitam ſuam menſurã. Si tamẽ deterioreſ groſſi iuſti ponderis ſunt piculum non videtur ſi campſor de grauiorib⁹ ꝛ melioribuſ lucraret qȯ tamen timeo raro accidẽ. Sexto ſunt q̄dam malicioſe nocẽtes ſicut accidit cauponi cuidam qui fingens ſollicite miniſtrare in ſuoꝝ hoſpitũ menſa iam venditũ vinũ in vaſe vt illi iteꝝ aliud emerẽt malicioſe fundebat. atq; fingens hoc caſualit factuꝫ et talem fortuitã vini effuſionẽ futuri abundantiã figurare alta voce effuſo vino clamabat. abũdantia. abũdantia. abũdantia. Deniq; cuius cõmentũ cum q̄daꝫ hoſpes intellexiſſet caupone in alijs occupato e vegete extracta cauella totum vinũ vegetis illi⁹ effudit. Cunq; caupo a ceteris hoſpitib⁹ querẽt quis id egiſſet qui ſic effunderat vinum. clamare cepit vt ꝑus ter abũdantia. deniq; accuſatus a caupone cũ officiali apiret cõmentum ꝓditionis eius imunis euaſit non cum multo cauponis rubore. Septimo ſunt q̄dam ꝓximi ꝑẽptores corrupta ſanis ex auaricia p̄cio venũdãtes: vtputa carnes piſces

oua ꝛ ꝯſimilia cruda vł cocta. ab hac corru-
ptione ſunt imunes q̄ vendūt carnes q̄ a car-
nificib⁹ decoriant̄ auxilio corrupti flat⁹ ſ ma-
ximū ꝙ piculum iminet aromatarijs ꝛ pi-
gmentarijs illis q̄ in ſyropis ꝛ medicinis im
ponūt ea que ſciunt corrupta eſſe ſeu noci-
ua vel non pficua. cum ꝓpter vetuſtatē iam
pdiderūt virtutē ſuaꝫ. Et hoc neceſſario ha-
bet ſequi vel grauior egri infirmitas vel q̄nq̄
et ſepe mors atq̄ p hoc medici infamia atq̄
culpā ſi in talib⁹ debitā aiaduſionē negligit
adhibe. Dibus ergo emētib⁹ atq̄ vendenti-
bus q̄ predictis tribus ſeptenarijs abuſio-
nū aut aliq̄ coꝝ vtunt̄ vtiq̄ ꝯtingit q̄ Chry-
ſo. lxxxviij. di. c. eijciens ait. Queadmodū
eni triticū aut aliqd tale teras in cribro dum
huc ꝛ illuc iactat̄ oia gna paulatim deorſuꝫ
cadunt ꝛ tandē in cribro nihil remanet niſi
ſtercus. Sic de ſuba negociatoꝝ nouiſſime
nil remanet niſi ſolū peccatū. Hec ille. Pro
ꝯcluſione oium p̄dictoꝝ Eſa. xxiiij. c. inquit
Erit ſicut pp̄ls ſic ſacerdos. ꝛ ſicut ſeru⁹ ſic do
min⁹ ei⁹. ſicut ācilla ſic dn̄a ei⁹. ſicut emēs ſic
ille q̄ vēdit. ſicut fenerator ſic ille q̄ mutuuꝫ
accipit. ſicut q̄ repetit ſic q̄ dꝫ. ſ. qꝛ cōit ꝯmēſa-
tales piclitant̄.

## Articulus. iij. de moribus ac vita recti ꝛ veri mercatoris.

Ertia ꝯo ꝯſideratio circa merca-
tionē eſt de eius debita reforma-
tione. Qui eni deſiderat eſſe mer-
cator rectus ꝛ verus toto cona-
mine nitat̄ p̄dictas ſeptē circūſtātias repen-
ſare: atq̄ q̄ſi ſeptē ſpecula ꝯtemplari. vt oi-
no ſciat velit ꝛ conet̄ abſtinē ab illis. Primo
pinde ꝯſideret ſi tūc ē in clericali ſtatu aut i
futuꝝ eē intēdit. Scḋo videat ne in merca-
tionib⁹ occupet̄ niſi tm̄ ex ſui ꝛ ſuoꝝ neceſſi-
tate aut q̄cūq̄ honeſta ſeu miſerabili pieta-
te ꝛ nō ex effrenata ꝛ inſatiabili cupiditate.
Tertio caueat atq̄ oino deſiſtat in feſtiuis
dieb⁹ a q̄cūq̄ mercādi actu. vt nunq̄ tūc ad
mercata accedat. Quarto omnino abſti-
neat in locis ſacris atq̄ deo dicatis. vtpote in ec-
cleſijs cimiterijs ꝛ ꝯſilib⁹ q̄cūq̄ mō mercari.
ꝛ q̄cūq̄ ſecularia opari. Quito videat q̄ iuſte
vēdat tam trāſeūtib⁹ q̄ cōmorātib⁹. tā igrā-
tib⁹ ſimplicib⁹ q̄ intelligētib⁹ ꝛ diſcretis. Se-
xto mercari abhorreat cuꝫ dāno reipublice.
nullo mō ſibi ſuū ꝓpriū cōmodū ꝓponēdo.
et ꝯtra freq̄ntātes ſtramazos aut retrangu-
las ſiue biſtractos: ꝛ ꝯſimiles feneraticos cō-
tractus tanq̄ reipublice deſtructores toto
conamie ſuo inſurgat agēdo fideliť ꝛ opan-
do efficaciť iuxta poſſe ſuū: ne hmōi ꝯtract⁹
in ciuitate vel patria freq̄ntent̄. Septio q̄
ſtudeat in mercatiōib⁹ ſuis nullo vti mēda-
cio nec etiā iuramēto: abhorreat oia piuria:
nulla duplicitate vtatur. nec etiam dupliči-
bus aut ſophiſticis verbis. Sit deniq̄ verbū
ſuū verum ꝛ rectū in ore ſuo. non circūueniat
quem aliq̄ modo. nec q̄ mercantiarū ſua-
rū pnitioſe occultet vitiū ſuū vel defectum.
nllam falſitatis mixturā in venalib⁹ ſuis im-
ponat. vendēdo atq̄ emēdo vtat̄ iuſtis pon-
derib⁹ ꝛ mēſuris. non vendat rem ſuā chari-
us ꝓpter ſolutiōis precij ꝯceſſum tps. ſtu-
deat oino ſeruare ꝓmiſſa ꝛ ſoluere tpe inſti-
to. cum ſocijs ſuis nō faciat irritaꝫ fidē. Ser
uet etiā preſtita iuramēta. in plus vendēdo
et min⁹ emēdo ꝯtra iuſticiā nō excedat. mer
cantias alienas nō diffamet ꝯtra ꝓximi cha
ritatē. non falſificet merces ſuas q̄cūq̄ mo-
do abſq̄ vxore ꝓpria non diu moret̄. tem-
pore debito non dimittat freq̄ntare eccleſias.
audire miſſas ꝛ auſcultare deuote atq̄ attē-
te diuina officia ꝛ maxie verbū dei. admin⁹
ſemel in anno ꝯfeſſori pito ac timēte deo p̄-
uio ꝯſcie ſue examie integre ꝯfiteat̄ pctā ſua
atq̄ cum p̄patiōe multa ſemel in anno acci-
piat ſacramentū annuatim. Admin⁹ cuꝫ ſo-
cijs reuideat rōnes teſtamentū ꝛ ſuā vltimā
voluntatē in ſcriptis ſemp autētice teneat p̄-
patā. Si mercator reputat̄ ꝛ rect⁹ ſumope-
re caueat ne hiſ q̄ ꝓpter p̄dicta de mercede et
p̄cio eius libere in eo ꝯfidūt defraudatos ſe
inueniāt ꝛ deceptos. Moneta aliq̄ modo ñ
abutat̄. dādo vel recipiēdo ſolutiōes fideliť
numeret atq̄ ſcribat. res pnitioſas ꝛ noci-
uas (vt ſe ſeruet indemnem) nullo modo tra-
dat aut vendat. ꝛ maxime ſi ſint cū piculo vi-
te vel etiā ſanitatis. Deniq̄ q̄ ſup̄dicta ſepteꝫ
diligenti⁹ ſeruet dei adiutorio efficiet̄ mer-
cator lucroſus famoſus deo ꝛ hoib⁹ gratus:
exēplar ꝛ etiaꝫ ſpeculū cupientiū iuſte mer-
cari ꝯfuſio oium infideliū mercatoꝝ. Nam
(ſicut. j. de aia dicit̄) Rectum eſt iudex ſui et
obliqui. In talib⁹ q̄dē verificabit̄ illud Eſa.
xxiij. Erunt negociatores eius ꝛ mercedes
eius ſctificate dn̄o. Et ſequit̄. Quia his qui
habitauerūt coram dn̄o erit negociatio eius.
Et loquit̄ de iuſta mercatiōe vel de ciuitate
vbi mercatio exercitat̄ iuſte. Per ea igitur q̄
in preſenti ſermōe dicta ſunt pateꝫ licitam eē
mercationē ꝛ quib⁹ circūſtantijs deprauet̄
et corrūpat̄: ac breui ꝯcluſiōe p rectitudis vi-
lo vincit. q̃ ab odio et vindicãdi deſiderio ſu
perat. Ille q̃ꝫ vincit in bono malũ. q̃ cũ ꝓrio
ſe pacificãdo vincit aĩm ſuũ. et malũ deſideri
um cordis ſui. Sũt tñ plerĩq̃ꝫ q̃ ſe dicũt parce
re inimicĩ ſuis nec velle eis nocere: tñ nõ poſ
ſe eos videre. nec inſup volũt cũ eis loq̃. ꝯtra
q̃s Criſoſt. in li. de cõpũctõe cordis tractãs il
lud dimitte nobis debita nr̃a ait. ſi tantũmo
do nõ ledeas eũ q̃ leſit te. auertis te tñ ab eo
ne libẽter eũ videas: manet ſine dubio vuln⁹ ĩ
pectore ꝛ dolor augeſcit in corde. q̃d ſi eſt: nõ
dũ vtiq̃ꝫ q̃d xp̃s mandauit expleſ: nunq̃d tu
ita vis ꝓpiciũ tibi deũ fieri. vt nõ q̃deꝫ ledar.
auertat tñ ſe a te: et peccatoꝝ tuoꝝ memoriã
teneat: et videre te nolit. Igit qualẽ vis erga
te deũ eſſe cũ delictoꝝ veniã poſcis: talẽ te ex
hibere te debes his q̃ delinquũt in te: de h̓ tñ
pleni⁹ tñ ſupra ſermo. vij. arti. j. ca. ij. dictũ ẽ
Sũt etiã q̃daꝫ alij hoĩes duplices et ſictĩ. de
quib⁹ ꝓpheta ait. Loquunt pacẽ cũ ꝓxĩo ſuo
mala aũt in cordib⁹ eoꝝ. ꝯ q̃s etiã Aug. de v̾-
bis dñi ait. Ne dicas in lingua ignoſco: ꝛ cor
de differas. nouit eñ cui dicas. Dimitte no-
bis debita noſtra ꝛc̃. voceꝫ tuã hõ audiuit. ſꝫ
ꝯſcientiã tuã deus inſpicit. Meli⁹ eſt cum cla
mas ore et dimittis corde q̃ꝫ q̃ ſis bland⁹ ore
et crudelis corde. nec tñ imprudent agas ſic̃
quidã inſipiẽtes q̃ in recõciliatõe quã faciũt
cũ aduerſarijs occulta tũc et ſcãdaloſa crimi-
na manifeſtãt. ſequere ꝯſiliũ Joh criſoſt. qui
ſup Math. ait. Si cogitatu offẽdiſti: cogita-
tu rꝯciliare ſi v̾b v̾bo. ſi fctis fctis. Niſi eĩ q̃ꝫ
factis leſiſti factis placaueris: ſine cauſa oraſ
ad deũ. ſine cã elymoſ facis de rebus quib⁹

.aliq̄s expoliaſti. Quid em̄ ꝓdeſt ſi vn⁹ ad de
uz ꝓ te orat: et ali⁹ aduerſũ te deũ interpellat
Iuxta illud Eccli. xxxiiij. Dona iniquorum
non approbat altiſſimus.

## Si conſideret quãta ſit miſericordie bonitas quilibet indulgebit inimicis. Ca. iij.

Ercio aũt tenet quilibet pcere ini
micis ꝓpter bonitatẽ miſcdie ſcʒ
et bonitatis. Tanta ẽ em̄ bonitas
pietatis vt ſicut ex diſcordia ꝛ guer
ra inumerabilia ſequunt mala. Ita ex eius
cord pietate ineſtimabilia ſequũt bona. ꝓin
de. j. Thimo. iiij. aplˢ ait. Pietas ad oia va-
let ꝓmiſſionẽ habẽs vite q̄ nunc eſt ꝛ future.
Itẽ duo ſuut genera pietatis. vnũ corpale et
aliud ſpũale. Corpale quidẽ in ſeptem miſe-
ricordie opa diſtingui hʒ. q̄ ſũt paſcere eſuri
entes: potare ſitiẽtes: colligere hoſpites: ve-
ſtire nudos. viſitare infirmos. viſitare incar
ceratos. Que quidẽ tante virtutis ſũt. ꝙ ta
lia exercentes vt dr Math. xxv. audire i die
iudicij a dño merebunt Venite bñdicti patris
mei poſſidete patũ vobis regnũ a ꝯſtitutiõe
mũdi. Eſuriui ꝛ dediſtis mihi manducare. ſiti
ui ꝛ dediſtis mihi potũ. hoſpes erã et collegi-
ſtis me. nudus erã ꝛ cooꝑuiſtis me. Infirm⁹
erã et viſitaſtis me. In carcere et veniſtis ad
me. His aũt q̄ talia opa nõ exercuerũt dabũ-
tur vt patʒ ſupplicia ſempiterna. De mortuoꝝ ſe
pultura nõ ſit ibi mentio: qꝛ miſcdie opa ꝓxi
mis ſiũt inq̄ʒtũ ſũt menbra xp̄i. ſ; mortu⁹ inq̄ʒ
tũ mortuus nõ eſt membꝝ xp̄i. nã xp̄s ſꝑ vi-
uẽs eſt. vt dr Math. vij. c. ad hebreos. ſed d
ſepultura ſit mẽtio Thob. ij. Alterũ pieta
tis gen⁹ eſt ſpũale. et in ſeptẽ opib⁹ ſpũalibus
habet diſtingui. ſcʒ docere ignorantẽ ꝯſule-
re dubitãti. corrigere delinquentẽ. conſolari
triſtẽ. portare oneroſos. orare ꝓ oĩbus et re
mittere offendẽti. Ad oia ſupradicta opa re-
ducunt cetera opa pietatis ꝛ corpalia et ſpũ-
alia. Magna ṽo drã eſt inter iſta duo genẽa
pietatis: vicʒ q̄ʒtũ aĩa a corꝑe diſtat. Naʒ ſi tã
tũ bonũ eſt paſcẽ eſurientẽ: q̄ʒto meli⁹ ẽ doce
re ignorãtẽ. Si tantũ bonũ eſt potare ſitien-
tem. q̄ʒtũ meli⁹ ẽ dubitãti ꝯſulere et ſic d aliis
Igit ſi faciẽtes talia corpalia opa pietatis me-
rent ꝯſequi p̄mia regni etni: q̄ʒtomagis hi qui
ſpũalia opa impẽderũt. vñ Caſſiodo. ait. Si
q̄s odiũ dimiſerit et ꝓ inimicis orauerit. añ tri
bunal xp̄i audacter dicere poterit ꝯſciẽtia li-
bera dñe dimitte qꝛ dimiſi. Et merito q̄dẽ ꝓ
pter iniriaꝝ dimiſſionẽ ꝛ ꝯcordiã fratꝝ cele-
ſtia dona donant. cũ Aug⁹ dicit i Ench. Mul
ta ſũt gnã elẏnaꝝ q̄ cũ facim⁹ adiuuamur vt
nob dimittãt pctã ſ; ea nihil mai⁹ eſt. q̄ʒ cũ cor
de dimittim⁹ pctã. Notandũ etiã ꝙ Greg⁹. in
Moral. ait. q̄ dimittit ꝛ ñ dat: et ſi plene opa
t⁹ nõ ẽ. meliorẽ tñ ptẽ miſcdie tenuit. q̄ṽo dat
ꝛ mime dimittit: oĩno nllaʒ miſcdiã fac. qꝛ ab
oĩpotẽti deo mu⁹ ex manu ñ accipit. q̄d obli-
gato corde in malicia ꝓfert. Ex dictis clareſcẽ
pt ꝙ q̄ pce pcit: pctã ꝯſequet remiſſionẽʒ. teſte
aplo q. ij. Cor. ix. ait. Qui pce ſeiat pce ꝛ me
tet⁹ ꝛ q̄ ſeiat i bñdictõib⁹ d bñdictõib⁹ ꝛ metet
Et iteꝝ Eſa. xxvij. dr. In mẽſura ꝯ mẽſurã cũ
abiecta fuerit iudicabit. Fac igr tibi de mẽſu
ra miſcdie dei optiaʒ portionẽ. nã ſic ait Au-
g⁹ Vnuſq̄ſq; talẽ idulgẽtiã acceptur⁹ eſt a d o
q̄lẽ ipe dederit ꝓxio. Et iteꝝ Eccli. xxviij. dr.
Relinq̄ ꝓxio nocẽti tibi. ꝛ tũc d pcãti tibi pctã
diſſoluet. Hõ hoi ſuat irã. ꝛ a deo q̄rit mede
lã: In hoieʒ ſileʒ ſibi ñ hʒ miſcdiaʒ. ꝛ d pctis
depcat veniã. Ipe cũ caro ſit ſeruat irã: ꝛ de
pcatõeʒ q̄rit a deo. Quis em̄ exorabit ꝓ deli
ctis illi⁹. memẽto nouiſſimoꝝ et deſine inimica
ri. Et iteꝝ Math. vij. dñs ait. Si dimiſeritis hoi-
bus pctã eoꝝ: dimittet ꝛ vob pr̄ vr̄ delicta vr̄a
Si aũt nõ dimiſeritis hoib⁹ nec pr̄ vr̄ celeſtis di
mittet vob pctã vr̄a. vñ añ p̄dicta ṽba orare
nos docẽs ait. Dimitte nob dbita nr̄a ꝛc̄. q̄d
exponẽs Aug⁹ ait. Si nõ dimittis iniuriã q̄ ti-
bi fctã ẽ nõ orõeʒ ꝓ te facis ſ; maledictiõeʒ ſup
te inducis: cũ dicis Dimitte nob ꝛc̄. Nõ eoꝝ eſt.
qꝛ q̄ alteri ſe ledẽti nõ pcit. caritatẽ ſe nõ habẽ
oñdit. ſine q̄ nõ ẽ hoi ſal⁹ ſicut ptʒ ꝑ Aug⁹. de
peni. diſt. vij. c. nullus:

## Miranda exemplaritas oritur ex libera dimiſſione iniuriarum Capitulũ. iiij.

Vqarto dʒ hõ pcere inimicis ꝓpter
vtilitatẽ exẽplaritatis bone. Mirã
de edificatõis ẽ exẽplũ libere remit
tere inimicis. q̄d q̄dẽ ñ tm̄ deo ſ; etiã hoib⁹ grãtũ
eſt. iõ Eccli. xxv. ſcptũ ẽ. In trib⁹ placitũ ẽ ſpi
ritui meo q̄ ſũt ꝓbata corã ipo d o ꝛ hoib⁹ ꝯcor
dia fratꝝ: amor ꝓximoꝝ: ꝛ vir ꝛ mlier bñ ſibi
ꝯſentiẽtes. Multa em̄ grata ſũt deo ſ; ñ hoib⁹. ſic
humilitas patia caſtitas pauptas obia ꝛ ſilia
Multa q̄ʒ ſũt grata hoib⁹ ſ; nõ deo: vt auaricia lu
xuria ſupbia cũ ſilib⁹. Sʒ ꝛ mlta deo ſũt ꝛ hoi
b⁹ grata eẽ ꝓbant. ſic ptʒ in his trib⁹ d q̄b⁹ dicit
Eccli. ibi. s. Primũ ṽo eſt ꝯcordia fratruʒ
que maxime ꝯſiſtit in aioꝝ ꝯſenſu. ꝯuictu vni
tate fidelitate. iuxta laboꝝ atq̄ʒ bonoꝝ diſtri
butionẽ. nec nõ et charitatiua ſubuentione.



O q̄ʒ angelica vita et exemplaritas homini-
bus bona videre aliquos fratres ſpũales vl
corpales atq̄ʒ carnales: quando minores ho
norant et in omib⁹ p̄ponũt maiores: et maio
res minoribus dulciter ꝯdeſcendũt. fideliter
regunt atq̄ʒ equales inſuꝑ et omnes inuiceʒ
ſe ſupportant in caritate et in vinculo pacis.
Tales quideʒ in terra iam angelice ꝯuerſan
tur. ad quod Caſſiodor⁹ ſuꝑ Priſcam hortat
dicens. Habeatis vnitate ſpũs in vinculo pa
cis: nec inueniri poteſt forma expreſſior an-
gelice conuerſatõis: q̄ʒ vnitas ſocialis. Se
cundũ eſt amor ꝓximorum. qui quidem int
ciues luculenter eſſe apparet. cũ vnus alterũ
onerat ſ; honorat. Iuxta illd apli. ad Rõ. xij.
Honore inuicem p̄uenientes. Item cũ ciues
ciueʒ ſupportant et non iniuria eos grauant
ſm̄ etiã aplʒ ad Eph. iiij. vbi ait. Supportãtes
iuicẽ in caritate. Inſuꝑ cũ ciuis ciui offenſaʒ
donat. ſicut hortat apl̄us ad Eph. v. dicens.
Eſtote inuicem benigni miſericordes. donã
tes inuicẽ ſicut xp̄s donauit vobis. Terci-
um eſt vir et mulier. i. maritus ꝛ vxor ſibi be
ne ꝯſentientes. nõ male in bono aut in malo
ſed bene in bono: nõ aũt in malo. non in car
nalitatibus et laſciuijs: non in vanitatib⁹ cor
ruptiuis: nõ in alijs offenſionibus damnati
uis. ſed in his que decent matrimonũ pudi-
cum affectũ verbum et obſequium piũ et d o
deuotũ. Sed ſi contra p̄dicta tria contrariuʒ
videat: non tm̄ deo et omibus ſuperis ingra-
tum et odioſum erit. verũetiaʒ iuſtis et iniuſtis
inde ſcandalizabunt. De hoc referam exem-
plũ notabile q̄d contigit diebus noſtris vide
licet in anno dñi. Mcccc. xix. in caluario mõ
te iuxta dominicũ ſepulcruʒ ſm̄ relata fide di
gni fatris tunc Guardiani in cõuentu mon-
tis ſyon. atq̄ʒ huic ſtupendo miraculo aſſiſtẽ
tes. Venit em̄ tunc temporis Hyſpanie par-
tibus galea quedaʒ pegrinoꝝ dñicum ſepul-
chrum viſitare: ceteraq̄ʒ loca terre ſancte. cũ-
q̄ʒ in itinere eſſent in galea ſactis conſtricti.
vetula quedam volens de loco in locum trãſ
ire caſu impegit pede in cuiuſdã adoleſcentu
li pedem. ex quo cecidit leui equidẽ caſu cor-
poreq̄ʒ illeſo, ex inde tãta indignatõe et odio
contra illum adoleſcentẽ, repleta eſt. ꝙ cum ꝑ
ueniſſet cũ ceteris pegrinis ad locũ noſtre re-
demptionis. i. ad caluarie montẽ adoleſcen-
te ab ea humiliter veniã poſtulante illi talem
leuẽ offenſam parcere noluit: ac vt moris eſt
cõuenientibus alijs pegrinis ad humilẽ ac d
uotã ꝯfeſſionẽ atq̄ʒ ad ſacrã cõionẽ anteq̄ʒ vi
ſitent illa ſacra loca: Inter alios acceſſit ad cõ-
feſſionẽ adoleſcentulus ille qui inaduertent
leſerat mulierem. hic narrauit confeſſori nar
rauit ſcandalum quod de eo innocenter ſu-
pſerat vetula illa. Statim mittit a ꝯfeſſore ad
vetulam illã poſtulaturus veniã et innocen-
tiam nihilominus oſtenſurus q̄d quidẽ humi-
liter in p̄ſentia multitudinis pegrinoꝝ implẽ
te et illa exhortantibus ad h eaʒ alijs pegri-
nis remittere denegãte ad confeſſorẽ reuer-
tit adoleſcens indicans duricieʒ mulieris re-
mittit bis et tercio ad eandeʒ genibus flexis
et brachijs cancellatis cũctis pegrinis ad in-
dulgẽduʒ adoleſcentuli innocẽti exhortãtib⁹
et exorantibus eam. Illa ṽo indignata et a
dyabolo iaʒ obſeſſa oblita aĩe ſue laboꝝ atq̄ʒ
diſcriminũ p̄teriti itineris. oblita ſacrati loci
ſanguineʒ ſaluatoris. oblita illius qui in cru
ce ibidem pendens non tantuʒ large peper-
cit verũetiaʒ ardenti caritate patrem pro ſu-
is crucifixoribus exorauit oblita diuine mi-
ſericordie atq̄ʒ iuſticie dei tantũ memor iniu-
rie ad indulgendũ adoleſcentuli nullomodo
potuit inclinari. O iudiciũ ſũmi dei. o tremẽ-
da iuſticia diuine ſeueritatis dum iuuenis il
le cum ceteris peregrinis ſuſcepit dñicum ſa-
cramentũ: vetula illa a demone iam arrepta
in cyſternaʒ (que quaſi ꝑ viginti paſſus diſta-
bat abſens) veloci ſe impetu p̄cipitauit. et (q̄d
mirabile eſt) multis circa cyſternaʒ exiſtenti-
bus vt haurirent aquã ſatis de paruo cyſter
ne ore nullus de eius p̄cepit p̄cipicio aut ca-
ſu. niſi ꝙ ex ſtrepitu aque. et ex varijs argu-
mentis illaʒ eſſe autumantes velociter ad re
media cucurrerunt. atq̄ʒ inde eam anima et
corpore mortuam extrahebant. qua viſa
pentes ac rememorãtes ſeuitie eius timuerũt
iudicia dei. Diſcant igit hic omnes aĩe duri
cordis ac noſcẽtes pcere inimicis. ꝙ ſic. Iaco.
ij. ſcriptũ eſt. Iudiciũ ſine miſcdia fiet ei q̄ nõ
fecit miſericordiã. Intuere rõnalis aĩa in ſpe
culũ exemploꝝ dñm noſtꝝ ieſum criſtũ i cru
ce pendentem: et conſidera hec tria que lapi-
des nedum corda hominũ mouere atq̄ʒ con
fringere debent. affectum cordis. verbũ oris
et actum operis. Primo contemplare affe-
ctum cordis tanta quidẽ flãma dilectiõis ar-
debat cor ſuũ vt non tantũ ꝓ omnib⁹ pctõri-
bus: imo ꝓ toto humano genere voluntarie
ſe obtulit morti. verũetiã pro ſuis crucifixori-
bus ſingulariter dignatus eſt vt voluit mori-
licet in multis exigẽte coꝝ culpa fruct⁹ paſſiõis
non fuerit ſubſecut⁹. nã i tãta digtõe maior ful-
ſit caritatis ardor ex quo excelſi⁹ mori ſe tradẽ ꝓ ſu-
is crucifixõib⁹: q̄ʒ ꝓ alijs offẽdẽtib⁹ dũtaxat me-

nifeſte ptʒ.cū primū verbum(qđ in cruce ꝓtu-
lit)pncipaliter ꝓ ſuis crucifixoꝛibus exoꝛauit.
quia(ſic idē dn̄s Math.xij.ait) Ex habundā
tia cordis os loquit᷑. Bon⁹ hō de bono the-
ſauro cordis ſui ꝓfert bona. Scđo ꝑticulari
us ↄtemplare verbū oꝛis. O ineſtimabilis di-
gnatio redemptoꝛis. O incōꝑrehēſibilis la-
titudo ſui amoꝛis. O inq̄ʒ ineſtimabilis dul-
cedo ſui cordis et oꝛis. q(ſicut Berñ.ſup Cā-
ti.ait) Flagellis ceſus. ſpinis coꝛonatus. cla-
uis ↄfoſſus. patibulo affixus. obꝓꝛobrijs ſa-
turatus. oim tñ doloꝝ imemoꝛ inq̄t. Pař ig-
ſce illis q2 neſciūt q̄d faciūt. ait eñ. Paľ dul-
ciſſime. pꝛ amātiſſime pꝛ deſiderantiſſime. a
paterno noie amoꝛoſus fili⁹ cepit: et ſuo blā-
diens genitoꝛi tali filio nihil ōbere negari cō
cludit, deniq̄ʒ efficaciſſime petit dicens. Ig-
ſce. Nec ait. Examina ↄſidera pondera. Ig-
ſce inq̄t. vt noſtras doceat offenſas non exa-
minare nō ponderare: nec etiā cōſiderare. ſ
obliuioni oino tradere. et toto corde et pleno
oꝛe atq̄ʒ efficaci ope indulgere. Inſup et vi-
ſcera cordialis cōpaſſionis ſup crucifigentes
eū effundēs ait illis. q.d. q2 ſunt ceci: ſunt in-
firmi. ſunt coꝛrupti. nec nō ex infectiōe natu-
re ad malum ꝓni. quaſi dicere velit. Non ꝑ-
maneat pater. ſpūs indignatōnis tue in illis
cū non ſint ſpūs ſepati, qui ex impia maligni
tate offendant: ſ ex pondere ſue infecte car-
nis his ſceleribus imergunť. Demūq̄ʒ ſub-
dit. q2 neſciūt. ſcʒ creationis beneficiū. amoꝛi
mei infinitiſſimū bonū. redemptiōis mee in-
eſtimabile ꝑciū, eterne glie inīminabile ꝑmi-
um, ſui ſceleris incōſiderabile malū, neq̄ʒ eter-
ni ſupplicij infinitū toꝛmentū. ideo neſciunt
q̄d faciūt. Tercio contemplare actū opis. q2
omnes actus criſti pendētis in cruce clamāt
pietatē et miſericoꝛdiam. Vide o fidelis ani-
ma in brachioꝝ extenſione amplā, a pietate
paterne impetrationem, receptarū iniuria-
rū largā remiſſionē, oim cordium piā attra-
ctionē, oim affectionū miram transfoꝛmatio-
nē, oim animoꝝ duroꝝ confractionē et liq̄fa-
ctionē. Vide caput inclinatū ad oſculandū ʒ
manus ꝑfoꝛatas ad largiendū, latus apertū
ad diligendū, pedes confixos ad tecū cōmo-
randū, totū coꝛpus extenſum ad totū largiē-
dū. vt et tu q̄ iiurias paſſus es diſcas amoꝛe
ſui tibi iniuriantibus liberaliſſime indulge-
re: qui amoꝛe tui dignatus eſt moꝛi. Surga-
tur igiť vnuſquiſq̄ʒ et quilibet iniurians hu-
miliť genuflectēs ab offenſo depoſcat amoꝛe
offenſus offenſi xp̄i offenſas corde et ōpe di-
mittat. et(qđ meriti et ꝑfectiōis ſūme magnū

eſt ſignū) offenſus ꝑuenīēs offendentē non
tm̄ libere ſibi indulgeat. Verūetiā veniā et in-
dulgentiam dulciter et humiliter poſcat. et
luentibus oib⁹: oib⁹ coꝛā deo et chꝛiſto Ieſu
cū lacrimis cū clamoꝛe cordis et oꝛis paceʒ et
miſcđiam poſtulantib⁹ imutuis amoꝛis am-
plexibus et oſculo pacis indulgentiā et ꝛmiſ-
ſionē mutuam miſcđiter facientes miſericoꝛ-
diam impetretis a patre miſcđiaꝝ et dn̄o no-
ſtro ieſu criſto. Qui cū patre et ſpūſancto glī-
oſus viuit et regnat in ſecula ſcloꝝ. Amen.

## Feria ſcđa poſt dn̄icam oliua-
## rū: et etiā in feſtiuitatib⁹ btē vir-
## ginis: et maxime natiuitatis cō-
## ceptōis et annūciatōis. ſer.lj.

## Sicut ſol oꝛiēs

in mūdo Eccli.xxvij. Sacramē-
tū glioſe virginis matris dei
ſublimiſſimū ad reuerendū ʒ.
deuotiſſimū ad tractandū dulciſſimū ad con-
tēplādū hodie dilectiſſimi ꝓpoiť nobis. glio-
ſa equideʒ dies iſta q̄ iubar ſolaris lumis no-
bis affert: dū conceptā vel natam ſeu annū-
ciatā nobis ꝑnunciat dei matrē. Eleuem⁹ igť
ōēm pietatis affecū: efferamus oēm noſtruʒ
conatū: erigam⁹ et illuſtremus cunctis viri-
bus intellectū: ad illā que vigoꝛe dulcoꝛe atʒ
ſplendoꝛe ſuo cūctas pias mentes inflāmat
inflāmatas illuminat. illumiatas roboꝛat. vt
ſciāt velint et poſſint filij ſui veſtigia imitari.
q2 ſicut ſup Eccli. teſtať ipa ſpūaliter eſt ſic ſol
oꝛiens in mundo. In q̄bus v̄bis ſapiēna dei
deſcribit triplicē gratioſū beate virginis ſta-
tum. Primū ↄceptōis. ſcđm natiuitatis. ter-
ciū annūciatōis. Primū ſcʒ ei⁹ ↄceptionē di-
cit eſſe. ſicut ſolē: quaſi cū eſt poſt mōtes i au-
roꝛa. q2 adhuc clauſa erat in vtero matri ſue
in tp̄e ſue ↄceptionis et de illo ſtatu virginis
Cañt. vj. angeli dicūt. que eſt iſta q̄ ꝓgrediť
quaſi auroꝛa ↄſurgēs. Scđm ei⁹ ſtatū. ſcʒ
natiuitatē dicit oꝛientē ſolē. ſcʒ cum aſcēdit a
montibus oꝛiētis ac irradiat mundū in oꝛtu
ſuo. et de ꝑdictis duobus ꝓpheta ait dicens
Tu fabꝛicatus es aurorā et ſolem. i. beatam
virginem in conceptione eius et natiuitate.
Terciū eius ſtatū. ſcʒ annunciationē et ob-
umbꝛationē ſpūſſancti dicit eſſe q̄ſi ſolē i mū-
do. i. in altitudine celi. cum aſcendit ſupemiſ-
ꝑeriū noſtrum in ſūmo caloꝛis eſtu. Sic fuit
beata virgo in conceptione filij dei.

### Articulus prim⁹ de quatuoꝛ ad-



### mirandis gratijs: quibus reple-
### ta fuit btā virgo i ſua cōceptiōe

Primus ſtatus beate virginis fu-
it ſue ↄceptiōis. et tūc fuit btā vir-
go ſicut ſol in auroꝛa ↄſurgēs. In
hoc ſtatu ↄtemplemur inter alios
q̄ttuoꝛ eius ſplēdoꝛes. Prim⁹ diciť ſanctitas
ſcđs claritas ſeu lumioſitas. tertius charitas
q̄rtus tranquillitas.

### De triplici ſctificatiōe ſctifi-
### catoꝝ: et de admirāda ſctificatio-
### ne beate virginis in ſua conce-
### ptione. Capitulū. j.

Primus ſplendoꝛ eius ſctitas dici
poteſt. Dimiſſis autē ſcholaſticis
bellis circa virginalē ↄceptū: tri-
plicem ſctificationē ad ꝑñs diſcutiam⁹. Pri-
ma eſt generaľ. ſcđa ſpālis diciť. tertia mat-
nalis diciť. Prima eſt ſctificatio generaľ. Et
hec q̄dem in illa qua ſctificanť hoies ꝑ eccle-
ſiaſtica ſacra: qđ fit maxie ꝑ baptiſmū. et taliſ
ſctificatio duo bona in hoie opať. Pꝛio eniʒ
remouet culpā. ſcđo ↄfert gr̄am. tertio vero
non remouet ſed remanet. ſ. peccati fomes
et ꝓnitas ad peccandū: q2 et venialiť et moꝛ-
taliter taliter ſctificatus peccare pōt. Scđa ē
ſctificatio ſpecialis. et talis ꝑ gr̄am ſpūſſancti
ↄdonať. ponit aūt hec ſctitas aiam i ſtatu iu-
ſticie ↄſūmate. Et opať in ea tria. Primo re-
mouet culpā. ſcđo ↄfert gr̄am: tertio remo-
uet ꝓnitatē. ne poſſet faciliť homo moꝛtaliť
inq̄nari. Cum igiť oēs in iniq̄tatib⁹ ↄcipiant-
tur: neminē vnq̄ʒ moꝛtaliū inter mr̄na viſce-
ra legim⁹ ſctificatū. preterq̄ʒ hieremiā et bea-
tum iohēm baptiſtā. q̄ʒq̄ʒ de btā virgine nul-
la ſit ambiguitas ſicut diceť. j. longe tñ ma-
ioꝛ ſctificatiōe hieremie fuit ſctificatio iohis
baptiſte. Ille quidē in matris vtero ſctifica-
tus fuit ſicut legiť Hiere. j. vbi dꝛ. Priuſq̄ʒ
te foꝛmarē in vtero noui te: et anteq̄ʒ exires
de vulua ſctificaui te. Iohs v̄o ſpūſcō reple-
tus annūciať. Vñ Lu. j. ait de iohe archangelus
ʒacharie. Spūſctō replebiť adhuc ex vtero
mr̄is ſue. Multo q̄ppe excellenti⁹ ē ſpūſan-
cto repleri: q̄ʒ a ſpūſancto ſctificari. Ibi eniʒ
ſctificatio emūdationē: hic repletio vltra h̄
gr̄e mūdationē deſignat. Deniq̄ʒ apľi q̄ ma-
nibus ſuis tractauerūt de verbo vite cuʒ vt
diciť Io. xx. ſpm̄ſctm̄ iam de ſaluatoꝛis ac-
cepiſſent afflatu tandē q̄nq̄geſimo a reſur-
rectiōis die ad illū gradū aſcenderūt. vt Ac-
tuū. ij. de eis diceret. Repleti ſunt oēs ſpū-
ſancto. Et licet ſpūſſctūs largioꝛi tunc munē
credentiū coꝛda repleuerit: hoc tñ iohes in
vtero legiť aſſecut⁹. qđ apľica celſitudo lar-
gioꝛi ꝓmiſſiōe meruit obtinē. q̄ʒq̄ʒ etiā apľi
tunc fuerint tanta ſpūs copioſitate firmati:
vt oē moꝛtale pctm̄ faciliť potuerūt vitare. et
etiam freq̄ntiam venaliū. nō tam̄ credo eos
foꝛe factos impoſſibiles ad peccandū. atq̄ʒ fi-
deliter credo eſſe tenendū q2 illi duodeci ath-
lete veri mūdi expugnatoꝛes tanta tunc gr̄a ſu-
perueſtiti fuerint: q difficilimuʒ fuiſſet eos
ruere in moꝛtalē culpam. tamē firmiť aſſerē-
dum eſt: q nunq̄ʒ moꝛtaliť peccauerūt. Ter-
tia v̄o fuit ſctificatio mr̄nalis. Et hec remo-
uet culpam oꝛiginalē: et ↄfert gr̄am. et h̄ etiā
remouet ꝓnitatē ad peccandū tam venialiť
q̄ʒ moꝛtaliť. Et hec fuit in btā virgine maria
matre dei. ſane deus ipſe etern⁹ ſicut mira
ſua ſapiētia creauit oia. ſic illam bn̄dictā ma-
trem ſuam talem ↄdidit et ſctificauit in tem-
poꝛe: qualem eam ſctām elegit in ſua eťnita-
te. Et talem tam nobilitate nature q̄ʒ ꝑfectio-
ne gr̄e ↄdidit mr̄em: qualē eam decebat hr̄e
ſuam glorioſiſſimā maieſtātē. q2 in ea et de ea
debeat ſumere qđ in eternū ſibi erat vnituʒ
vnitate ꝑſone de q̄ exiret ꝑciū totius libe-
rationis iuſtificatiōis et btificatiōis humane
Et de hac ↄceptiōe Anſelm⁹ in lib. de conce-
ptu virginali ſic ait. Decebat vt illi⁹ ↄceptio
de matre puriſſima fieret: ea puritate q̄ pu-
ritate maioꝛ ſub deo nequit intelligi. Atq̄ʒ
de hoc rōnem ſubiūgens ait. Cui deus paľ
vnicū filiū quē de coꝛde ſuo genuit equaleʒ
ſibi ita dare diſponebat vt naturaliť eēt vn⁹
eidēq̄ʒ cōis dei patris et virginis filius: quaʒ
et ſubaliť filius ſibi matrē facere eligebat. et
de qua ſpūſſctūs opatus eſt vt de ea ↄcipeť
et naſcereť ille ō quo ipſe ꝓcedebat. et ꝑ hoc
decebat vt illius hois. ſ. chꝛiſti ↄceptio ō ma-
tre fieret qua puritate nulla maioꝛ poſſet in-
telligi ſub deo.

### Quanto lumine illuſtrata fuerit
### beata virgo in vtero matris ſue
### Capitulum. ij.

Secūdus virginis ſplendoꝛ dꝛ cla-
ritas ſeu luioſitas. Nam in ꝑma
ſctificatiōe q̄ʒtū ad rōnem et intel-
lectū. Tanta eni ſapie claritas a deo ſupin-
fuſa eſt cum maria interpteť illuiata q h̄ ſe-
ptem ꝑfecte intelligebat ſm̄ q̄ſdam. Primo
naturā creatā irrōnabilē. ſcđo naturā crea-
tam rōnabilem. tertio naturā creatā ſpūalē
q̄rto naturā increatā diuinalē. q̄nto omia q̄

erant fugiēda ⁊ aſpernēda. ſexto oīa q̄ erāt ſeq̄nda ⁊ amplectēda. ſeptimo ꝑ quē modū et ad q̄tum ḡdum oīa eſſent odiēda vel diligenda. Hec q̄dem diſtinctio cōꝓhendit in ſe diſtinctionē creatoꝛis ⁊ oīum creatoꝝ nec non ⁊ cunctoꝝ bonoꝝ ⁊ maloꝝ. A q̄rta q̄ppe que erat cognitio creatoꝛis ⁊ tres ↄſequētes et tres p̄cedētes habebāt oꝛiginē ſicut ꝓpheta teſtaꝰ dicens. In lūie tuo videbimꝰ lumē Nam ⁊ de tribꝰ ſeq̄ntibꝰ exprimur etiam in bis que hñt magnū habitū diuine ſapie i vltimo gradu. Ex dictis ſequiꝰ ꝙ beata virgo etiam dū erat in vtero matris habuit vſum lib. arb. atq; lumē ꝑfectū in intellectu ⁊ rōne Proinde ſm q̄ſdam fuit tunc in ſublimioꝛi ↄtemplatiōis ſtatu: q̄ꝫ vnq̄ꝫ fuerit aliq̄ creatura hūana in ꝑfecta etate. Et licet in vtero mr̄is ſue ſicut ⁊ ceteri infantes doꝛmiret. attamen ſomnus q̄ abyſſat ⁊ ſepelit in nob rationis et li. arb. actus ⁊ ꝑ ↄſeq̄ns actum merendi. nō credo ꝙ talia in ipſa fuerit opatus ſed aīa ſua libere ac meritoꝛio actu tunc tendebat in deū. Vñ illo tp̄e erat ꝑfectioꝛ ↄtemplatrix: q̄ꝫ vnq̄ꝫ fuerit aliq̄s alius dū vigilauit. Vñ et Cant. v. ipſa ait. Ego doꝛmio et coꝛ meū vigilat. ſ. in ↄtemplatiōe perfecta a nulla actiōe debilitata. Hec tñ ſm alios fuit poſt ſcdam ſctificationē: qđ foꝛte verius eſt. Nec mireꝰ quiſq; ſi mr̄ dei ante debitā etatē habuit vſum li. arb. ⁊ fulſit tanto lūie rōnis. cum ⁊ plerique alij ſancti in puericia eoꝝ ante debitā etatē habuerūt virtutē gr̄am atq; lumen. De virtute in ſctō Nicolao repiꝰ exemplū: q̄ in q̄rta ⁊ ſexta ferijs ſemel tm̄ ſugebat mam̄s. Et de gr̄a in ſctō Bñdicto exēpluꝫ patet: q̄ in puericia ſua cepit miraculis choruſcare. De lūie xpo in ſctō Johāne clariſſime cōpꝛobaꝰ. Vñ Amb. ait. Vere Johānes nouit chꝛiſtū: non natura ſed gr̄a. Et ſuper Lucā etiā ait idem. Nec eni vllā ſenſit infantie etatē: q̄ ſup̄ naturā ſup̄ etatē in vtero ſitꝰ mr̄is a mēſura cepit etatis ꝑfecte plenitudinis chꝛiſti. Hec ſiq̄dem nullo mō eſſent vera ſi infantilitas coꝛpalis impediſſet vſum liberū rōnis. Qđ inſup ait ꝙ a mēſura cepit etatis ꝑfecte plenitudis chꝛiſti verificaꝰ non de coꝛpis facultate ꝑfectiōe atq; vigoꝛe. qꝛ tūc paruulus erat: ſed q̄tū ad plenitudinē meriti ⁊ ꝑ actum ⁊ vſum li. arb. vt in h̄ aſſilareꝰ xp̄o ipſuꝫ ſctificāti q̄ tūc in vtero virgīs plenius vſu li. arb. merebaꝰ. Ex verb igiꝰ Ambꝛoſij elici pōt. ꝙ nō ſolū ꝓtūc nō ſenſit impedimēta infantie in ipſo rōnis vſu: verum etiā ꝙ nunq̄ꝫ ſenſerit poſtea, qđ ſatis rōnabile eſſe videꝰ. Qꝛ micoꝛs deus datas gr̄as hoi non ſubtrahit ſine culpa. Hoc q̄dem ex opibus ioh. manifeſte apparet cū de eo legiꝰ Qꝫ in etate q̄nq; annoꝝ aufugit mūdum et intrauit deſertū. Nec penſandū eſt ꝙ abſq; p̄uia ↄſideratiōe illic iuerit diutius moraturus: Si igiꝰ de beato Johāne talia credēda ſuut: q̄to etiam maioꝛa de virgine mr̄e chꝛiſti ſentire neceſſe eſt.

## Quāta charitate ardebat ad deum ⁊ ad pꝛoximuꝫ virgo beata cum adhuc eſſet in vtero matris ſue. Capitulum. iij.

t Ertius virginis ſplendoꝛ fuit charitas. ſ. q̄tum ad volūtatē inq̄ꝫ in tanta plenitudie diuinꝰ amoꝛ infuſus eſt. ꝙ nihil eligē vellet niſi ꝙ dei ſapia p̄monſtrabat. Proinde hac ſapia illuſtrata tm̄ deū diligebat: q̄tū ad ſe diligendū illum intelligebat. Quis igiꝰ exp̄mere poſſet q̄to ardoꝛe diligebat eū ex toto coꝛde. i. ſup oīa tpalia mūdi: ex tota aīa. i. ſup coꝛpus ⁊ carnem ſuam: ⁊ ex oī mēte ſua hoc eſt ſup omia ſupioꝛa. ſ. ſpūalia ⁊ celeſtia. Vñ in ꝑſona illius pš. ait. Inflāmatū eſt coꝛ meū ⁊ renes mei cōmutati ſunt. ſ. ꝑ trāſfoꝛmationē diui amoꝛis. Ex charitatis q̄ꝫ ardoꝛe etiam hūane ſaluatiōis toto affectu deſiderabat incarnationē filij dei. Nam ⁊ totus impetꝰ pꝛime ſctificatiōis mentē huiꝰ ſacratiſſime virginis impellebat ad h̄ deſiderandū ꝓ ſalute oiuꝫ electoꝝ. Proinde oēs virtutes eius ardentiſſime mentis in id qđ poſtea factū fuit i ea toto conamine inflāmabāt aīam eius. Ipſa ſiq̄dem fuit felix clauſula totꝰ expectatiōis et deſiderij ac poſtulatiōis aduentꝰ filij dei i qua ſicut in cono. i. in angulo oīa deſideria p̄cedētiū electoꝝ atq; ſctōꝝ ↄſummata ⁊ terminata fuerūt. iō nobis inexp̄ſſibile eſt illđ feruidū deſideriū ⁊ languētis oꝛonis ſuſpirium q̄ ſuſpirabat ad deū: vt filiū ſuū mittē dignareꝰ ad nr̄aꝫ aſſumēdā naturā. Nec tam̄ credendū eſt ꝙ ad recipiendū eum in carne ſua exiſtimaret ſe dignā. Nam gr̄a ſctificationis p̄dicte que eam oī virtute repleuit. ſic a p̄ncipio mentē eius in abyſſo hūilitatis fundauit: ꝙ ſicut nulla poſt filiū dei creatura tātum aſcendit in gr̄e dignitatē: ſic nec tm̄ deſcendit in abyſſum hūilitatis ꝓfunde. Nec inſup alicui pure creature in hoc ſeculo eſt datum tm̄ guſtare nihilum creature. nec tm̄ ſe humiliare ⁊ ānihilare ſub volito maieſtatis



diuine: ſicut ipſi virgini bñdicte. Merito ergo Bern. in q̄dam ſermōe inq̄t ad beatā virginem. Sicut ad mediū ⁊ ſicut ad archanū dei ſicut ad rerum cauſam. ſicut ad negociū ſeculoꝝ reſpiciūt qui in celo ſunt. ⁊ qui in inferno habitāt. ⁊ qui nos p̄ceſſerūt. ⁊ nos q̄ ſumus. ⁊ qui ſequenꝰ ⁊ nati natoꝝ. ⁊ qui naſcentur ab illis. Illi qui ſunt in celo vt reſtaurenꝰ. ⁊ qui ſunt in inferno vt erripianꝰ. ⁊ q̄ p̄ceſſerūt vt ꝓphete fideles inueniantꝰ. ⁊ qui ſequenꝰ vt gloꝛificenꝰ. Hec ille. Et iterū ideꝫ ait. Quis mie tue o bñdicta longitudinē latitudinē ꝓfunditatē ſublimitatē queat inueſtigare. Nam longitudo eius vſq; ad nouiſſimū diem inuocantibꝰ eam ſubuenit vniūſis. Latitudo eius replet oꝛbem terrarū: vt tua mia plena ſit oīs terra. Sic ⁊ ſublimitas eius ciuitatis ſupne inuenit reſtaurationeꝫ et ꝓfundū eius ſedentibꝰ in tenebꝛis ⁊ i vmbꝛa moꝛtis obtinet redemptionē. Inſuper idem ait. Maria oīa oībus facta eſt ſapientibus ⁊ inſipientibꝰ copioſiſſima charitate debitricē ſe fecit. oībus mie ſinū aperit: vt đ plenitudine eius capiant vniūſi. ſ. captiuus redemptionē. eger curationē. peccatoꝛ veniam. iuſti gr̄am. angelus leticiā. demū tota trinitas gloꝛiā filij dei ꝑſona hūane carnis ſubam. vt non ſit qui ſe abſcondat a caloꝛe illius.

## De tranquillitate carnis beate virginis ſub impio rationis. Capitulum. iiij.

q Uartus ſplēdoꝛ beate virgīs fuit trāquillitas. Que q̄dem ſequiꝰ ex p̄dictis. Nam inpotētijs app̄henſiuis ⁊ ſenſitiuis illius tanta trāquillitas erat: q̄tū in eo tria p̄cedētia abūdabāt. Et cum amoti ſunt motus fantaſmatū deluſiui ex q̄ ſenſitiuꝰ appetitꝰ in tanta dñij plenitudine ſub voluntatis imperio ſubdebaꝰ: qđ in obiectum aliq̄d fieri non poterat ↄtra imperiū voluntatis ⁊ rōnis. nec niſi modo q̄ volūtas ⁊ ratio impabat: in ſeq̄ndo ⁊ fugiēdo. h̄ ſiq̄dem etiam apparet in iuſtis. ſm ꝙ iuſti ſūt amplius vel minꝰ videlicet ꝙ ſenſitiuū appetitū refrenant. ⁊ hoc intm̄ ꝙ hoīes qui in raptu ſic refrenat illum: ꝙ impoſſibile illis eſt ſaltem ꝓ q̄to ſunt in ↄtemplatiōe tam alta ꝙ ꝓpter ipſum ad caſum modo aliq̄ inclinētur. Et de hoc ſtatu ⁊ de illo tp̄e loquiꝰ liber de aīa ſimplici: atq; de aīa libera. licet in libꝛo illo multa nugatoꝛia ⁊ plurimū deceptiua atq; ꝑiculoſa ⁊ erronea ↄtincanꝰ. ſic pa- et ex de here. c. vnico in cle. Hoc ſiq̄dē modo fieri potuit in virgine bñdicta in p̄ma eiꝰ ſanctificatiōe intm̄: ꝙ poterat ꝑ talem ſapiaꝫ et amoꝛē vitare oēm actualem culpam. tam moꝛtalē q̄ꝫ venialē. ita ꝙ ipſa gr̄a ꝑmanente impoſſibilis fuit reddita ad peccandū. ⁊ ſic q̄tum ad appetitus p̄dictos plena ↄcoꝛdia erat: ac inferioꝛ appetitus erat in plena ↄcoꝛdia ad appetitū ſupioꝛem. ⁊ ſupioꝛ in plena obediētia ad ipſum deū. ex q̄ factus erat in pace locus eius. ⁊ habitatio eiꝰ in ſion. Preterea qꝛ veniale pctm̄ q̄nq; ex ſurreptiōe cōtingit: ex hoc videlicet ꝙ aliq̄s inoꝛdinatus appetitus aut ↄcupiſcētie motꝰ inſurgit. aut alterius paſſiōis p̄ueniens rationē rōne cuius primi motus peccata eſſe dicunꝰ. conſequens eſt ꝙ beata virgo maria nunq̄ꝫ venialiter lapſa eſt cum inoꝛdinatos motus non ſenſerit paſſionū. Contingūt aūt hmōi motus inoꝛdinati ex hoc ꝙ appetitus ſenſitiuus qui eſt harū paſſionū ſubiectū. non ſic ſubijcitur rōni q̄n interdū ad aliquā rōnis inoꝛdinationē moueaꝰ. ⁊ q̄nq; etiam ↄtra rōneꝫ in quo ↄſiſtit peccati motus. Sed in btā virgine ſic fuit ſenſitiuꝰ appetitus rōni ſubiectꝰ ꝑ gr̄am ſctificantē: ꝙ nunq̄ꝫ ↄtra rōnem mouere ſe poterat. poterat tamen ſm Tho. aliquos habere ſubitos motus non p̄oꝛdinatos a rōne. Poꝛro in dñō ieſu chꝛiſto aliq̄d amplius fuit. Nam ſic inferioꝛ appetitꝰ in eo rōni ſubiectus erat: ꝙ nihil mouebaꝰ niſi ſꝫ rōnis oꝛdinē. Hoc eſt ſm ꝙ ratio oꝛdinabat vel ꝑmittebat appetitū inferioꝛem moueri a ꝓpꝛio motu. Hoc eni videꝰ ad pꝛimi ſtatus ꝑtinuiſſe integritatē: vt inferioꝛes vires ſubderentur totaliꝰ rationi. Que q̄dem ſubiectio ꝑ peccatū pꝛimi parentis ſublata eſt. et non tm̄ in ipſo ſed etiam in alijs ↄtrahūt ab eo peccatū oꝛiginale. In quibꝰ etiam poſtq̄ꝫ nudanꝰ a culpa ꝑ gratie ſacramentū: remanet rebellio vel inobediētia viriū inferioꝛuꝫ ad rationem que diciꝰ fomes peccati. q̄ nullo modo in chꝛiſto fuit. ſed in beata virgine non erāt inferioꝛes vires totaliꝰ rationi ſbiecte: vt. ſ. nullum motū haberēt a ratione ſi p̄oꝛdinatū. Tamen ſic ꝑ virtutē gratie cohibebanꝰ: ꝙ nullo modo moueri poterāt ↄtra imperiū rōnis. Propꝰ hoc dici ſolet ꝙ i beata virgine poſt pꝛimā ſctificationē remanſit fomes ſm ſubam: ſed ligatus. Hec Tho.

## Articulus. ij. de alijs q̄ttuoꝛ gratijs de quibus repleta ē beata virgo a ſua natiuitate vſq; ad

conceptionem filij dei.

S Ecūdus ſtatus beate virginis fuit ſue natiuitatis ⁊ ɔuerſatiōis. Et tūc fuit vere ſol oriēs in mūdo. A quo q̄ttuor radij inter alios in mūdo egreſſi ſunt ad mentes illuſandū ⁊ irradiandum. Primus aūt eſt formoſitas. ſcd̄s puritas vl̄ imunitas. tertius ſaporoſitas: q̄rtus exemplaritas.

## Qr virgo maria cū admirāda pulchritudine refulgeret: nō q̄ ad laſciuiā ꝓuocaret: verūetiaꝫ in alijs motus libidis refrenabat. Capitulum. j.

P Rimus q̄dem radius formoſitas dictus ē. Proinde Cant. iiij. ad eam loquit̄ ſponſus dicēs. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula .ſ. corꝑalis vel ſpūalis non eſt in te. Scd̄m Alex. de hal' in. iij. Prima ſctificatio remouit a virgīe oē̄ qd̄ eſſe poterat inclinatiuū ad peccandū: et q̄ſcunqꝫ carnales motus. q̄ velut ſerpētes i carne humana ſerpūt. Hec ſiq̄dem ſctificatio tanta fuit vt etiam ad alios extēderet virtutes ſuas: ⁊ extinguerēt in alijs oēm ɔcupiaꝫ carnis. Proinde Eccl. xxiiij. ipſa ait. Quaſi cedrus exaltata ſum in lybano. Qr ſicut cedrus interficit ſerpētes odore ſuo: ita prima ſctificatio eius in alios irradiabat atqꝫ extinguebat in eis oēs carnales ɔcupiſc motuſ in carne ſerpētes. Ex hoc q̄ꝫ aſſilat̄ myrrhe. ſicut Eccl. xxiiij. patꝫ vbi ipſa inq̄t. Ego ſicut myrrha electa dedi ſuauitatē odoris. Nam ſicut myrrha interficit vermes: ita ſctitas ei⁹ interficiebat vermes ɔcupiſc carnis. Narrāt ſm̄ Bonauentu. etiā iudei q̄ virgo btā pulcherrima fuit: ⁊ tn̄ a nullo potuit ɔcupiſci. Et ratio hui⁹ erat quia virtus ſue caſtitatis et ſanctitatis in alijs aſpicientib⁹ eam extinguebat oēs carnales motus. Et hanc q̄dem prerogatiuā habuit beata virgo ꝑ oībus ſctificatis ⁊ virginib⁹ ſctis. quia ſctitas illoꝝ non extinguebat in alijs ɔcupiſas atqꝫ mot⁹: nec ad alios hoc modo trāſfundebat̄. Ultra autem antedicta ſicut ex verbis beati Bernardi elici pōt: ex q̄ttuor cauſis vel ex aliqua earundem hoc potuit euenire. Primo ꝓpt̄ impreſſionē. ſcd̄o ꝓpter ɔūſationē. tertio ꝓpt̄ occultationē: q̄rto ꝓpter irradiationem. Primo potuit hoc fieri ꝑ imꝑſſionē. qui omnibus qui inclinati erant ad ɔcupiſcendum eam vt carnalit̄ ɔcupiſcibilis non apparebat.

Sicut ⁊ mulier valde pulchra ꝓpter aliq̄d maleficiū factum viro ſuo: non poteſt ei vt ɔcupiſcibilis apparere. ſic deus in bonum a parte gratie potuit operari. Scd̄o autē potuit hoc fieri ꝓpt̄ ɔuerſationē. que vtiqꝫ admirabilē poteſtatē. ⁊ moꝝ atqꝫ geſtium grauitatē in facie ⁊ in toto corꝑe eam ɔtuentib⁹ oſtendebat: intm̄ q̄ ꝑ extrinſeca ſigna apparebat aptius q̄ nullaten⁹ poſſet ad fedū aliq̄d inclinari. Immo q̄ erat tota dedicata et ſinglariſſimū habitaculū dei facta. Sicut cōtingeret de ſctiſſima muliere que eſſe ɔtinue quaſi rapta. Tertio ꝓpter occultationeꝫ ſcꝫ pulchritudis ſue oī qui eam ɔcupiſcē poſſet. ſicut ⁊ claritas corꝑis chriſti poſt reſurrectionē diſcipulis celabat̄. Quarto ꝓpter irradiationē. Scd̄m eni Bern̄. ꝓpter claritatem ⁊ irradiationē ꝓcedentē a facie ei⁹ ioſeph auſus non erat illam in faciē reſpicere Glo. q̄ꝫ Mat. j. ait. q̄ ioſeph mariā facie ad faciēꝫ videre nō poterat: quā ſpūs a ɔceptione penitus repleuerat. Et ideo non agnoſcebat eam facie ad faciē: quaꝫ ſponſauerat donec illius vterus euacuaret̄.

## Qualiter puritate atqꝫ imunitate poſt primā ſctificationē ab omni culpa fulgebat beata virgo maria. Capitulū. ij.

S Ecūdus radius eſt puritas ſeu imunitas noiat̄. Fuit eni beata virgo ꝑ grām ꝑſeruatiōis atqꝫ ſctificatiōis ꝑſeruata ab oī actuali culpa tam veniali q̄ꝫ mortali. alit̄ in ea fomes non fuiſſet ɔſopitus: ſeu ſm̄ alios ꝑfecte ligat⁹. Un̄ Auguſ. in lib. de natura ⁊ grā ait de ſctā maria virgine. dum de peccatis agit̄ ꝓpter honorē dn̄i nullā ꝓrſus volo habere queſtionē. Propter primā eni ſctificationē ſicut fuit intemerata carne ſic etiam fuit imaculata mēte ab oī culpa tam veniali q̄ꝫ mortali. Et hoc maxime ꝓpter tria. Primo ꝓpter grē inclinationem. ſcd̄o ꝓpter fomitis repꝛſſionē: tertio ꝓpter diuine grē ɔſeruationē. Primo inq̄ꝫ ꝓpter grē inclinationē. Tāta eni grā erat illuſtrata q̄ licet li. arb. nōdum eſſꝫ in ea in fine vltimo ſtabilitū: tn̄ eam ſemꝑ ordinabat ad bonū ſicut. j. patebit. Scd̄o ꝓpt̄ fomitis repꝛſſionē. Sic eni fuit in ea in p̄ma ſctificatione fomes repreſſus q̄ penitus ad nulluꝫ incitabat malū. Tertio ꝓpt̄ diuine grē ɔſeruationē. Diuina eni ꝓuidētia ſicut in ſtatu inocentie hoiem ꝓtexiſſet: ſic etiā beatā virginem ab oī actuali ꝓtegebat culpa. Unde Bern̄. ad lugdun̄. Puto q̄ copioſi⁹ munus grē in eam deſcēderit: que eius nō ſolū ſc. iſti caret ortum: ſed eam deinceps ab oī pctō cuſtodiret imunē. Preterea de nulla alia anima dici pōt illud Cant. iiij. Tota pulcra es amica mea ⁊ macula non eſt in te ɔgruenti⁹ q̄ꝫ de virgine bn̄dicta. Ubi eni macula ē vel culpa actualis vel venial' aut mortalis hoc verbū prealegatū mime dici pōt. Qr aūt ſic eſſet imaculata ꝓpter tria ſm̄ Bonauentu. in. iij. di. iij. ɔgruū erat. Primo ꝓpt̄ diaboli ɔfuſionē. ſcd̄o ꝓpter nr̄am intceſſionē: tertio ꝓpter diuinā deſponſationē. Primo inq̄ꝫ ꝓpter diaboli ɔfuſionē. Congruū quidem erat q̄ beata virgo maria poſtq̄ꝫ auferebat nobis opprobrium ſuparet ⁊ vinceret etiam diabolū: ita q̄ nec ei ſuccūberet etiam ad momentū. Ideo exponūt tam Aug⁹. q̄ꝫ Bern̄. illud Gen̄. iij. ipſa ɔteret caput tuum Si igit̄ ſuggeſtio ē caput diaboli: nulla ſuggeſtio in mente virginis ingreſſum habuit. et ſic tam a mortali q̄ꝫ a veniali imunis fuit.

Scd̄o vō ɔgruū fuit ꝓpter nr̄am intceſſionem. Congruebat eni aduocatā hūani generis tanta puritate fulgē. vt nullū peccatū haberet qd̄ eius ɔſciam remorderet. Tertio q̄ꝫ ɔgruū fuit ꝓpter diuinā deſponſationem. Utiqꝫ ɔgruebat vt illa que placuit altiſſimo deo. ita vt fieret illius ſponſa ⁊ mat̄ vnigeniti filij ſui: ſic eſſet imaculata mēte ſicut fuit intemerata carne. Qm̄ igit̄ glorioſa virgo maria aduocata eſt pctōꝝ gloria et corona iuſtoꝝ ſponſa dei. ⁊ totius trinitatis tricliniū. ⁊ ſpālīſſimū filij dei reclinatorium hinc eſt q̄ ſpāli grā dei nullū in ea peccatum habuit locum.

## Qualiter ſuauitate delectabant̄ in deo omnes ſpūales beate virginis ſenſus atqꝫ affectiones. Capitulum. iij.

T Ertius radius amoroſe virginis marie ſoporoſitas nuncupatur. Quinqꝫ nanqꝫ ſenſus in aīa hominis ſunt, ſicut etiam in corꝑe eius: q̄ oēs i beata virgine mūdo ⁊ oībus noxijs clauſi erant: ⁊ apti atqꝫ parati deo. Sicut econtra mūdani apti ſunt mūdo: ⁊ clauſi deo. Primo eni patēs deo erat audit⁹: vt ꝓmptiſſime acceptaret oē ſpiraculū eius. Proinde ꝓpheta in ꝑſona illius dicebat. Audiā q̄d loq̄tur in me dn̄s deus me⁹. Scd̄o patebat ei illius guſtus ad ſaporādū admirabiles dulcedines eius: q̄ñ experientia illius dicebat inebriata. Qꝫ dulcia faucib⁹ meis eloq̄a tua ſuꝑ mel ori meo. Tertio q̄ꝫ patebat illi oīſ oculus eius ⁊ capacitas intellect⁹: q̄ñ iam ꝑ experientiā in affectū ⁊ intellectum deo plena alios ad talia inuitabat dicēs. Guſtate ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s ⁊c. Quarto patebat aīe virginis odoratus. q̄ñ Cant. j. dn̄m ſupplicit̄ exorabat dicens. Trahe me poſt te currem⁹ in odorē vngentoꝝ tuoꝝ. Quinto q̄ꝫ patebat tactus. vt ſtricte ac dulcit̄ amplecteret̄ dn̄m illam ſepi⁹ viſitanteꝫ. Qd̄ qr ɔtinue faciebat cū ꝓpheta dicebat. Mihi aūt adherere deo bonū eſt: ⁊ ponere i dn̄o deo ſpem meā. De his q̄nqꝫ portis ait ꝓpheta dicens. Diligit dn̄s portas ſion ſuꝑ oīa tabernacula iacob. Sion eni locus erat in hieruſalem eminētiſſim⁹ atqꝫ tutiſſim⁹. Sic etiam beata virgo ꝑ virtutū eminentiam altiſſima atqꝫ a vitijs tutiſſima erat. Diligit igit̄ dn̄s portas ſion. i. q̄nqꝫ ſenſus beate virgīs marie ſuꝑ oīa tabnacula iacob. i. pluſq̄ꝫ corpora oīa aliarū virginū. Corpa eni tabnacula nuncupant̄: ſicut. j. Pe. j. ipſe teſtat̄ dicens. Uelox eſt depoſitio tabnaculi mei. Uirgīeſ eni merito dicunt̄ eſſe iacob: qr luctate ſunt et ſupplantauerūt fomitē. qui in beata virgine in prima ſctificatiōe fuit ligat⁹ atqꝫ ɔſopitus. Quattuor etiā ſunt elemēta. ex q̄b⁹ humanū corpus nō tm̄ compoſitū eſt: ſed etiā ꝑ q̄nqꝫ ſenſus de eis paſcit̄ ⁊ nutrit̄. Sic etiam q̄ttuor hūani affectus nutriūt animaꝫ ꝑ q̄nqꝫ ſuos ſpūales ſenſus ſicut Mat. iiij. dominus ait. Nō in ſolo pane viuit hō ſed de oī verbo qd̄ ꝓcedit de ore dei. His eni q̄ttuor affectiōib⁹ nutriunt pctōres aīas ſuas in trāſitorijs ⁊ mūdanis. Iuſti aūt in celeſtib⁹ et diuinis. Nōnulli etiam reꝑiunt̄ nūc in q̄bus mētales ⁊ corꝑales virtutes diuti⁹ atqꝫ cumulati⁹ habituate ſunt: atqꝫ in eis ꝑfecti ſtatus mentis ꝑ ſolēniſſimas ɔtemplatiōes fuerūt iam ɔſūmati. necnō ⁊ ſublimiū ſenſuum ſpūs certam ⁊ longā experientiā habuert ꝑ diuinū influxū. admirādos affectus multiplicit̄ ex illis ꝑturiētes. exꝑiunt̄ q̄nqꝫ ſuauiſſimoſ atqꝫ cruciātes feruores. q̄nqꝫ ex admirāda ſpūs ebrietate. diſtillant lachrymas amoroſas. aliq̄ñ languedo de corde mire ꝓrumpunt̄ voces. Stātes q̄dam ſpūali ſomno inſomneſ a corꝑe q̄dāmodo alienant̄ mēte. q̄nqꝫ inſuꝑ mētales ſenſus dum partim alienati ſunt aīa ꝓpt̄ aliq̄d ſpūale obiectum a corꝑe q̄dāmō abſtrahit̄. aliq̄ñ etiam totuꝫ

 

humanũ eſſe in extaſim eleuat aia reſoluta in diuino amore. Interdũ ꝗ̃ occurrũt ſubiti atqꝫ pliri raptus: ex qbus tota aia tráſferatur in deum. Contingit inſup aliqñ ꝙ aia ꝑ penetrãtes alterãdeſ amoris ingredit cha ſamũ celeſtiũ ſecretorꝫ: infundunt qñqꝫ inſpiratiões multiplices mirabiliũ veritatũ ꝑ ſpũalem ꝯſolationẽ aiam excitãdo. Occurrunt inſuꝑ aliqñ in diuino ſplendore reuelatiões clariſſime ⁊ aperte: viſiões ꝗ̃ altiſſime non deſunt: in quibꝰ guſtat aia ſe eſſe in ꝓfundo ⁊ infinito abyſſo dei fere tráſlatam. Contigit ꝗ̃ ꝙ q̃dãmodo incõſiderabili atqꝫ feruẽtiſſimo amoris actu i breui glorioſe cũ chriſto ſpũale mr̃imoniũ ꝯſumat. Tanta ac talis eſt realis aie nobilitas que ꝑ ſpũalẽ delectationẽ quaſi facta eſt glorioſa: ꝙ non licet hoi loqui. Si igit hec tanta alta tantaqꝫ ſublimia facta ꝯſpicimꝰ in vilibꝰ ⁊ q̃dammõ in indignis ꝑſonis: ꝗ̃to ſublimiora ⁊ digniora ac nobis oino incõprehẽſibilia facta eẽ credẽda ſunt illi que iam gratia erat plena. ab eterno dei mater ꝑ̃deſtinata: electa ex milibus. ſublimata ex oibus etiam ſuꝑ oẽs angelos exaltanda?

## De admirãda ⁊ exemplari vita virginis matris dei. Ca. iiij.

q

Uartus radius ē exemplaritas. Nam tota ꝯuerſatio eiꝰ ⁊ vita omni refulgebat grã ⁊ virtute. Unde Amb. ij. lib. de virginitate ait. Quid nobiliꝰ dei mr̃e? qd ſplendidiꝰ ea ꝗ̃ ſplendor elegit? quid caſtiꝰ ea que corpꝰ ſine ꝯtagione corpis generauit? ⁊ vt de ceteris eiꝰ virtutibꝰ taceam. Uirgo erat non ſolũ corpore ſed ⁊ mente. Corde humilis. verb grauis animo prudens. loq̃ndi parcior. legẽdi ſtudioſior. non in incerto diuitiarũ: ſed in ꝑ̃ce pauperũ ſpem reponens. intẽta operi verecunda ſermone. arbitrũ mentis non hoiem. ſed deum querens. Nullũ ledere oibus bñ velle. maioribꝰ aſſurgere. equalibꝰ non inuidẽ iactantiã fugere. rationẽ ſequi. virtutẽ amare. Qñ illa faſtidiuit humilẽ. qñ riſit de bilẽ. qñ vitauit inopem? nihil in oculis toruũ. nihil in verbis ꝓcax. nihil in actu inuerecũdũ non geſtus fractior. non inceſſus ſolutior. ſi vox petulantior. vt ipſa corpis ſpecies ſimulachꝝ fuerit mentis figura ꝓbitatis Talẽ hãc euangeliſtã demonſtrat: talem angnus reperit. talem ſpũſſanctꝰ elegit. Quid eni in ſingulis morer? que digna fuit ex qua dei filius naſceret. Et iterũ Hiero. ait. Si diligent attendis nihil eſt virtutis. nihil ſplendoris. nihil grẽ. nihil candoris: qꝺ non reſplendeat i virgĩe glorioſa. Ad ipſam igit virginẽ tãqꝫ ad ſpeculũ ⁊ exemplar chriſtiane vite ſemꝑ reſpicere debẽt: q cuꝫ chriſto regnare volũt Proinde Berñ. ait. Oportet oẽs chriſticolas inter fluctus huiꝰ ſeculi nauigãtes attendẽ hanc maris ſtellam: que ſupꝑmo cardini. id ē deo ꝓxima eſt. Et reſpectu exempli eiꝰ curſum vite dirigẽ. qꝺ qui fecerit non iactabit vane glorie vento. nec frangit ſcrupulꝰ aduerſorꝫ: nec abſorbebit ſitilea voragine voluptatum: ſed ꝓſper veniet ad portum quietis eterne. Inſuꝑ idem ait. Si criminũ immanitate turbatꝰ. ſi ꝯſcie feditate ꝯfuſus. ſi iudicij horrore ꝑterritꝰ: ſi baratro deſꝑatiõis abſorptꝰ. mariã cogita. mariã inuoca. non recedat a corde nec ab ore. Nam ipſam cogitans nõ erras. ipſamqꝫ rogãs non deſperas. ipſam ſeq̃ns non deuias. ipſa tenente non corruis. ipſa ꝓtegẽte non metuis. ipſa duce nõ fatigaris. ipſa ꝓpitia ad portũ ꝑuenis. ⁊ ſic in teipſo expiri poteris: ꝙ̃ merito dictum ſit nomẽ virginis maria. i. maris ſtella. ideo merito in li. ij. de virginitate Amb. ait. Talis fuit maria: vt eius ſolius vita ſit oium diſciplina.

## Articulus. iij. de q̃ttuor ardoribus charitatis qbus poſt filij ſui conceptionẽ mr̃ dei ardebat

t

Ertius vo ſtatus beate virginis erat ſue annũciatiõis: in quo q̃ſi meridianꝰ fulgor ⁊ ardor hic ſol lucẽs q̃ttuor a ſe fulgurabat ardores. Primꝰ ꝺr largitas. ſcꝺs ē impeccabilitas. tertius eſt vnitas: q̃rtꝰ vo eſt ſecuritas.

## Quare beata virgo in conceptione filij dei nouis ⁊ incõprehẽſibilibus virtutibus ⁊ gratijs repleta eſt. Capitulũ. j.

p

Rimꝰ eni ardor largitas ꝺr. Neſpe in illa ſpũſſancti obũbratione qua btã virgo ꝯceperit filium dei tantã largitatẽ ⁊ copiã ſpũſſancti accepit: ꝗ̃tum põt creatura viatrix recipe nõ deo vnita vnitate ꝑſone. Nam ſm Hiero. in ſermo. de aſſumptiõe. tota grẽ plenitudo que ē in chriſto in mariã venit: ꝗ̃qꝫ aliter. ⁊ merito quidem. qꝛ in chriſto ſicut in hoie ꝑſonalit deificato. In maria ſicut i tẽplo chriſti verbo ſingularit dedicato. In chriſto vt in capite influente: ⁊ in maria vt in collo corpi eccleſie tráſfundẽte. In chriſto fuit vt in ſuppoſito ſubſiſtẽte ac ex vniũſali fonte ois boni lumĩ grẽ influente. In maria ſicut felicius ꝺ oia tam mente ꝗ̃ carne recipiente. O quis poſſet ſufficient intelligẽ quale fuit illud e celo emiſſum incendiũ. collatũ refrigeriũ. infuſum ſolatiũ tam in ſacratiſſime virginis mẽte ꝗ̃ carne. Ipſa quippe tunc facta eſt mulier amicta ſole, vt dicit Apoc. xij. Quia ipſa illa diuina ſapia qua deus ab eterno mũdũ ſibi recõſiliare diſpoſuit plẽiſſima fuit. quaꝫ non ſolum ꝑ diuinã reuelationeꝫ preſciuit: verũ ⁊ cũcta que ad incarnati verbi dei myſteria ꝑtinebant certo experimento cognouit Propter qꝺ ⁊ luna ſub pedibꝰ eius eſſe narratur. quia non ſolum tráſitoria ſanctorum ſuorꝫ pedum veſtigia ſubiecit: imo ⁊ omniũ creaturarũ cognitioni in compatiõe ad ſuꝑeminentẽ chriſti ſcientiã ꝑuipẽdit. vnde ⁊ corona duodecim ſtellaꝝ non imerito coronatur. Qꝛ oium virtutũ ⁊ grãrũ merita ſuper oẽs rõnales ⁊ ſpũales creaturas ſinglariſſimi generis ꝓuilegio ſupexceſſit. Quo ſiq̃deꝫ factum eſt vt non ſolum ꝑ fidem ⁊ dilectionem chriſtũ ꝯcipet corde: verũetiam ⁊ carnẽ illius ex puriſſimis ſanguinibꝰ eius diuini amoris ſupexceſſiuꝰ ardor in virgineo vtero ſine virili conſortio formaret generaret. Merito igitur ſicut ſerpẽs ꝓſtrauit hũanũ genus mediãte peccato eue inclinante adã ad vetitũ cibum. ⁊ ꝯſũmatio fuit in eſu ade: ſic ꝑ meritum virgĩs inclinãtis ad ſe deum vt aſſumeret carnem nr̃am ꝯculcatio ſathane ⁊ reparatio noſtra inchoata eſt ⁊ ꝑ deuꝫ incarnatũ extitit ꝯſũmata. Tunc vo ꝓprie fuit arca dei ad Heb. ix. intra ſe ꝯtinens totaꝫ legem in duabus tabulis ſolidis digito dei ſcriptam: hoc eſt in duabꝰ naturis filij ſui: q̃rum primã accepit a mr̃e. ſcꝺam a tota ſctiſſima trinitate. Si quis autem ꝯſiderat virginei ꝯſenſus ad tm̃ myſteriũ finalẽ terminuꝫ clare intelliget: ꝙ ois dignitas ⁊ ꝑfectio incluſa in hoc qꝺ eſt eſſe matrẽ dei. tam mente ꝗ̃ carne compꝛhendat in eo qꝺ q̃dem tráſcendit imerito in infinitũ quicq̃d aliud ſub deo homine cogitari vel dici poteſt. Si igit terminꝰ tam ineffabilis fuit ſuo merito proporcionatus: oportꝫ ꝙ meritoria ꝑfectio huius ꝯſenſus fuerit ꝑfectioni ſui termini comꝓporcionata. Ex his igitur colligi põt ꝙ virgo beata in ꝯceptiõis filij dei ꝯſenſu plꝰ meruit ꝗ̃ oẽs creature: tam angeli ꝗ̃ hoies in cunctis actibus motibus ⁊ cogitatiõibꝰ ſuis Nempe omnes qui meruerũt nihil aliud potuerũt mereri niſi ſm varios ſtatus ⁊ g̃dus gloriam ſempiternã. Hec autem virgo i illo admirando ꝯſenſu meruit totalem fomitis extinctionem: dñiũ ⁊ ꝓ̃matum totius orbis plenitudinẽ oium grãrum. oium virtutum omniuꝫ donorum. omnium beatitudinum oium fructuũ ſpiritus. cunctarũ ſcientiarũ interꝑ̃tationes ſermonũ. ſpiritus ꝓphetie. diſcretionis ſpirituũ. operatiõis virtutum. Meruit fecunditatẽ in virginitate. maternitatem filij dei. Meruit ꝙ ſit ſtella maris porta celi. ⁊ ſuper oia ꝙ regina mie nuncupet ac talis nois ꝯſequatur effectum. Unde merito Prouerb. vlti. de ipſa beata virgine ſalomon ait. Multe filie ꝯgregauerũt diuitias tu ſupgreſſa es vniuerſas. Deniqꝫ ſicut Bernardus ait in ſermone ꝺ natiuitate virginis redemptorꝰ deus humanũ genus: ꝑ̃cium vniuerſum ꝯtulit in maria. Intuemini igitur ꝗ̃to deuotionis affectu eam a nobis voluit honorari: qui totius boni plenitudinem poſuit in maria. Ut ſi quid ſpei in nobis eſt: ſi quid gratie ſi quid ſaluti: ab ea nouerimus redũdare. Hec ille. Tanta igit fuit ꝑfectio eius: vt ſoli deo cognoſcẽda reſeruetur. iuxta illud Eccl. j. Ipſe creauit illam in ſpiritu ſancto vidit dinũauit ⁊ menſus eſt. ſ. ipſe ſolus deus. Sciendũ eſt tamen ꝙ licet habuit oia genera grãrũ ſicut dictum eſt: ñ tamen habuit illa ad quẽcunqꝫ vſuꝫ. ſed ad vſum altiorem ⁊ nobiliorẽ ⁊ qui mulieri merito ꝯgruebat. Sicut verbi grã. Habuit donũ ſapientie non ad vſum publice docendi vel ꝑ̃dicandi iuxta apoſtoluꝫ. j. Timoth. ij. Mulierem autem docere non ꝑmitto: ſꝫ habuit ipſa ea ad altiorem vſum. ſ. ad diuina guſtandũ ⁊ ꝯtemplandũ. Et ſic licꝫ ad quoſcunqꝫ vſus aliqua dona non habuerit: habuit tamen ea ad altiorem ⁊ nobiliorẽ actuꝫ

## De multiplici cauſa ⁊ armatura quare beata virgo peccare non poterat. Cap. ij.

s

Cꝺs vo huiꝰ virgĩs ardor impeccabilitas nuncupat. Licet eni ſicut ex precedenti patet beata virgo i ſua ꝯceptione per gratiam adepta fuerit tãtam fomitis reſtrictionẽ ꝙ nõ poſſet in aliqꝺ peccatum adduci: remanſit tamen fomes in ea ſm eſſentiam. Sed ſctificatio hec ſecunda in ꝯceptione filij dei ſupaddidit in ea oimodam fomitis reſtrictionẽ eradicationem et extinctionẽ: ⁊ in bono ꝯfirmationẽ. ita vt

que prius poterat peccare: iam peccare non
poſſet. Hec duo expreſſit angelus Lu. j. Luc
ait. Spũſſanctus ſupueniet in te. ⁊ hoc ꝙ̃tũ
ad primũ. Et de ſcđo ſubiungit dicẽs. ⁊ vir-
tus altiſſimi obumbrabit tibi. Scđm Bona
uent. in. iij. di. iij. fomes peccati radicatur i
carne ⁊ aſcendit vſq̃ ad mentem. In prima
igitur ſctificatione virginis tanta gratia pfe
ctionis ei collata eſt: ꝙ in ei⁹ ſenſualitate tm̃
gratia redundaret vt fomitem a deo repri-
meret ꝙ nullum aliquando affectum vel in-
citamentũ haberet. In ſecunda ꝟo ſctificati
one in qua ſpũſſanctus non tm̃ deſcendit i.
mentem. ſed etiam in ipſam carnem. ⁊ ĩ car-
ne operatus mirabilit̃ eſt carnem eam ſine
macula fabricando: reliquit ipſius carnem
imaculatam extirpãdo in ea ⁊ fomitẽ ⁊ oẽs
ↄcupiſcentiam. ita ꝙ peccare non poſſet. Et
hoc ſentit Bernardus ⁊ mgr̃ ſententiarũ et
Damaſ. Nempe ſi virgo beata poſt filij dei
ↄceptionem potuiſſet peccare: plura incõue
nientia ſequerenť. Primo redundaret in cõ
tumeliam prolis: quia eius mater eſſet pec-
catrix. Secundo eſſet in detrimentũ matris
quia ſic damnari potuiſſet. Tertio in dam-
num humani generis. Quarto in ↄtemptũ
totius diuini intenti: quia incarnatiõis op⁹
ſuſpectum non imerito reddi poſſet. Proin
de oĩno aſſerendũ eſt ꝙ in ↄceptione filij dei
ſicut predictũ eſt taliter extitit ↄfirmata ꝙ vo
luntas eiuſ poſtea non potuit ↄuerti ad ma
lum. non tamen ꝑpter liberi arbitrij ablati-
onem. nec alicuius potentie amiſſionẽ: ſed
ꝑpter liberi arbitrij per gratiam completio
nem. Quomodo autem hoc potuit fieri diſ
ficile eſt videre. Intelligendũ eſt tamẽ ꝙ vo
luntas humana ſemper libera eſt ⁊ ſemꝑ in
bonũ ⁊ in malum in meliuſ ⁊ in peius, in op
timũ ⁊ in peſſimũ libere poſſet fieri: niſi ei ta
le intimetur obiectum in quo omnẽ rationẽ
reperiat boni delectabiliſ ⁊ deguſtabilis: eo
ꝙ nihil appetitur niſi ſub ratione boni ⁊ de-
lectabilis. Hoc autem ſolum in beatis fit. qr
omne obiectum delectabilis eis delectabili-
ter intimatur. quare in ↄtrarium minime poſ
ſunt. Hoc autem in beata virgine maria eẽ
non potuit eo ꝙ beata non erat. Quapp̃t
ad hoc ꝙ eſſz plenarie ↄfirmata. q̃nq̃ ei erãt
neceſſaria: que erant diſpoſitiua interi⁹. q̃ſi
q̃nq̃ intrinſeca arma ⁊ q̃nq̃ protectiua ex-
terius quaſi q̃nq̃ extrinſeca arma. q̃nq̃ ſcu
ta interiora. Primo fuerunt q̃nq̃ intrinſeca
timet iuſticiam eius. Et in hoc ſolūmodo ve
re adoratur dñs: quando cum tali ꝯſcientia
illuminata ⁊ reformata honorať

## Articulus. ij. quomodo ſynderesis conſcientiam erroneam tripliciter arguere ſolet.

S Ecundus vero male ꝯſcientie ſtatꝰ
eſt rephenſionis. Quia ait ſynde
reſis ad ꝯſcientiā erroneam argu
am te. ſ. de erroribus tuis. Syn-
dereſis eni eſt aduerſariꝰ ille de quo Mat.
v. dñs ammonēs ꝯſcientiā dicit ei. Eſto con
ſentiens adūſario tuo. id eſt. ſyndereſi: duꝫ
es in via cum eo. id eſt. dum peregrina es i
preſenti vita fac ſcḋm eius inſtinctum. ne for-
te tradat te aduerſariꝰ tuus iudici. ſ. iuſto ꝙ
eſt deus. ⁊ ne iudex tradat te miniſtro. id ē.
demoni infernali. ⁊ in carcerē. ſ. inferni mit-
taris. Amen dico tibi nō exibis inde donec
reddas nouiſſimū quadrantē. Quaſi dicat
Sed quia nunqꝫ reddes. ideo inde nunqꝫ
egredieris. Porro tunc ꝯſcientia predicto
modo ſuo aduerſario ꝯſentit: cum ſe ab om
niū offenſione dei cuſtodit. Hoc eſt cum cō-
ſeruat ad deum fidem ſpem ⁊ charitatē obe
dientiam atqꝫ oium mādatoꝝ impletionem
ad ſeipſum ſenſuū mortificationē. cuſtodiā
cordis ⁊ oris: ⁊ odium carnis ⁊ ꝓprie volun
tatis. Ad proximū fraternalē dilectionē pie
tatem patientiā atqꝫ humilitateꝫ. Ad vſum
mūdanarū rerum tēpantiam ⁊ ſobrietate
Ad omnia ſacra cuſtodiam reuerentiā ⁊ hu
milem ſeruitutē ⁊ cetera ꝯſimilia. Arguit ta
men talis aduerſariꝰ ꝯſcientiā erroneā ma-
xime quo ad tria. Primo vero arguit eam ꝙ
ad ſuū principiū. ſecūdo quo ad ſuū proceſ-
ſum: tertio arguit eam quo ad ſuū terminū

## Unde error conſciētie initiū ſumit ⁊ vnde non conſciētie originem habet. Capitulū. j.

P Rimo quidem ſyndereſis arguit
erroneam ꝯſcientiā quo ad ſuuꝫ
ꝑncipium. Ad cuius intelligentiā
aduertendū eſt ꝙ ſcḋm Ariſtoť. vij
ethic. ratio in eligēdis ac fugiendis quibuſ
dam vtitur vt dicitur ſylogiſmus. In ſylo-
giſmo aūt tria ꝯſiderant ſcḋm tres ꝓpoſitiōeſ:
ex q̄rum duabus tertia cōcludiť. Sic eſt eti-
am in ꝓpoſito dum ratio in opandis ex vni
uerſalibꝰ principijs circa particularia iudi-
cium aſſumit. ⁊ vniuerſalia ꝑncipia iuri ad
ſyndereſim ſpectant. Rōnes autem magis
appropriate ad opus ad habitus pertinent.
ideo ſyndereſis in hoc ſylogiſmo quaſi ma-
iorem miniſtrat. cuius ꝯſideratio eſt actus
ſyndereſis. Sed ratio ſuperior vel inferior
miniſtrat minorē: quia eius ꝯſideratio ē eiꝰ
actus. Sed ꝯſideratio ꝯcluſiōis elicite ipſiꝰ
ꝯſcientie ꝯſideratio eſt. Verbi gratia. Syn-
dereſis hanc maiorem ꝓponit. omne malū
vitandū eſt. tunc ratio ſuperior hanc ſubſu
mit. Adulteriū eſt malum quia diuina lege
ꝓhibitū. ſiue ratio inferior aſſumit iſtam qꝛ
eſt malū cum ſit iniuſtum ⁊ inhoneſtū. Con
cluſio autem eſt hec. adulteriū ideo eſſe vitā
dum. ⁊ hec ad ꝯſcientiā ptinet. Pertinet au-
tem hoc indifferenter ad ꝯſcientiā: ſiue ſit ḋ
preterito ſiue de preſenti. ⁊ precauet ḋ futu-
ro Preterita quoqꝫ reſpicit vt qñ ꝯſciētia mē
tem de hoc qḋ ſibi ꝯſcientia eſt reprehendit
Sicut eſt de malo cōmiſſo vel de bono omiſ
ſo. Preſentia vero reſpicit: ꝯtradicēdo ei cuiꝰ
per ꝯſcientiā habemus oppoſitum. Futura
quoqꝫ precauet ⁊ reſpicit: vt quando inſtru
it vel ſtimulat mentem ad ea facienda vel vi
tanda ad que ꝯſcientia iudicat nos teneri.
Qꝛ autem ꝯſcientia extendat ſe ad hec tria
tempora: ſatis palaꝫ colligi poteſt ex deſcri-
ptionibꝰ ⁊ diffinitiōibꝰ ſyndereſis ⁊ ꝯſcien-
tie. De quibus in ſermone ꝑcedenti. arti. j.
ij. et. iij. dicebať. Ex his igitur patere poteſt
ꝙ hoc nomen ꝯſcientia componiť ex hac ꝯ-
poſitione con. ⁊ hoc noie ſcientia. Unde cō-
ſcientia dicit duo. Primo ſcientiaꝫ ⁊ ſcḋm hoc
ꝯſcientia eſt habitus naturalis non ſolū co-
gnitiuus: ſed etiam motiuus. Inclinat eni
animam ad ꝓſecutionē boni: ⁊ fugam mali
Sicut ſupra patere potuit in pmo arti. pre-
cedentis ſermonis. Secūdo ꝯſcientia dicit
acceptionem ex parte rationis quod notať
in hac ꝯpoſitione con.. Primo igitur mo
do prout ꝯſcientia ſcientiam in ſe includat.
habet ſe ſicut ſupius ⁊ ꝯiungitur ſyndereſi
et ſemper eſt recta. Secundo magis ꝯiungi
tur rationi ⁊ ſic ſe habet ſicut inferius: ⁊ hoc
modo recipit errorem ⁊ ꝯturbationē. In ſci
entia autem ex parte inferiori bñ poteſt con
tingere error. Nam ratio cui ꝯſcientia iun-
gitur ex parte inferiori ſicut predictum ē ha
bet verſari circa pticularia in quibus ꝯtin-
git ſepe errare. Ex his patet ꝙ non ex ſynde
reſi contingit ꝯſcientiam errare: ſed per er-
rorem rationis. Sicut patet in heretico cui
dictat ꝯſcientia ꝙ pmittat ſe potius combu-
ri qꝫ ꝙ iuret: quia ratio ſupior peruerſa eſt i
hoc ꝙ credit iuramentū ſimpliciter ꝓhibitū
ꝓpter hec oia ſyndereſis conſiderato princi
pio erroris ꝯſcientie ait illi. Arguam te. ſ. a
ꝑncipio tui erroris.



## Qꝫti criminis ſit erronea conſcientia multipliciter demōſtratur. Capitulum. ij.

S Ecundo ſyndereſis arguit erro-
neam ꝯſcientiā quo ad ſuū ꝓceſ-
ſum. Scḋm eni ꝯualenſem in q̄ſti
onibus diſputatis. Quia eni errare in ꝯſci-
entia peccatū eſt cum erronea ꝯſciētia ſit lex
iniqua. ideo ſuū ꝯditorē non excuſat a cul-
pa. iuxta illud Eſa. x. Ve qui condunt legeſ
iniquas. Conſciētia eni erronea lex eſt iniq̄:
ideo ſimpliciter non excuſat. ſed magis pec
catū aggrauat aut facit. Ad huius tamen in
telligentiā notandū eſt: ꝙ ꝯſcientia tripliciť
errat. Primo in differētia: iudicans eſſe ꝓ-
hibita vel precepta. Scḋo ecōuerſo ꝓhibita
vel precepta: iudicat eſſe in differētia. Ter-
tio iudicans eſſe ꝓhibitiōes ꝑcepta: vel ecō-
uerſo: In primo caſu non excuſat: ſed illaq̄-
at ⁊ ꝯdemnat. In ſcḋo vero ⁊ tertio caſibꝰ ꝯſi-
derandū eſt ꝙ ꝯſciētia erronea icludit duo.
Primo ꝯſcientiā putatiuā. ſcḋo errorē. Ex ꝑ
mo vero excuſať peccatū pro tanto ꝙ minus
ꝯtemnit qñ putat fornicari non eſſe peccatū
et ideo fornicať. Sed ꝓ tanto aggrauat: qꝛ
libidinoſus ⁊ ſecurus peccat. Et de talibus
dicitur Hiere. iiij. Sapiētes ſunt vt faciant
mala. Quo ad ſcḋm diſtinguendū eſt. Cuꝫ
eni omnis errans ſit ignorans vt dicit Au-
gu. in enchiri. xvij. Triplex error eſt ſic etiā
eſt triplex eſt ignorātia. Prima eſt eni igno-
rantia negatiōis. ſcḋa eſt priuatiōis: tertia
eſt diſpoſitiōis. Prima itaqꝫ eſt ignorātia
negationis que diciť ſimplex neſciētia man
datoꝝ. Et de hac ait Augꝰ. in libro de grā et
libero arbitrio ꝙ excuſat: ſed non ſic excu-
ſat vt ſempiterno igne non ardeat. ſi iḋ non
credidit quia non audiuit: ſed forte vt minꝰ
ardeat. Et ſic patet ꝙ non excuſať a mortali
culpa: ſed forte vt minus ſit ⁊ vt minus pu-
niatur. Forte dicit licet minꝰ ꝯtemnat ꝓpť
ꝯſcientiā: tamen libidinoſiꝰ ⁊ ſecurius ex h
in peccato ſe imergit. Et ideo nocet tm̄ ex p-
te vna qꝫtum excuſat ex parte altera. Se-
cunda eſt ignorantia ꝓuationis. quia. ſ. pri-
uat cognitionē eorum que ſcire neceſſe eſt.
Et hec eſt illorum qui ſcire nolunt. Et talis
ignorantia non excuſat: ſed accuſat. Unde
ſuper illud Lu. xij. Seruꝰ qui cognouit vo
luntatem dñi ſui. ⁊ non ſe ꝑparauerit ⁊ nō fe-
cerit voluntatē eius: plagis vapulabit mul-
tis. Ibi glo. ait. Qui. ſ. ſcire nolunt ⁊ poſſūt
non ignorātes ſed ꝯtemptores iudicanť.
Tertia eſt ignorātia diſpoſitiōis. ſ. qñ quis
non tm̄ neſcit nec ſcire vult. ſed etiam diſpo
ſitionē vel habitum neſciēdi induit. qua ve-
ritatem impugnat. Et de talibꝰ Job. xxiiij.
ait. Ipſi fuerūt rebelles lumini neſcierūt vias
eius: nec reuerſi ſunt per ſemitas eius. ſ. qꝛ
tales raro illuminanť exigente eorūꝫ culpa
Et hec ignorantia eſt ꝓprie i ꝯſcientia erro-
nea: quia dictať contra ꝓhibitiōes ⁊ prece-
pta. Hec autem eſt illa ignorātia. de qua. j.
Corinth. xiiij. apoſtolus ait. Scribo vobis
dñi mandata. Si quis autem ignorat igno-
rabiť. Glo.. id eſt. reprobabiť. Et hec igno-
rantia minus excuſat ⁊ plus aggrauat. Et
ideo ꝯſcientia erronea ſimpliciť non excu-
ſat ſed in aliquibus magis aggrauat. ſ. quo
ad ꝯtemptum diſcendi. ⁊ libidinē delectan-
di. De malicia etiam tertie ignorātie latius
dictum eſt. ſ. ſermone. xxj. artiij. c. vij. ꝑ to-
tum. Incidenter ꝓpter ſupius dicta merito
queri poteſt vtrū erronea ꝯſcientia plus li-
get qꝫ preceptū prelati de indifferentibꝰ que
precipe poteſt. Dicendū ſcḋm ꝯualenſem vbi
ſ. Qꝛ obediens prelato contra ꝯſcientiā aut
captiuat ꝯſcientie iudiciū. affectum vel effe-
ctum. vt ſubdens ſe prelati precepto aut fa-
cit contra ꝯſcientiā ⁊ affectum voluntatis:
obediens prelato timore animi vel amore i-
ordinato. In primo caſu faciēdo ꝯtra ꝯſciē-
tiam non peccat ſed meretur: licet ꝯſcientiā
deponere non poſſet vel non deponat. Si-
cut non valens reſpondere ratiōibus ꝯtra
fidem catholicam illatis: captiuāſ tamen vo
luntatem ille obediens deo meretur. iuxta
illud apoſtoli. ij. Cor. x. In captiuitatē re-
digens omnē intellectū in obſequiū chriſti.
In ſcḋo vero caſu peccat. ſed minus qꝫ ſi face-
ret contra preceptū prelati. Primo qꝛ agēs
contra preceptū prelati magis ꝯtemnēt deū
quia ꝯtemnens prelatum. non autem ꝯtem
nens ꝯſcientiā erroneam ꝯtemnit deū. Un-
de Bern. de precep. et diſpen. c. ix. ait. Deꝰ
ſibi coequari quodāmodo reputat prelato-
rum reuerentiā ⁊ ꝯtemptum: ꝯteſtans eis qui
vos audit me audit: ⁊ qui vos ſpernit me
ſpernit. Si autem dicať ꝙ hoc eſt verum qñ
ꝯſcientia ſubditi ſcit preceptū prelati eſſe ſcḋm
deum: quod neſcit errans. Rñdet Bern.
Quicquid homo vice dei precepit quod nō

ſit certum deo diſplicẽ: haut ſecus oino accipiendũ eſt ꝙ ſi deus preciperet. Secũdo ꝙ talꝭ prelatum imo totum collegiũ magis offendit ⁊ ſcandalizat ꝙ ſi contra ꝓpriam ↄſcientiam faceret. Tertio quia ſe magis ad malũ diſponere ſolet ⁊ ad inobedientiã: ⁊ ad rebellionẽ ⁊ ad ſequendũ ꝓprium. ⁊ ad puertendũ veritatis iudiciũ. De quo dicit Eſa. v. Ve qui ſapiẽtes eſtis in oculis veſtris: et corã vobiſmetipſis prudentes. Hec ↄualẽt.

## Qꝛ per ſeptem gradus in profundum peccatoꝝ erronea conſcientia ruit. Capitulum. iij.

t Ertio quoqꝫ ipſa ſynderefis ipaꝫ ↄſcientiã arguit quo ad ſuũ terminum: qui qdem eſt peccatoꝝ profundũ. De q Prouerb. xviij. dicit Peccatoꝛ cum in ꝓfundũ pctõꝝ venerit: cõtemnit. Septem eni ſunt gdus p quos erronea ↄſcientia ruit in ꝓfundũ pctõꝝ atqꝫ errorum. Eſt eni peccatũ erronee ↄſciẽtie. Primo importabile. ſcdo graue. tertio leue. qrto inſenſibile. qnto delectabile. ſexto deſiderabile: et ſeptimo defenſabile. Primo inꝙ eſt peccatũ ↄſciẽtie importabile. Mẽs eni inſueta peccatis ⁊ maxie ſi qñqꝫ aſſueta fuit in bonis. cũ grauiter peccat apparet illi adeo importabile onus: vt viuẽs in infernuꝫ ſibi deſcendere videat. De talibus ait pſ. Deſcendãt in infernũ viuẽtes Eſa. xxxviij. in pſona illius qui ↄſenſerit mortali culpe inqt. Ego dixi in dimidio dierum meoꝝ: vadam ad portas inferi. Ad portas qdem inferi vadit: qui delectat citra ↄſenſum. In illas quidem ingredit: qui ↄſentiẽdo ↄtra deum peccat. Secundo fit pctm̃ ↄſcie graue. Nam lapſu tpis non iam importabile reputatur: ſed tamen graue. Et ad hoc inquit ꝓpheticum illud. Iniquitates mee ſupgreſſe ſunt caput meũ: ⁊ ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me. Tali quideꝫ bene ↄſulit Eſa. lviij vbi dicit. Solue faſciculos deprimẽtes. ſ. ne ad deteriora deſcẽdas. Tertio ꝟo fit leue Nam aliquo tpe in criminibꝰ pſeuerãs iam leue reputat: qḋ prius graue extimabat. De hoc ponit exemplũ Salomõ Prouerb. xxx. dicens. Talis eſt via mulieris adultere: que cum comedit tergit os ſuũ dicens non ſum opata malum. Quarto autẽ fit inſenſibile: eo ꝙ iam onus peccati amplius nõ ſentit Et de talibꝰ Hiere. v. ad dñm ait. Percuſſiſti eos. ſ. pdicationis verbo ſeu flagelloꝛ nõ doluerunt: attriuiſti eos. ſ. p graues infirmitates ⁊ rẽnuerũt accipe diſciplinaꝫ. ſ. neqꝙ ad penitentiã ↄuerti voluit. Quinto ꝟo fit delectabile p aſſuefactionẽ peccãdi. Et in talium perſona Hiere. ij. dicitur. Deſperaui nequaꝙ faciam. ſ. ꝙ me ſeparem a tanta delectatione. Adamaui quippe alienos. id ẽ res tranſitorias ⁊ mũdanas: ⁊ poſt eas ambulabo. ſ. tractus a delectatiõe earũ. Sexto ꝟo efficit deſiderabile. Ad talem ↄſcientiam Eſa. lvij. dicitur. Miſiſti legatos tuos procul. id eſt. deſideria tua ad diuerſa ↄcupiſcibilia mũdi: ⁊ humiliata es vſqꝫ ad inferos. id eſt. vſqꝫ ad viliſſima ⁊ turpiſſima que cruciant. In multitudie vie tue. ſ. male laboraſti: nec dixiſti. Quieſcam. ſ. talia deſiderare: quod omni predictoꝝ deterius eſt Septimo ⁊ vltimo eſt defenſabile. ſ. tanꝙ bonũ et iuſtum. Et de talibus pſ. ait ad dñm. Appone. id eſt. pmittes apponi iniquitateꝫ ſup iniquitatem quod fit per iniquitatis defenſionem ⁊ excuſationẽ: ⁊ non intrent in iuſticiam tuam. Deleant de libro viuentiũ ⁊ cuꝫ iuſtis non ſcribant. Quod timens pſ. ait dicens ad dñm. Non declines. id eſt. non declinari pmittes coꝛ meum in verba malicie: ad excuſandas excuſatiões in peccatis. Hi ſunt de quibus apoſtolus ait ad Eph. Tenebris obſcuratũ habentes intellectũ. alienati a via ſeu a vita p ignorantiã que eſt i illꝭ ꝓpter cecitatem cordis ipſoꝝ. qui deſperantes ſemetipſos tradiderũt impudicitie i opationem imũdicie omnis in auaricia. Tales ↄſcientie ſunt putei qui myſtice ſignati ſunt in puteis iacob: quos repleuerũt philiſtijm Philiſtijm interptat ceciderũt ſeu cadentes potione ſeu ruina duplex. Eo ꝙ tales potione inebriant. ſeu inebriate culparũ dupl cit ceciderũt. ſ. a dei timore: ⁊ a mundi pudore. qꝛ nec deum timẽt nec hoies reuerent.

## Articulus. iij. de multiplici confuſione quam in morte ⁊ in generali iudicio a ſynderesi conſcientie male patient.

s Ecũdus quoqꝫ male ↄſciẽtie ſtatus dici poteſt ſtatus ↄfuſionis Quia ſynderefis ait ad ↄſcientiã multiplicit inqnatam: ⁊ ſtatuam te contra faciem tuam. Ubi alia littera habet. Et ponaꝫ ante oculos tuos. Quaſi dicat. Non ſolum arguam te. ſed faciam etiam te argui ꝺ peccatis tuis que ponam ante oculos tuos: vt quaſi quedam perſone arguant ⁊ ↄfundãt



te. Et ad talem ↄſcientiam dicitur Hiere. ij. Arguet te malicia tua ⁊ auerſio tua increpabit te. Et Eccl. xxxij. ait. Suis inſectatiõibus arguetur. Dñs quoqꝫ per Hiere. xiij. tali cõſcientie ait. Ego nudaui femora tua contra faciem tuam. ⁊ apparuit ignominia tua: adulteria tua ⁊ hynnitus tuus. ſcelus fornicationis tue. Qḋ ſaltem in puncto mortis ⁊ in die iudicij adimplendũ eſt. Ait ergo ſynderesis ad ↄſcientiã criminoſam. Et ſtatuã cõtra faciem tuam. Contra eni faciem ↄſciẽtie ſtatuet tria genera peccatoꝝ maxime in pũcto mortis ⁊ in iudicio generali. Primo peccata cordis. ſcdo peccata oris: tertio peccata operis.

## De peccatis cordis a ſyndereſi male conſcientie confundent. Capitulum. j.

p Rimo inqꝫ ſynderefis ſtatuet cõtra ↄſcientiã malam peccata cordis. ſ. omnes impias delectationes cogitationes ⁊ ↄſenſus. omia deſideria mala. voluntates pucrſas infidelitates preſumptiones. deſperationes. timores. male humiliantes. ⁊ amores male inflãmantes. oẽs ſuſpitiões. inuidias. iras. rixas. odia. exultationes de aduerſis ꝓximi ↄtemptꝰ pauperum amicoꝝ. pſonarũ acceptiões. omnes pfidias. ineptas leticias. ſeculi triſticias. impatientias. auaricias. ſupbias. obſtinatiões malas. accidias. incõſtantias. hypocriſias. omnes amores placẽdi. timores diſplicẽdi. verecundias de operibus bonis. omnes pͦuatos amores ſinglaritates ꝓprij ſenſus. dignitatũ ambitiões. ↄtemptus ammonitionũ. impietates atqꝫ crudelitates. ⁊ ↄſimilia peccata cordis. Tunc quideꝫ ↄfundetur ↄſcientia cauteriata. De qua habet. lxxij. di. In noie patris. Unde etiam ait apoſtolus. j. Timoth. iiij. Cauteriatã habentiũ cõſcientiam. Eſt eni cauteriũ ferrum quoddã a cauãdo dictum: quo corrumpit cutis ⁊ vritur caro. Per ferri duriciem in malo obſtinatio deſignatur: atqꝫ per eius igneitatẽ ardor malignitatis ⁊ ↄcupiſcẽtie iudicat. Cauteriata igitur ↄſcientia eſt que inuenit corrupta praua cogitatione: ⁊ aduſta igne male ↄcupiſcẽtie. ⁊ obſtinata duricia malicie ſꝫ gloſam ⁊ Nicol. de ly.

## Confuſionem patient a ſyndereſi conſcientie male de peccato oris. Capitulum. ij.

s Ecũdo ꝟo ſtatuet ſynderesis contra ↄſcientiã malam ſuam peccata oris. Uidelicet crebras iurationes. piuria. blaſphemias. veritatum impugñões. contra deum murmurationes. adulatiões. mẽdacia. maledictiões. infamatiões. impugñões agnite veritatis. atqꝫ fraterne gre charitatis. oẽs diſcordie ſeminatiões. pditiones. falſa teſtimonia. mala conſilia. deriſiões. puerſiones factoꝝ bonorum. oia vaniloquia. multiloquia. ſtultiloquia. turpiloquia. oia verba ſupflua. curioſa. iactantia. oẽs peccatoꝝ defenſiões vel excuſatiões. cantus laſciuos componere vꝶ canere. cõmendationes maloꝝ. aduocationes in iniuſtis cauſis. oẽs calũnias. ⁊ libellorum famoſoꝝ editiones. O quid tunc acturã eſt ↄſcientia. impudica que in pͥſenti ſeculo plus timebat deprehendi de culpa ꝙ timeret culpam. Minus timebat dei offenſaꝫ ꝙ peccati infamiã. Sed veniet inqꝫ tempus quando iuxta ꝓpheticũ verbũ recognoſcet dñs iudicia faciẽs i opibꝰ manuũ ſuaꝝ compͥhenſus. i. compͥhẽdet pctõꝛ. Et iuxta dictũ Ezech. vij. In omni facie ↄfuſio. ſ. erit. que videlicet ſemper duratura erit ſicut dicitur Eccl. xx. Confuſio eorum cum ipſis ſine intermiſſione.

## De peccatis operis ſyndereſis cõfundet conſciẽtias malas Capitulum. iij.

t Ertio ꝟo ↄtra ipſam malam ↄſciẽtiam ſynderesis ſtatuet pctã opis ſcꝫ oẽs guloſitates. ebrietates. luxurias. imũdicias. ſpurcitias. inceſtus. ſtup oẽs ſimonias. ſortilegia. incãtatiões. arriolas ſolenniũ dierũ. violatiões. indignas cõicationes. votoꝝ fractiões. apoſtaſias. omia ſcandala ꝓximoꝝ. oẽs vſuras. furta. rapinas. tpis venditiões. ludos iniuſtos. deceptiones. iuſticie venditiões. Oẽs vanitates ſupfluitates. curioſitates. nouitatũ inuentiones. Oẽs rebelliões ↄtra maiores. oppſſiones ſup miores. Oẽs qnqꝫ ſenſuũ abuſiones ⁊ corruptiões. Oia homicidia. ſacrilegia. veneficia. incẽdia. maleficia. Oẽs iniqtates iniuſtarũ guerrarũ. pcialitatũ atqꝫ ſectarũ. Oẽs taxilloꝝ ⁊ merciũ ꝓhibitarũ vẽditiones. opatiões ⁊ cõicatiões. Oẽs executoꝝ infidelitates. ↄtra parẽtes rebelliones. Oẽs ſpurcitias ↄiugũ. ⁊ abuſiões iniuſtas votoꝝ fractiões ⁊ ſentẽtias iniuſtas. Merito igit Apoc. iij. ſuadet ↄſcie ſpũs veritatis

dicentis. Veſtimentis albis induaris: vt nõ
appareat ↄfuſio nuditatis tue. Veſtimēta q̄-
dem non tm̄ corpus ipſum exornãt: verum
etiam ⁊ calorē naturalē in hũano corꝑe fo-
uent. Sic etiam vita iuſta ⁊ habituat ⁊ hoīeȝ
honeſtate ornat: ⁊ calorem dilectiōis in quo
ſpūalis vita ↄſiſtit fouet. Hec veſtimēta tūc
merito ſunt alba: cum ↄſcīa bona luce inorē
tie fuerit irradiata. Et tunc ſi apparebit ī ho-
ra mortis vel in iudicio ↄfuſio nuditatis ſue:
quia nec coram deo ↄfundet̄ qꝛ fecit q̄ᵭ pla-
cere deo nouit. Nec coraȝ vniūſo mūdo eru
beſcere potuit: qꝛ nulla inhoneſtate aſpectū
proximoꝝ offendit. nec aliqua enormitate ſe-
ipſam ledit: que etiam volūtatē deo in oībꝯ
ſuis operibus attendit. ⁊ ↄſciētie puritatē ſer-
uauit. Quam nobis miſericordit̄ largire digne
tur in p̄ſenti per gr̄am ⁊ in futuro ꝑ gloriaȝ
mūdarū ↄſcientiarū ſponſus ⁊ amator atꝙ
p̄miator. Qui cum patre ⁊ ſpū ſancto trium
phat glorioſus in celis ꝑ infinita ſeculorum
ſecula Amen.

## Feria. v. in cena dn̄i de corꝑe chriſti ⁊ de mirabilibꝯ eius que contingunt circa hoc ſacramētū. Sermo. liiij.

M Emoriam fecit mirabiliū ſuoꝝ miſericors ⁊ miſe-
rator dn̄s: eſcam dedit timenti
bus ſe. pſ. cx. Om̄i amoroſus ieſus chriſtus
totus amore flagrabat inter oīa ſtupēda ſue
feruide charitatis āmirabilis ꝑtātis ⁊ largi-
flue liberalitatis fuit inſtitutio huius ſuauiſſi-
mi ſacramēti. videlicet p̄cioſiſſimi corꝑis et
ſanguinis ſui. Nam nõ ſolū apl̄is ſuis ſeip-
ſum dedit in cibū: Sed etiā inſtituit ⁊ ꝑtāteȝ
dedit veris ſacerdotibꝯ apl̄oꝝ ſucceſſoribus
ꝙ iſtud venerabile ſacramentū ↄficerent et
vſꝙ ad mūdi finem hr̄ent verū ſacrificiū. ci-
bum ⁊ viaticū ac memoriale digniſſimū ſue
ſacratiſſime paſſiōis ⁊ mortis. Hoc ſiq̄dem
ſacramentū ꝓpter altiſſimā ſuam dignitatē
fuit virtuoſiſſimis actibꝯ figuratū, ſacrificijs
myſticis p̄mõſtratum: ⁊ ſignis multiplicibꝯ re-
ſeratū. Primo q̄dem virtuoſiſſimis actibꝯ
p̄figuratū fuit ſicut ī oblatiōe abel Gen. iiij.
et in ſacrificio melchiſedech Gen. xiiij. Naȝ
ſicut ille cū eſſet ſacerdos dei altiſſimi offere
bat dn̄o panē ⁊ vinū: ſic ⁊ chriſtꝯ cū ſpēbꝯ pa
nis ⁊ vini hoc inſtituit ſalutare ſacramentū
teſte ꝓpheta q̄ ad chriſtū ait. Tu es ſacerdos
in eternū: ſm̄ ordinē melchiſedech. Ad hoc
idē de ↄſe. di. ij. c. accipite. Similit̄ in oblati-
one fideliſſimi ⁊ obediētiſſimi abrae quā fe-
cit de filio ſuo yſaac Gen. xxij. h̄ ſacramentū
patet. Scd̄o fuit ſacrificijs myſticis p̄mon-
ſtratū: ſicut in imolatiōe agni paſcalis Exo.
xij. Nam ſicut ille agnꝯ extitit ꝓ ſalute po-
puli imolatus: ſic etiam agnꝯ dei chriſtꝯ ꝓ ſa-
lute populi chriſtiani q̄tidie imolat̄ in cruciſ
ara. h̄ eſt in altari q̄ᵭ ſignificat crucē. Simi-
liter oīa que offerebant̄ in lege veteri h̄ ſa-
crificiū premõſtrabāt. Tertio fuit ſignis mul-
tiplicibꝯ reſeratū: ſicut in māna q̄ in deſerto
nutriti ſunt filij iſrael Exo. xvj. et. xvij. Naȝ
ſicut ille cibus abomiabilis fuit indignis dī
centibꝯ. Aīa nr̄a nauſeat ſuꝑ cibo iſto leuiſſi
mo: ⁊ dignis ſumme delectabilis. hn̄s oē de-
lectamentū ⁊ oēm ſaporē ſuauitatis. Sicut dici
tur Sap. xvj. Sic ⁊ iſte cibus eſt ſumme no-
xius indignis, ⁊ ſumme ꝓficuus dignis. Fu-
it inſuꝑ reſeratū in aqua q̄ Nūi. xx. ⁊ Exo.
xvij. de petra fluxit: ⁊ in melle quo illumiati
ſunt oculi ionathe. j. Regū. xiiij. Inſuꝑ adu-
tendū eſt ꝙ ſicut ex p̄cedentibꝯ patere põt fi-
gura hmōi venerabiliſſimi ſacramēti p̄ceſſit.
Primo tꝑe legis naturalis in ſacrificio mel-
chiſedech: q̄ ſicut fit adhuc ī ſacramēto deo
obtulit panē. Scd̄o tꝑe legis ſcripte agnus
paſcalis tenuit huiꝯ typū ⁊ māna: quo a deo
filij iſrael in deſerto paſti ſunt. Tertio tꝑe le-
gis gr̄e ſm̄ mgr̄m ſniarū in. iiij. di. ſanguis
qui fluxit de latere chriſti. In hoc aūt ſacra-
mento põt homo ↄſiderare. Primo ſignuȝ
viſibile. Scd̄o effectū gr̄e. tertio rem ipſaȝ q̄ ē
chriſtꝯ. quarto modum offerēdi. ⁊ virtutē quā
rep̄ſētat: ⁊ a qua ipſa depēdeat. Primo ſi
ↄſideremꝯ ſignū viſibile ⁊ ſic typū eius tenu
it ſacrificiū melchiſedech. Scd̄o ſi effectū gr̄e
et ſic in māna p̄figuratū fuit. Tertio ſi rem
ſacramenti que chriſtꝯ eſt: qui ꝓprie dicitur
agnus in agno paſcali p̄figuratū. Quarto
ſi modū offerēdi ⁊ virtutē quam rep̄ſētat. et
a q̄ ipſa depēdet in cruci oblatiōe ⁊ ſangui-
nis effuſione. Et ſicut tūc ſanguis eius ī cru
ce oblatꝯ eſt deo: ſic ⁊ hic in eius oblatione.
Oēs vero alie figure que ad h̄ ſacrm̄ applicari
pn̄t ad aliquem iſtoꝝ modoꝝ reduci poſſūt.
Iſte tn̄ quattuor tanꝙ magis ꝓprie antono-
mathice ſumunt̄. Dauid q̄ȝ de h̄ ſacro diui-
tus illuſtratꝯ breui verbo ſed mag̃ myſterio
eius ſublimitatē nouit dicēs. Memoriaȝ fe-
cit mirabiliū ſuoꝝ ⁊c. In q̄bus ſacratiſſimis
verbis oſtēdit ꝓpheta hoc ſacramentū eſſe
reſtitutiuū imaginis trinitatis que anima



eſt et hoc q̄tum ad oēs potentias eius que
ſunt memoria intelligentia ⁊ voluntas. Pri
mo eſt memoriale. ſcd̄o admirabile; tertio ē
delectabile. Primo eſt memorie memoriale
quia memoriā fecit. Secundo eſt intelligen-
tie admirabile: quia mirabiliū ſuoꝝ. Tertio
eſt voluntati delectabile: quia miſericors ⁊ mi-
ſerator dn̄s. eſcam dedit timentibꝯ ſe. Pri-
mū quidem in teſtimoniū amoris, ſcd̄m ī ve-
lamentū ſtuporis; tertiū in alimētū dulcoris.

## Articulꝯ primꝯ ꝙ ꝓpter tria eſt hoc ſacramentum noſtre memorie reformatiuum.

P Rimo quidem hoc ſacramentuȝ
eſt memoriale. ſ. memorie qꝛ me-
moriam fecit. ⁊ maxime memoria
le eſt triuȝ. Primo chriſti dilectiōis. ſcd̄o ſue
paſſionis: tertio noſtre ſanatiōis.

## Qꝛ hoc ſacramentū eſt memoriale ſue dilectionis qua chriſtꝯ dilexit nos. Cap. j.

P Rimo inꝙ hoc ſacramentū ē me-
moriale ſue dilectiōis: quia dilexit
nos ⁊ lauit nos in ſanguie ſuo a
peccatis noſtris Apoc. j. Solet vtiꝙ homo
cum eſt in magno amoris feruore ex vehe-
mentia dilectiōis facere magna. Quia ſm̄
Greg. charitas opat̄ magna ſi eſt mag̃. Et
q̄to maior eſt tanto maiora ſatagit operari.
Sicut etiam in carnalibꝯ amatoribꝯ patet.
Q̄tomagis in filio capto ieſu. Nam ſic Jo.
xiij. ait. Sciens ieſus quia venit eius hora
vt tranſeat de hoc mūdo ad patrem. cū dile
xiſſet ſuos qui erant in mūdo in finem dile-
xit eos. i. maiora ſigna dilectiōis oſtēdit eis
more. ſ. veri amantis ⁊ amici cordialis. Naȝ
que in fine mutuoꝝ receſſuū inter amicos. ī
ſignum perpetue amicitie ac memorie cele-
brantur: fortius ⁊ firmius memorie impri-
muntur ⁊ chariora tenent̄ atꝙ ſeruāt̄. More
re inſuper amoroſi patris: qui in ſuo fine te
ſtamentū hereditatis bonoꝝ condit ⁊ relin-
quit filijs ſuis. Inſuper ⁊ quaſdā ſingula-
res informationes tradit: quaſi quoddā me
moriale dilectiōis. Sed notanter in accuſa-
tiuo caſu Joh. inquit in finem dilexit: vt ex
hoc modo loquendi inuat manifeſte ꝙ non
ad hanc vitam hic ſtatuendā. ſꝫ ad ꝑducen-
dum eos per hoc ſacramentū in finem eter-
ne vite dilexit eos. In illo feruoris exceſſu
quando paratus erat pro nobis in mortem
tradere vitam ſuam: ab exceſſu amoris ma-
ius opus agere coactus eſt. q̄ȝ vnꝙ operatꝯ
fuit ab origine mundi dare nobis corpus ī
cibum ⁊ ſanguinē ſuum in potum. Ideo in
perſona chriſti ad dn̄m ꝓpheta ait dicens.
Zelus domus tue comedit me. id eſt. imen-
ſus animarū zelus ⁊ zelans amor me cõme-
ſtibilem fecit. Vt igitur mens percipiat fru
ctum tanti amoris: tria ei neceſſaria ſunt.
Primū eſt vigilantia que mentem ſollicitet
ad ↄſiderationē tanti amoris: vt dicere vale
at cum pſ. Deus deus meus ad te de luce
vigilo. Secundū eſt ↄcupiſcētia: que mē-
tem inflammet ad amorem tante dilectiōis.
Vt cum pſ. dicat. Quemadmodū deſide-
rat ceruus ad fontes aquarum. Et illud. Si
tiuit anima mea ad deum fontem viuū: quā
do veniam ⁊ apparebo ante faciē dei. Et om
nibus creaturis dicat illud Cantꝭ. v. Nun-
ciate dilecto quia amore langueo. Tertiū
eſt complacentia que mentem delectet ac q̄e
tet in amore amantis: vt dicere valeat illud
Cantꝭ. ij. Dilectus meus mihi ⁊ ego illi q̄ pa
ſcitur inter lilia: donec aſpiret dies ⁊ inclinē
tur vmbre. Et iterum in eodeȝ ait. Sub vm
bra illius quem deſiderauerā ſedi: ⁊ fructus
eius dulcis gutturi meo. O q̄ȝ viſceroſa cha
ritas chriſti ieſu. O ardēs amor fornace cor-
dis ſui. O admirāda imenſitas tante dile-
ctionis. O inꝙ latitudo incomꝑhenſibilis
tante dignationis: vt tanto amoris ardore
erga noſtram paruitatē flagraret. ꝙ ſuā car
nem in cibum ⁊ ſuū ſanguinē in potum no-
bis tam largiflue largiret̄.

## Per dn̄icum ſacramentū continue recolitur ⁊ innouat̄ memoria paſſionis chriſti. Cap. ij.

S Ecūdo hoc ſacramentū eſt meō-
riale acerbiſſime chriſti paſſionis
Maxime ſi ↄſideremus tria in h̄
ſacramento. Primo inſtitutionē.
ſcd̄o reformationē: tertio ſuſceptionē. Pri-
mo ſi ↄſideremus eius inſtitutionē. quia in
memoriam paſſiōis eius inſtituit illud chri-
ſtus. Qᵭ etiam oſtendit ipſe Lu. xxij. dicēs
Hoc facite in meam cõmemorationē. hoc ē
mee paſſionis rep̄ſentationē. Et iterum. j.
Corinth. xj. apl̄s patent̄ ait. Quotieſcunꙙ
eni manducabitis panem hunc ⁊ calicem bi-
betis: mortem dn̄i annūciabitis donec veni
at. In quibus verbis apoſtolus ponit tria
de hoc ſanctiſſimo ſacramēto. Primo vſum
ſcd̄o ſignum: tertio terminū. Primo inꝙ
ponit vſum cum ait. Quotienſcūꙙ eni mā-

ducabitis panem hunc ⁊ calicem bibetis. Li
cet enī in cibo ⁊ potu recolat̃ paſſio ieſu xp̄i:
magis tamen exprimit̃ paſſio eius in ꝯſecra
tione ſanguinis. ꝙ̄ in ꝯſecratione corꝑis aut
panis. Nam eo ipſe ꝙ per ſe ꝯſecrat̃ ſanguiſ
effuſionem eius a corpore manifeſte demō-
ſtrat. Effuſio ſanguinis quia penale eſt: pe-
nam indicat. Propterea ponit̃ vas recolle-
ctionis. ſ. calix ſignās chriſti paſſionē. Se
cundo ponit ſignum cum ait. mortē dn̄i an-
nunciabitis. Non enī tm̄ beneficiū tradi de
bet obliuioni. Proīde Ecc. xxix. āmonet di-
cens. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris.
Tertio addit terminū. ſ. donec veniat. ſ. ad
iudicium dn̄s. Sic etiam exponit̃ de ꝯſe. di.
ij. c. iteratur. Uſꝫ tunc enī duratuꝝ eſt hoc
ſacramentū ſicut ipſe dn̄s ait Mat. vl. Ego
vobiſcū ſum omnibꝰ diebus vſꝫ ad ꝯſum-
mationē ſeculi. Tunc enī terminus eius erit
quia non ſub velamine accidentiū. ſed facie
ad faciem tunc ꝯtemplabimur deū. Ex his
patet ꝙ ad hoc iſtud ſacramentū ꝯficitur. vt
ex freq̄ntatione ipſius intuētes ꝯtinuo chri-
ſti ſanguinē effuſum ſic: de chriſto paſſo no-
ſtra memoria repleat̃ ꝙ noſtro ſemper fixus
ſit in corde qui ſemel pro nobis fixus fuit in
cruce. In hoc etiam dat nobis quaſi plenaꝫ
poſſeſſionē ſue paſſionis ⁊ mortis. vt quoti-
die delinquentes lauemur ꝯtinuo ī ſuo ſan
guine: ⁊ quotidie reficiamur in ſuo ſctō cor-
pore. quaſi non ſuffecerit amoroſo ieſu ad
inebriati ſui amoris oſtenſionē ꝙ ſemel ſan-
guinem ſuū ſacrum pro nobis realiter effu-
dit in ligno: niſi in nobis quotidie effundat̃
ſub ſacramento. ⁊ iterum quodāmodo mo-
riatur. Unde de ꝯſe. di. ij. c. quid ſit dicitur.
Chriſtus in ſeipſo imortalit̃ ⁊ incorruptibili
ter viuens. iterum in hoc myſterio morit̃: q2
ſcꝫ mors eius repſentatur. Forma ſacra-
menti Secundo ꝯſideremꝰ huius ſacram̄
ti formationē. ſ. qua ꝯficitur. Nempe om̄ia
clamant chriſti paſſionē. Nam ⁊ nūs dictio-
num que ponunt̃ in ꝯſecrationis forma q̄-
narius eſt: ſicut patet in ꝯſeratiōe calicis ſeu
vini. Nam ſicut per q̄nqꝫ vulnera chriſti ſan
guis ꝑncipaliter emanauit: ſic etiam ꝑ q̄nqꝫ
verba perficit̃ ꝯſecratio iſta. Que quidem
ſunt hec. Hic eſt calix ſanguis mei. Reliqua
uo verba ꝯſecrationis calicis ſm aliq̄s ma-
gnos doctores etiaꝫ ſunt de ꝯſecratiōis for-
ma. Unde in talibus verbis pars tutiſſima
eſt: intentionē ſuam intentioni eccleſie con-
formare atqꝫ applicare ſm Sco. i. iiij. di. viij.
Forma autem tota in aliquo euangeliſtarū
non reperitur: ſed a beato petro iſta qua ec-
cleſia vtitur tradita perhibet̃. In forma au-
tem ꝯſecrationis hoſtie etiam numerꝰ quo-
dammodo quinarius eſt: licet forte hec dic-
tio enī non ſit de ſubſtantia forme ſed copu-
latio ad predictas locutiōes. Inſuper ⁊ ipſe
formandi hoſtiam modus: qui inter ferrea
ignita ꝯſtringitur ⁊ decoquitur: chriſti paſſi
memoriam exprimit. Nam ferrum igneum
fuit ipſa crudelitas iudeoꝝ ꝯtrario chriſto.
Ferrum inſuper plus ignitum fuit imobilis
charitas chriſti: que flagrabat pro nob̄ mor
ti tradere ſemetipſum. Primi ferri figura in
xp̄i corpore relicta ē. dū vulneratꝰ clauis cō-
foſſus ſpinis turpatus ſputis. ligatus vin-
culis velatuſqꝫ oculis atqꝫ plenus iniurijs
non remanſit in eo ſpecies neqꝫ decor. Se-
cundi ferri quodāmodo non remanſit figu-
ra dum mortem noſtram moriēdo deſtru-
xit ⁊ vitam reſurgendo reparauit. Suſce-
ptio ſacramenti Tertio ꝯſideremus hu-
ius ſacramenti ſuſceptionē. id eſt modum
quo ſuſcipitur: ⁊ intelliges eiꝰ paſſiōis ama
ritudinē memorari. Nam ipſa hoſtia ꝑ ma-
nus ſacerdotis frangitur. per dentes terit̃
atqꝫ in ſtomachum mittit̃ occulāda. Per h
enim myſtice figuratur fractio ⁊ attritio cor-
poris ieſu chriſti atqꝫ in morte ꝯſummatio
et occultatio in ſepulchro. Et ad idem habe-
tur de ꝯſe. di. ij. c. dum frangitur. Per om-
nia igitur ſupradicta clamet ieſus in mente
ſua illud Threñ. iij. Recordare paupertatis ⁊
tranſgreſſionis mee. ⁊ abſinthij ⁊ fellis. Et
tu anima mea reſpōde dilecto tuo ieſu chri-
ſto illud Threñ. iij. Memoria memor ero: ⁊
tabeſcet in me anima mea.

## Q dn̄icum ſacramentū datū eſt nobis in medicinā noſtre ſpi ritualis infirmitatis. Ca. iij.

t Ertio hoc ſacramentū eſt memo-
riale noſtre ſanationis. Tanta ei
infirmitas ꝓpter pomi mortiferi
corruptionem ꝑ primos noſtros
parentes humano generi diffuſa eſt. vt in-
curabilis eſſet: niſi ei optima medicina ſub-
uenirctur. quaꝫ facere non poterat niſi pru
dentia ſaluatoris. Unde Ecc. xxxviij. Altiſ-
ſimus de terra. id eſt. de virginis carne crea
uit medicinam. ⁊ vir prudens non abhorre
bit illam. Nempe hoſtis antiquus per vene
num cibi vetiti tria mala in homine opera-
tus eſt. Primo in anima tenebras ignoran-
tie. Secundo in corpore morbum ꝯcupiſcē-



tie. Tertio mortem eternam in vtroqꝫ. Con
tra hec tria inſtituta eſt corporis chriſti me-
dicina. Proinde aſſilatur triplici dulci cibo ⁊
medicinali. ſcilicꝫ melli ꝓpter primum. ficui
ꝓpter ſecundū. vue ꝓpter tertium. Pri-
ma ſanatio Primo enim ad ſanandū cor-
dis oculos ⁊ ad expellendū tenebras igno-
rantie: dedit dn̄s hoc venerabile ſacramen
tum figuratum in melle. Unde Prouerb.
xxiiij. Comede fili mi mel quoniā bonū eſt.
Mel ſiquidem dulce: corpus chriſti ſignifi-
cat. quod vtiqꝫ bonū eſt: quia tenebras no-
ſtre mentis ꝓpulſat: ⁊ eam lumīe diuino il-
luſtrat. In cuiꝰ myſterium. j. Reg. xiiij. io-
nathas ait. Uidiſtis quia illumiati ſunt ocu
li mei: quia guſtaui paululū de melle. Et ite
rum Eſa. vij. dicitur. Butyrum ⁊ mel cōme
det: vt ſciat reprobare malum ⁊ eligere bo-
num. Propterea ſicut ait ꝓpheta. Accedite
ad eum ⁊ illumiamini. Secunda ſanatio.
Secundo ad ſanandū in corpore morbū
ꝯcupiſcentie: dn̄s dedit hoc ſacramētū figu-
ratum in ficu. Unde Hiere. xxiiij. Uideo fi-
cus bonas valde. Quia dulce corpus chri-
ſti dei ⁊ hominis per eas ſig̃tur. Hec bis bo-
ne ſunt valde: quia mentem ⁊ corpus a mor
bo ꝯcupiſcentie praue ſanant. Uñ. iiij. Re-
gum. xx. et Eſa. xxxviij. Eſaias offerri iuſſit
ficuum maſſam. quam cum poſuiſſet ſuper
vlcera regis: vlcus regis ſanatum eſt. Ulcꝰ
nempe regis ꝯcupiſcētia eſt carnis. Sed fi-
cuum maſſa corpus eſt dn̄i noſtri ieſu chri-
ſti ꝯtinens oium bonoꝝ ſuauitatē. ſ. ad me-
dicinam deſiderioꝝ malorum. Tertia ſa-
natio Tertio ad ſanādū mortē in vtroqꝫ
dedit dn̄s hoc ſacramentū figuratum ī vua
Unde Lu. j. Benedictus fructus ventri tui
qui eſt corpus chriſti. Quod fructus eſt vi-
te ⁊ vitis valens ad deſtructionem mortis
eterne ⁊ ad acquiſitionē vite ſempiterne. Si
cut Prouerb. iij. dicitur. Lignum vite ē his
qui apprehenderit eam: ⁊ qui tenuerit eam
beatus eſt. Unde Hylarius. Accepta carne
dn̄i ⁊ hauſto ſanguīe. id perficit̃ ſeu efficitur
vt nos in ipſo ⁊ ipſe in nobis ſit. Hec igitur
eſt cauſa vite noſtre. que in nobis carnalibꝰ
per carnem chriſtum qui nobis vera vita ē
manentem: habeamus per eum victuri ea
ꝯditione qua viuit ipſe per patrem qui ī eo
eſt. Igitur comedite amici mei ⁊ bibite: ⁊ in-
ebriamini chariſſimi vt dicitur Cant. v. c.

## Articulus. ij. de mirabilibuſ dn̄ici ſacramenti. Et diuiditur iſte articulus in tres partes.

s Ecundo hoc ſacramentū eſt ad-
mirabile. ſ. intelligentie. Unde ꝓ
pheta ſubdit. Mirabiliū ſuorum
Tripliciter enim mirabile ē. Pri-
mo in ꝯſecratione. ſcd̄o in inſtitutione: ter-
tio in perceptione. In primo enī relucet mi
rabilis dei potentia. In ſecundo mirabilis
dei ſapientia. In tertio mirabilis dei clemē-
tia ⁊ beniuolentia.

## Prima pars articuli ſecundi de tribus mirabilibꝰ in quibuſ apparet admiranda dei potentia in inſtitutione ſacri huius.

p Rimo q̄dem eſt admirabile intel-
ligentie hoc ſacramentū in conſe-
cratione. Et in hoc relucet admi-
rabilis potētia dei ⁊ maxime quo
ad tria. Primo quo ad tranſubſtationem ſeu
ꝯuerſionem, ſecundo mirabilius quo ad ex-
tenſionem, tertio mirabiliſſimū quo ad loca
tionem.

## Quadruplici ratione probatur poſſibile eſſe conuerſionem ſubſtantie panis in corpꝰ xp̄i. Capitulum. j.

p Rimo inq̄ mirabil' eſt q̄tū ad cō-
uerſionē ſeu trāſubſtationē: q2 pa-
nis ⁊ vinū mutant̃ ſm ſuā totam
naturā ⁊ ſubſtām ⁊ ſm ſuā totā formā manēt
ſolū ſm ſuā accidētia. Sꝫ q2 h' vna de ꝑcipu
is veritatibꝰ nr̄e fidei ⁊ ſumme neccīa ad cre-
dendū: q2 ī ea ꝯſiſtit ꝑncipaliſſimū fundam̄
tū catholice fidei: ⁊ eccleſie ſctē: ac diui cultꝰ
et grē: idcirco fidē indubitabili ē tenēda ac
deuotiōe celebri ac alacri amplectēda. Et lꝫ
catholica fides nō indigeat rōnibꝰ nr̄is nec ī
hmōi rōnibꝰ fundet̃: ſed potiꝰ ipſam rōnem
ſtabiliet eleuet ⁊ illuſtret: nihilominꝰ ad cec-
tatē infideliū ꝯuincēdā. ⁊ ad ꝯſeruādū acieꝫ
intelligētie nr̄e. atqꝫ ad veritatē intelligibili
ter ꝯtēplādā: necnō ad fideliū ac deuotorū
ſolamē afferre nitimur q̄druplicē rōnem.
Prima ē rō māuductiua. ſcd̄a eſt rō compa-
tiua, tertia eſt rō ſeq̄ſtratiua; q̄rta eſt rō di-
ſtātiua. Pria inq̄ rō ē māuductiua ex cui-
dētia noue ptāl q̄ tal' eſt. Impoſſibile q̄dē
ē creaturā minꝰ aſſilari deo ī his q̄ ſunt ma-
ioris nobilitatꝭ ⁊ ꝟtutꝭ ⁊ ī his ad q̄ ōs totam
ꝟtutē nature ⁊ intētionē inclinat ⁊ ducit. Sꝫ
nihil in creatura nobilius repit̃ q̄ rō ⁊ dig-

nitas cauſalitatis ⁊ effectiue virtutis. Pro-
inde Dioniſius. iij. de angelica hierarchia
ait. Ꝙ diuiniꝰ omniū eſt deo coopari. Dñs
enī fere totam naturā ⁊ fere omēs cauſales
virtutes miro modo inclinat ⁊ ducit ad opꝰ
alicuius ꝯuerſionis: ⁊ hoc quaſi per q̄ſdam
gradus ſemper in altius ꝓcedentes. ⁊ ꝯuer-
ſioni totali magis ac magis approximantes
Quintuplex gradus. Initiū igiꝭ mutatio-
nū ſumēdo a loco inferiori. Primus ḡdus
eſt naturalis ſeu artificialis alteratio. ſcd̄s i-
ſocatio. tertius generatio. q̄rtus incorꝑatio
q̄ntus trāſformatio. Primus mutationū
gradus eſt naturalis ſeu artificialis altera-
tio: per quā ſubiectū de vno accidēte in ali-
ud vertitur ⁊ mutaꝭ. Scd̄s gradus eſt ig-
nitio vel infocatio: q̄lis in ferro eſt ſeu in cā-
dente erc. ſeu in in auro liquefacto. Hoc ſiq̄
dem amplius importare videꝭ. q̄ ſolam al-
terationē accidētalē. Tertius gradus eſt
generatio ꝑ quam aliq̄ modo de vna ſuba
fit alia: ꝑ hoc ꝙ materia vertiꝭ ab vna forma
ſubſtātiali in aliam. Sicut pātet de gallina ꝑ
cubationē ꝯuertēte ouū in pullū. Quar-
tus eſt incorꝑatio. Qualis fit ꝑ vim nutriti-
uam ⁊ augmentatiuā: ꝑ quas cibus ꝯuertiꝭ
non ſolum in aliam formā ſed etiam aliquo
modo ꝓut eſt poſſibile creature in priorem
partem corꝑis ſeu carnis. Quintꝰ ḡdus
eſt transformatio. quia ꝑ amorem amās ſic
transformaꝭ in ipſum amatū qd̄ quaſi i ipſo
eſt ⁊ idipſum. Unde ⁊ a chriſto Mat. vj. di-
ctum eſt. Ubi ē theſaurꝰ tuus: ibi eſt ⁊ cor tu-
um. Et. j. ad Cor. vj. Qui adheret deo vnꝰ
ſpūs eſt cum eo. Et alibi diciꝭ ꝙ amicus ē alꝭ
ego. Nempe i nobiſipſis ſentimꝰ ꝙ ipſe vis
amoris ⁊ p̄cipue ardentis. totaliꝭ ad hoc ni-
titur inhyat ⁊ geſtit: vt non ſolum ſit in inti-
mis ipſius amati. ſed etiam q̄dāmodo ſit ip-
ſum amatū. Qd̄ quidē in diuino amore tm̄
excedit ꝙ incompabiliꝭ diligiꝭ deus dilectuſ
q̄ mens ipſum amans diligat ſemetipſam.
imo ſuiipſius obliuiſciꝭ: ⁊ ſibiipſi quaſi an-
nihilaꝭ amore ſui dilecti. Sicut ſaltem futu-
rum in gloria ſempitna eſt. imo iam in beati
eſt: ⁊ ſi in pñti vita non ſit ad plenū. Hic ſiq̄-
dem amor in tm̄ aſcendit in aīa chriſti ꝙ ſup
poſitū amoris eſt ipſe deus reflectens in ſe-
ipſum amorem illum tanq̄ ſeipſum. Igitur
oīa ſupradicta. tam ꝑ rōnem diue ſiſitudis
in ſeipſis ꝑticipare: q̄ ꝑ totale conatū ⁊ intē-
tionem nature ad opa ꝯuerſionis a deo vni-
uerſaliꝭ inclinate. q̄ per ordinē predicte aſcē-
ſionis gradate: aptiſſime ⁊ fortiſſime clamāt

ꝙ opus totalis ꝯuerſionis eſt opus altiſſi-
mū. ⁊ ꝙ eius cauſalis ptās ꝑfectiſſime eſt in
deo. atq̄ oīa ſupradicta hec manifeſtiſſime
ꝓteſtantur ⁊ clamant cū ps̄. Potens es dñe
ſcʒ in hoc ſacramēto talia operari: ⁊ veritas
tua in circūitu tuo. Scd̄a ratio eſt compa-
tiua. Conſtat eni ꝙ opus ſoli deo poſſibile ē
et eſſe debet incompabiliꝭ altius ⁊ ꝓfundiꝰ
et incomp̄henſibiliꝰ: q̄ aliquod opus alicui
creature cōmunicabile ſeu cōicatū. Sed in
predictis ꝯuerſionibꝰ que vtiq̄ cōmunicate
ſunt agenti creato eſt altitudo ⁊ etiam ꝓfun-
ditas incomp̄henſibilis ⁊ inꝑſcrutabilis no-
bis. igitur tota eorum altitudo ⁊ etiam incō-
p̄henſibilitas clamat ꝙ deus poſſet aliquod
opus ꝯuerſionis operari ⁊ facere incompa-
biliter altius ⁊ incomp̄henſibiliꝰ. Sed nihil
videtur ſupra illa eſſe. niſi ꝯuerſio de tota in
totum aut aliquid et ſimile ⁊ equalens: igiꝭ
⁊c̄. Tertia ratio eſt diſtantiua. Plus eniʒ
diſtant ens ⁊ non ens: q̄ abinuicem diſtent
duo entia. ſm̄ diſtantiā eſſentialē. Sed deuſ
poteſt de nihilo facere: multo amplius vnū
ens ex q̄cunq̄ alio ente. Nonne per dei po-
tentiam de coſta viri ſubito mulier facta eſt.
Nonne etiam moyſi virga ex diuina poten-
tia mutata ſubito fuit in ſerpentē: Sicut pa-
tet Exo. iiij. et. vij. Multa quoq̄ ſimilia exē-
pla apponit hic Amb. de ꝯſe. di. ij. c. reuera.
Et. c. in quibus in fine dicitur. Quid hic q̄ris
nature ordinem in chriſti corpore: cum pre-
ter naturam ſit ipſe chriſti partus ex virgīe.
Et iterum Amb. ait. De totius mūdi opibꝰ
legitur ꝙ ipſe dixit ⁊ facta ſunt. Sermo igiꝭ
qui potuit facere ex nihilo que non erant: ꝑt
etiam ea que ſunt mutare in id qd̄ non erat.
Non eni minus eſt dare nouas q̄ mutare
rebus naturas. Et ſic q̄d erat panis ante con-
ſecrationē iam corpuſ chriſti veraciter factū
eſt poſt ꝯſecrationē. Quia ſmo mutat crea-
turā. Et ita irrōnalis creatura ⁊ inanimata
ſcʒ panis mutatur in melius. ſ. in corpꝰ chri-
ſti virtute verbi dei. Miruʒ eſt igitur ꝙ pec-
cator non mutatur. nec verbis nec bñficijs
nec minis nec ꝓmiſſis poteſt conuerti ō ma-
la ſua vita in bonam. Quarta vō ratio ē
ſequeſtratiua. Patet eni ꝙ intellectus mul-
ta ſequeſtrare poteſt que tamen ſenſus ſeq̄-
ſtrare non poteſt: eo ꝙ intellectus magis i-
materialis potentia eſt atq̄ longe igiꝭ magꝭ
ſpūalis. ſed potentia dei incomparabiliter
magis immaterialis eſt q̄ intellectus ſeu
intelligentia noſtra. Propterea eſt magis
ſequeſtratiua: vt poſſit illa ab inuicem ſeque-



ſtrare. Ad idem Hylarius in lib. de trini. ait
Ꝙ deus plura facere poteſt: q̄ videtur in-
telligere intellectus. Preterea cum intellectꝰ
intelligere poſſet accidēs ſine ſubiecto: imo
etiam ſenſus accidens videt nunq̄ in vidē-
do ſubiectū: ergo multo fortius diuina vir-
tus poterit in hoc ſacramēto vnū ab altero
ſequeſtrare. Et ſic ex q̄druplici ratione h̄ ve-
ritas euidenter patet. Hanc quidem ꝯuerſi-
onem ꝓphetice poſtulabat Eccl. xxxvj. di-
cens inoua ſigna. imuta mirabilia. Glorifica
manū ⁊ brachium dextꝝ. Legimus eni que-
dam ſigna vetera: quedam vō noua legimꝰ
et alia ſigna alio ordine imutata. Et hoc cē
poteſt ſm̄ q̄druplicē varietatē. Pria eſt quā-
do manet ſubſtantia: ⁊ accidens ꝯuertiꝭ in
ſubſtantiā aliam. Scd̄a eſt quando mutaꝭ
ſubſtantia ⁊ accidens. Tertia eſt quādo ma-
net ſubiectū: ⁊ accidētia alteranꝭ. Quarta ē
quando tranſit ſubiectū ⁊ remanēt acciden-
tia. Prima mutatio eſt quādo manet ſub-
iectum ⁊ accidens ꝯuertiꝭ in ſubſtantiā aliā
Et hanc mutationē fecit deus quādo Exo.
xvij. et Nūi. xx. Mutauit petram in ſtagna
aquarū. Secūda eſt quando mutaꝭ ſub-
ſtantia ⁊ accidens. vt ſubſtātia aque ⁊ acci-
dens aque in ſubſtantiā vini. Sicut paʒ qñ
xp̄s mutauit aquā in vinū Joh. ij. Tertia
autem eſt quando manet ſubiectū ⁊ alteran-
tur accidētia. Sicut patet in mutatiōe q̄ mu-
tauit deus aquam fluuij marath in dulcedi-
ne. que priꝰ amara erat. Sicut habeꝭ Exo.
xv. Quarta vō mutatio eſt quādo tranſit
ſubiectum ⁊ remanent accidentia. Sicut cō-
tingit in hoc venerabiliſſimo atq̄ ſanctiſſi-
mo ſacramēto: tam in pane q̄ in vino. Un-
de Amb. ait. Ubi vō acceſſit ꝯſecratio de pa-
ne fit corpus chriſti poſt ꝯſecrationē. Et vi-
num in calice mixtū fit ſanguis chriſti. Hec
ille. Ex his ⁊ ꝯſimilibꝰ patet ꝙ in hoc ſacra-
mento ſm̄ eccl. eſt inouatio ſignoꝝ. ⁊ imuta-
tio mirabiliū: quibus manus ⁊ brachiū dei
dexterū in potentia ieſu chriſti glorificatur.
Nec inſuper a miraculo vacat ꝙ ſepe corpo-
ris ⁊ ſanguis ſacramentū aut ꝓpter dubitā-
tes. aut certe ꝓpter ardentius diligētes in
viſibili ſpecie vt agni vł pueri forma. aut in
ſanguinis ⁊ carnis colore monſtrata ſunt.
Ut quod latebat a myſterio: pateſceret i mi-
raculo.

## De q̄ttuor mirabilibꝰ que interueniūt in hoc ſacramēto circa eius extenſionē: ⁊ quomodo poſſibilia ſunt. Capitulū. ij.

Secūdo quidem mirabiliꝰ eſt h̄ ſa-
cramentū. q̄tum ad extenſionem
Et circa hoc inter alia q̄ttuor mi-
rabilia apparent in hoc ſacramen-
to: que ignorātibꝰ impoſſibilia eſtimanꝭ.
Primū mirabile eſt ꝙ chriſti corpus ⁊ ſan-
guis non augeꝭ ex tranſubatione: nec mi-
nuitur ex ꝑceptione. Proinde ō ꝯſe. di. ij. c.
inuitat Augꝰ. ait. Quando chriſtꝰ mandu-
catur vita māducaꝭ ſed occidiꝭ vt māduceꝭ.
Sed mortuos viuificat. qñ manducaꝭ refi-
cit ſed non deficit. Manducaꝭ chriſtuſ viuit
manducatꝰ q2 ſurrexit occiſus. Et ſubditur
Per ptes manducaꝭ in ſacramēto. manet in-
teger totus in celo: manʒ integer totus i cor-
de tuo. Hec ibi. Unde ſicut homo cū come-
ditur a leone anima eius non ꝯſumiꝭ ſʒ tm̄
corpus: ſic dum hoſtia ſumiꝭ a ſacerdote nō
ꝯſumiꝭ corpus chriſti. ſed tm̄ panis ſpecies.
Et ſicut corrupto hoīs corpore anima inte-
gra ſepaꝭ: ſic facta corruptiōe circa ſpēs pa-
nis deſinit eſſe corpus chriſti in loco. Unde
dixit beatus andreas egee. Agnus iſte pꝰq̄
a fidelibꝰ eſt cōmeſtuſ: integer remanet atq̄
viuit. Sicut eni gemma virtutē ſuam effun-
dit. ⁊ tamen non minuiꝭ: ſic etiam corpꝰ nos
paſcēdo non minoraꝭ. Hoc idem patet in lu-
ce ⁊ in ſciētia: que cōicate non deficiunt. Hu-
ius nempe figura preceſſit in manna Exo.
xvj. quando nec qui plus parauerat de illo
amplius adinuenit. non repit minus q̄ mi-
nus pauerat. Sic nempe eſt in hoc venera-
bili ſacramento. vt patet de ꝯſe. di. ij. c. vbi.
Nam nec qui ꝯſecrat hoſtias multas inue-
nit amplius: nec qui ꝯſecrat vnam ſolam re-
perit minus. Secundū mirabile eſt. ꝙ cor-
pus chriſti tam magnū poſſet in tam parua
hoſtia contineri: cum imaginatio nr̄a mime
intelligere poſſet maius infra minꝰ corpus
totaliꝭ ꝯtineri. Ad qd̄ intelligendū manudu-
cit ſentētia Aug. de q̄titate anime. Qui ꝓ-
bat animā maiorē eſſe q̄ corpus. eo ꝙ intra
ſe cogitare poteſt totam magnitudinē mun-
di: ⁊ ſic intra ſe ꝯtinere eam. Similiter ani-
ma cum ſit maior q̄ corpus: tota in corpore
ꝯtinetur. Conſimili etiā modo cum corpus
chriſti ipſa hoſtia maius ſit: nihilominꝰ tm̄
infra tam paruam hoſtiā ꝯtinetur. non tm̄
ꝯtractum: ſed ita magnū atq̄ perfectū ſicut
i celo ē. Qd̄ q̄dē in oculo patē pōt. Nā viſio
cuʒ i ꝑua pupilla oculi ſit: tm̄ cū ea mari cer-
nunꭍ mōtes. ⁊ i ꝑuo ſpeclo ſicꝫ i magꝭ imago

expreſſe ⁊ integre cerni poteſt. Unde cū ꝓphera ait. Dominus in ſion magnus. Sion eni ſpeculū interpretaṫ ſm Aug. et papiaꝫ. Magnus ergo in ſion dñs eſſe diciṫ: qꝛ verꝫ corpus chriſti tam integralit ⁊ ſub ꝑua ſpecie: ſicut ſub magna crediṫ eſſe. Unde ꝗtūcunqꝫ parua ſit illa ſpecies panis. tamen ibi eſt totum corpus chriſti. ꝑ ꝯuerſionem ſanguinis. ꝑ ꝯnexionē anima. ꝑ ꝯiunctionē diuinitas integra per vnionē. Tertiū mirabile eſt ꝙ cum hoſtia frangiṫ: tamen corpus chriſti infra eam exiſtens mime frangi poteſt. Sicut ad cuiuſlibet operis diuiſionem: manifeſte ſequiṫ ſeparatio virtutis ſue. Ad hˀ tamē intelligēdū manuducit ſentētia Aug. in li. de ſpiritu ⁊ anima: vbi manifeſte ꝓbat ꝙ anima in q̄libet parte tota eſt. nec diuidiṫ licet diuidaṫ corpus. Eodem etiam mō cuꝫ corpus chriſti in q̄libet particula hoſtie totū ſit. ea in plures partes diuiſa non tñ corpus chriſti diuidi poteſt: ſed in qualibet particula manet totū. Qđ q̇dē in ſpeculo patere poteſt. ꝙ cum vnica ſola imago cernatur in eo: tamē ꝗtumcūqꝫ frangaṫ non diuidiṫ imago. ſed integra in qualibet particula ꝑſeuerat. Sic cum hoſtia in plures partes diuiditur. ſ. vt inde cōmunicenṫ fideles quilibꝫ. ſuſcipit totum corpus chriſti. Huius re mirabilis ratio: eſt ineffabilis vnio. ſ. hoīs ⁊ dei carnis ⁊ verbi. Unde ſicut verbum dei totū vbiqꝫ eſt ac totum replet celum ⁊ mūdū indiuiſum manens: ſic dedit corpori qđ aſſumpſit. ⁊ ſibi in vnitate perſone vniuit eē poſſe in multis locis ⁊ in ſe ꝯiunctū manere. Diuiditur igitur in partes in ſacramēto: q̄ totus manet integer in ſeipſo. Quartū mirabile eſt qđ aliquid ꝯuertaṫ in ſuppoſitum preexiſtens: ſic corpus chriſti preexiſtit huic ꝯuerſioni. Ad hoc declarādum manuducit dictum Aug. in lib. ꝯfeſ. qui in perſona dñi ait. Manducabis me ⁊ ego non mutabor in te. ſed tu mutaberis in me. In ꝯuerſione eni nutrimēti corꝑalis ſic ꝯtingit ꝙ qñ cibus ꝯuertitur equidem ꝯuertiṫ in ſuppoſitum p̄exiſtens. Ideo non eſt mirum ſi in hˀ ſacramēto ex diuina virtute ibidem p̄exiſtēs ꝯuerſio fiat ſicut. ſ. in. ij. arti. c. j. dicebatur.

## Quomodo q̄ttuoꝛ mirabilia circa localitatē huius ſacramenti poſſibilia ſunt. Cap. iij.

t Ertio quoqꝫ mirabiliſſimū eſt hˀ ſacramentū quo ad locationem. Circa quod inter alia q̄ttuoꝛ miranda ſunt. Primum mirabile eſt ꝙ idē corpus numero poſſet eſſe ſub ſacramento in diuerſis locis. Ad cuius intelligentiam notandū eſt ꝙ triplex differens reꝑitur natura. Prima eſt natura corꝑea nō vnita. ſecunda eſt natura ſpūalis corpori vnita: tertia eſt natura creata diuinitati vnita: Prima inqꝫ eſt natura corporea non vnita: ſicut lignū lapis terra aqua ⁊ ꝯſimilia. Et hec ita artatur ꝙ eſt in loco tota in toto: ⁊ pars in parte. Scđa eſt natura ſpūalis corꝑi vnita: ſicut eſt anima rōnalis. Et hec nō tm̄ artatur ꝗtum natura corꝑalis. quia p̄t eſſe tota ī toto: ⁊ tota in qualibet parte. vbi partes ſunt ipſi toti vnite. Tertia ē natura creata vnita diuinitati: ſicut ⁊ in hoc ſacramēto. ⁊ in hac minoꝛ artatio eſt. quia totus chriſtˀ eſt in q̄libet parte hoſtie: ſiue ſint partes vnite ſiue n̄. Proinde dicitur de ꝯſe. di. ij. c. quid ſit. Sicut diuinitas verbi dei vita eſt que totuꝫ implet mundū. Ita licet multis locis ⁊ innūabilibˀ diebus illud corpus ꝯſecratur non ſunt tamen multa corpora chriſti: nec multi calices ſed vnū corpus chriſti ⁊ vnus ſanguis cum illo quod aſſumpſit in vtero virginis ⁊ qđ dedit ſuis apoſtolis. Diuinitas eni verbi implet id quod vbiqꝫ eſt: ⁊ ꝯiungit ac facit. vt ſicut ipſa eſt vna. ita vnū eius corpus ſit ī veritate. Unde aduertendū eſt ꝙ ſiue plus ſiue minus quis inde ꝑcipiat: oēs equalit corpus chriſti integerrime ſumūt: ⁊ generaliṫ omnes ⁊ ſpecialiter vnuſq̄ſqꝫ. Hoc idem ait Gregˀ. ibidem. Et ideꝫ habetur in. ea. di. c. ſinguli. Et. c. in chriſto. Veruntñ in hoc ſacramento eſt artatio quedam. Nam non poteſt corpus chriſti ſub ſacramento eſſe in aliqua parte vniuerſi: niſi ſm aliquam ſpeciem quā ſcilicet virtus determinat ꝯſecrantis. Predicta autem veritas clamat congruentiā diuerſarum altiſſimarū ſenſuū. Puta illam admirabilem preſentiā qua omnia beatis preſentantur in verbo ⁊ qua omnes beati in ipſo verbo ſuꝑintellectualiter ſunt ibi p̄ſentes et illam qua deus eſt omnia in oībus: ⁊ illam qua pauperes euangelici reiectis mūdanis per charitatis incendiū in idipſum conuerſi omnia loca ⁊ lata mundi ſpacia quaſi pro puncto habent. ⁊ quaſi nihil reſpiciunt. ⁊ ſic de ꝯſimilibus. Qꝫ autem idem corpˀ in numero poſſet eſſet ſub ſacramēto in diuerſ locis: in figura preceſſit Exo. xx. vbi precepit dominˀ dicens. Altare de terra facietis mihi ⁊ offeretis ſuꝑ eo holocauſta ⁊ pacifica vr̄a oues vr̄as ⁊ boues ī loco ī q̄ mēoꝛia erit nois



mei. Ubi myſtice denotaṫ per terram terrenum elementū. ſ. panis ⁊ vinū. Altare ſiquidem dñicum corpus eſt: quaſi alta res. hoc de terra fit. id eſt. de triticeo pane: qui quidē eſt terra. Omnis autem locus omne altare ſignificat in quo fit memoria nois dei. ſ. ꝗtū ad forme ſacramti inſtitutionē Hug. đ ſan. vic. in libro de ſacramentis: de ſuꝑdicto admirando miraculo rationē aſſignat dicens. Qꝫ idō in natura idē corpˀ non pōt eē in diuerſis locis: quia deus nature conditoꝛ talē corporibus dedit legem. Propterea cum quilibet legiſlatoꝛ poſſet diſpenſare in lege quaꝫ ipſe ſtatuit imo oppoſitū oꝛdinare. Ita pōt deus hoc oꝛdinare in toto: qđ ꝯdidit in vniuerſo. Hoc etiam oſtendit ratio manifeſta q̄ eſt ꝙ filius hoīs potentiā participat filij dei ꝓpter perſone vnitatē. Unde Amb. Sicut in vnam perſonam: ita ⁊ in vnam potentiam ꝯueniunt dei ⁊ hoīs filius. vnde ſicut dei filius eſt eſſentialit in omnibus rebus: ita dedit filio hoīs vt corpus eius ſacramētalit poſſit eſſe in pluribus locis. Secundū vero mirabile eſt ꝙ duo corpora poſſunt ſimul eē in eodem loco: ita ꝙ corpus chriſti ſit infra hoſtie diuiſiōes. ⁊ non ponaṫ in aliqua eius ꝯcauitate. Sed Damaſ. in ſentētijs ad hˀ bene intelligendū ponit exemplum de igne q̄ intimatur ferro: cuꝫ ignis corpus ſubtile ſit et ferrum ſit adeo durū. Sic corpus chriſti cum per dotem ſubtilitatis reſurrectiōis ſue ſit ſubtilius igne: poteſt melius talibus intimari nec tamen eſt in aliqua hoſtie concauitate. ſicut nec in ꝯcauitatibˀ humani corporis eſt anima intellectiua. Tertiū vero mirabile eſt ꝙ in hoc ſacramēto chriſtus de celo deſcendit: nec tamen inde receſſit. Sed hoc eſſe poſſibile declarat Orig. ſuꝑ Mat. dicens. Qꝫ dei filius veniens in virgine totus totus remanſit apud deum patrem. ⁊ n̄ dimidius apud eum ⁊ dimidius apud virginem erat. Sicut ⁊ veritas quam mente cōcipimˀ cum eam docemˀ: tota remanet apđ nos ac tota ad diſcentē tranſit. Sic igitur ē de corꝑe chriſti in ſacramēto ſicut eſt de veritate in anima nr̄a. Quartū mirabile ē ꝙ tam in breui momēto ſicut dum ꝓferunṫ cōſecratiōis verba: poſſet trāſire ſpūs chriſtus de celo empyrreo ad altare ꝙ inextimabilit ab eo diſtat. Hoc autem poſſibile eſſe declarat Augˀ. ſuꝑ Geñ. ad litterā dicēs. Qꝫ ſicut oculus noſter cum ſubito aꝑitur viſibile ꝗtumcūqꝫ diſtans tranſitu velociſſimo vſqꝫ ad oculum tranſit: nec citius cernunṫ ſidera proxima ꝗ̄ diſtantia. Propterea nō eſt mirandū ſi corpus chriſti virtute diuina ī tanta diſtantia tam ſubito tranſit: cum ſol in inſtanti tranſmittit radios ſuos ab oriente in occidentē ⁊ econuerſo. Cum etiaꝫ agēs ꝗtō maioris virtutis ſit tanto velocius oꝑaṫ: atqꝫ mouere poteſt. Quod eni ꝯceditur de natura: negari non debet ab auctoꝛe ipſius nature.

## Secunda pars. ij. articuli de tribus mirabilibˀ in quibˀ miranda appareret ſapientia dei ⁊ in inſtitutione huius ſacramēti

ſ Ecundo hoc eſt mirabile intelligentie in inſtitutiōe. Et in hoc relucet admirabilis ſapiētia dei: et maxime quo ad tria. Primo quia dedit corpus ſuū in cibum. ſcđo quia dedit ſic ſub accidentibˀ velatum: tertio quia dedit ſic occultum ⁊ velatum.

## Ut appareat admirāda ſapientia dei ꝓpter tria dedit corpˀ ſuū venerabile in alimentum. Capitulum. j.

p Rimo inqꝫ in huiˀ ſacramēti inſtitutione appaꝛet admirabilis ſapientia dei: quia dedit corpus ſuuꝫ in cibum ⁊ alimentū. Quod impoſſibile eſtimantes iudei adinuicem litigabāt dicentes Jo. vj. Quomodo poteſt hic carnem ſuam dare ad manducandū? Fecit autē hoc ꝓpter triplicē rationē. Primo quia hoc exigebat humane nature coꝛruptio. Scđo quia hoc exigebat humane nature ꝯditio: Tertio qꝛ hoc exigebat hūane nature defectio. Primo quia hoc exigebat humane nature coꝛruptio. Sicut eni initiū humane coꝛruptionis ⁊ moꝛtis cepit ab eſca in vetito ligno vt patet Geñ. iij. ſic reſtitutio humane iuſtificationis ⁊ vite debꝫ eſſe eſca vel cibus ligni vite que eſt ſapientia dei in carne. Sicut diciṫ Prouerb. iij. Lignū vite eſt his qui apprehēderint eam: ⁊ qui tenuerit eam beatus. vt ſicut antiquus hoſtis per eſcaꝫ coꝛrumpit genus humanū malicia ſua ſic deus per cibuꝫ ſanet humanū genus ſapiētia ſua. De quo iubilando ⁊ exultando canit eccleſia dicens. Hoc opus noſtre ſalutis oꝛdo depopoſcerat. multifoꝛmis proditoꝛis ars vt arteꝫ falleret: ⁊ medelam ferret inde hoſtis vnde leſerat. Secundo quia exigebat huma-

ne nature ↄditio: que quidem rõnalis con=
dita eſt: Creature eni rationalis ſicut dictuꝫ
eſt cibus ⁊ alimonia verbum dei eternū ⁊ ſa
pientia patris vtriqꝫ comprobat̃. Quia igit̃
humana natura per ↄditionē corꝑe eſt a do
ḡuata ⁊ angelica incorporea eſt creata. Hic
eſt ꝙ ſm̄ ↄditionē vtriuſqꝫ nature idem ali=
mentum ſpūale qđ eſt ſapientia dei vtriſqꝫ
debuit exhiberi vt verbum increatuꝫ ſm̄ ſe
ſit cibus ſpirituū ſuꝑnoꝝ qui incorporei ſūt
et verbū quod caro factum eſt. ſit cibus ho=
minū qui corporei dinoſcunt̃. Tertio h̃
exigebat humane nature defectio. ſ. vt dare
tur in cibum. Sic eni condita eſt hūana na=
tura: vt non ſolum indigeat alimonia corꝑa
li ſed etiam ſpūali teſte dño qui Mat. iiij. ait
Non in ſolo pane viuit homo. ſed de omni
verbo qđ ꝓcedit de ore dei. Proide ſicut ne
ceſſe eſt ſubtracta cibo corꝑali corpus defice
re ⁊ languere: ſic animã ſubtracta alimonia
ſpūali delinq̃re ⁊ peccare. quēadmodū pro
pheta ait. Percuſſus ſicͭ ſum fenū: q̃ oblit⁹
ſum comedere panem meū. Ex his patet ꝙ
neceſſe fuit ꝙ daret̃ hoc ſacramētū. id eſt. h̃
ſacramētale viaticū. ſ. in cibum anime ꝑegri
ne. Proinde docuit nos ieſus Lu. viij. a pa
tre celeſti quotidie ⁊ poſtulare ⁊ dicere. Pa=
nem noſtrū quotidianū da nob̃ hodie. In
miniſteriū autem huius Mar. viij. dñs ait.
Miſereor ſuper turbã: quia ecce iaꝫ triduo
ſuſtinent me. nec habent qđ mãducēt. Et ſi
dimiſero eos ieiunos deficient in via. Tria
ſiq̃dem tp̃a quaſi tres dies anteceſſerãt hui⁹
ſacramēti inſtitutionē. ſ. tempus legis ſcri=
pte: ⁊ tempus viſitatiõis ꝓphetice. Poſt h̃
autem tempus noluit pius ieſus nos dimit
tere ieiunos: ſed tempe gratie eucbariſtiaꝫ
dedit que. j. q. j. in. c. multi bona gratia int̃
pretat̃ nobis contulit ne deficiam⁹ ĩ hac via.

## Ut admiranda appareret ſa pientia dei ꝓpter tria dedit cor pus ſuū ſub accidentib⁹ velatū. Capitulum. ij.

S Ecundū quoqꝫ in hui⁹ ſacramen
ti inſtitutiõe apparet mirabilis ſa=
pientia dei q̃ dedit corpus ſuuꝫ
ſub accidentib⁹ ſic velatū. Sicut Apoc. ij.
ipſe ait. Dabo illi mãna abſconditū q̃ſi cibū
velatum. Hinc eſt ꝙ human⁹ heſitauit ſen=
ſus. ſ. ꝙ non attingit ꝓfunditatē velaminis
huius ſacramēti: ⁊ ideo mirat̃ quõ poſſibile
ſit ꝙ hic viſibilis panis ſit ſacramentū ſacra
tiſſimū corpus chriſti. Quod Exo. xvj. my=
ſtice figuratū eſt in filijs iſrael. Qui cum vi=
diſſent manna admiratiõe dicebãt Manhu
hoc eſt quid eſt hoc. Ignorabãt aūt quid il=
lud eſſet. Apparebat eni eis viſibilis forma
que naturalit̃ videbat̃ q̃ſi ſimilitudo pluuie
et latebat eos inuiſibilis eius virtus que ex
hibebat oĩs ſuauitatꝭ ſaporem. ⁊ omne dele
ctamentū. Modo ↄſimili ↄtingit in hoc ve=
nenerabili ſacramēto. Quia alia eſt forma
et ſpecies que apparet: atqꝫ alia eſt virtus et
veritas que latet. Unde de ↄſe. di. ij. c. quia
corpus dicitur. Uere vnica ⁊ perfecta ho=
ſtia fide eſtimãda non ſpecie. nec exteriori
cenſanda viſu: ſed interiori affectu. Unde
celeſtiꝭ ↄfirmat auctoritas. ſ. Joh̃. vj. quia ca
ro mea vere eſt cibus: ⁊ ſanguis meus vere
eſt potus. Recedat igitur omne infidelitatꝭ
ambiguū. q̃mquidē qui auctor eſt munerū
ipſe eſt teſtis veritatis. ſ. in ſuꝑdicto Joh̃. v
Hoc idem dicit̃ in. c. ſpecies. ⁊ in. c. nos aūt.
Ubi Aug⁹. ait. Nos autem in ſpecie panis
et vini quam videm⁹: res inuiſibiles. id eſt.
carnem ⁊ ſanguinē honoram⁹. Nec ſimilit̃
cõꝑhendim⁹ has ſolas ſpecies quēadmo-
dum ante ↄſecrationē cõꝑhendebam⁹: cū
fideliter fateamur ante ↄſecrationē eſſe pa=
nem ⁊ vinū qđ natura format. poſt ↄſecrati
onem ꝟo eſſe carnem chriſti ⁊ ſanguinē qđ
benedictio ↄſecrauit. Idem in. c. nõ hoc cor
pus. Fecit autem hoc corpus ꝓpter triplicē
rationē. Primo ꝓpter vtilitatē. quo ad bo=
nos. Secundo ꝓpter indignitatē: q̃ ad ma=
los. Tertio ꝓpt̃ imbecillitatē: q̃ ad oēs.
Primo ꝓpt̃ vtilitatē. i. ꝓpt̃ meritū fidei q̃ ad
bonos. Et h̃ triplicit̃. Primo ꝓpt̃ fidei fūda
tionē. ſcđo ꝓpt̃ fidei edificationē: tertio ꝓpt̃
fidei ꝓuocationē. Primo ꝓpt̃ fidei fūda=
tionē. Nã teſte Greg. fides nõ hꝫ meritum:
vbi rõ hūana ꝑbet experimētū. Cū eni deme=
ritū hūani generis cepit a credulitate q̃ eua
credidit falſo teſtionio diaboli ſuadentꝭ de
cibo mortis. ſ. de ligno ſcientie boni ⁊ mali.
ac dicentꝭ nequaq̃ moriemi. ſed eritis ſicut
dij ſcientes bonum ⁊ malum: Ideo conue=
niens fuit vt meritum hominis a credulita-
te initium ſumeret. qua credat homo vero
teſtimonio ieſu chriſti ſuadentis de cibo vi=
te ac dicentis Joh̃. vj. Qui manducat meaꝫ
carnem ⁊ bibit meum ſanguinem in me ma
net ⁊ ego in eo. Et ſicut demeritum culpe ce
pit in hoĩe ex auditu diabolici ꝟbi morꝭ pa=
bulū ſuggerētꝭ: ita vita gr̃e ĩ hūano genere
reformetur per verbum chriſti vite cibū ve-



raciter ꝓponentis. Et ſic formata fides fiat
ex auditu: auditus autem per verbum chri-
ſti. ſicut ait apoſtolus ad Rhoma. x. Se=
cundo ꝓpter fidei edificationē. Nã ſm̄ Ale=
xandrū in. iiij. fecit hoc deus vt edificaret̃ fi-
des ad credendū ea que ſunt ſupra naturã.
Unde Hug. de ſanc. victo. Diuina ſapien=
tia carneꝫ chriſti ſub ꝑncipalis edulij ſpē ve
lauit. ⁊ ſic ſumendã ꝓpoſuit: vt ſenſus ĩ vno
foueret̃. ⁊ fides in alio edificaret̃. Tertio
ꝓpter fidei ꝓuocationē. id eſt. vt ꝓuocaren-
tur hoĩes ad credendū ea que ſunt ſupra in-
tellectum. In hoc eni ſacramēto multa ſunt
ſupra naturam ⁊ intellectū noſtrū. Placuit
ergo diuine diſpēſationi vt intellectus in h̃
ſacramento exteriori ↄſideraret aliquid ſuꝑ
naturam. vt ſic magis expediret̃ ad cogno=
ſcendū per fidem in re ſacramēti quod ē ſu=
pra intellectum. Unde ↄſideratio ſpeciei ſi=
ne ſubiecto quod eſt ſupra naturã quodam-
modo manuducit ad intelligendū multa in
re interiori que ſupra ipſum intellectū ſunt.
Hec Alexan. de halis ibidem. Hec autē my=
ſtice figurata ſunt Geñ. xxvij. in velatiõe ia=
cob. ⁊ in pia deceptione yſaac atqꝫ in caligi=
ne eiuſdem. Porro ipſe iacob huius ſacra=
menti myſticū gerit typum: atqꝫ eſau ſenſi=
bilis forme. Iſaac autem humani ſenſus fi=
guram gerit. Omnes nempe ſenſus preter
auditum defecerūt in yſaac: ſolus auditus
ĩmunis fuit. Caligauerūt oculi eius ⁊ vide=
re non poterat. Guſtus in eſu hedij decept⁹
eſt. Et decipiebat̃ etiam tactus eius: quia cõ
tingens manus ⁊ collum iacob pellib⁹ coo=
pertū. eſau fore eſtimabat dicenſ. Ecce odor
filij mi ſicut odor agri pleni. Solus auditus
a deceptione liber euaſit. Unde ⁊ ait. Uox
quidem iacob eſt: manus autem ſunt eſau.
Sic ⁊ in hoc ſacramēto preter auditū omniſ
humanus fallitur in hoc ſacramēto ſenſus.
Secūdo autem fecit hoc ꝓpter indignita
tem: quo ad malos. Exigit nanqꝫ maloꝝ in=
dignitas ꝙ velatur: ſicut indiget eger ocul⁹
vt ſibi ſol ⁊ quodlibet lumen tegat̃ in hoc er
ga peccatores micorditer agens ſaluatoris
benignitas. Niſi eni accidentib⁹ velaretur.
ac nudum aſpiceret̃ corpus ieſu chriſti ex h̃
forte aſpectu perirent. Quod. j. Reg. vj. in
bethſamitis myſtice figurat̃ qui percuſſi et
interfecti ſunt eo ꝙ arcam dñi ↄſpexiſſent. q̃
ſacramentuꝫ corporis dñici myſtice prefigu
rabat. Tertio facit ꝓpter imbecillitateꝫ q̃
ad omnes. Nempe hoc indigebat imbecilli-
tas noſtra. Quia claritatē dñici corporiſ nul
lus vnqꝫ poſſet ſuſtinere aſpectus: ideo vt
velaretur neceſſariū fuit. Hoc ꝟo Exo. xxx=
iiij. in claritate vultus moyſi myſtice figura-
tum eſt. Qui ꝓpter radioꝝ choruſcationeꝫ
videbatur cornutus: intm̃ ꝙ filij iſrael clari-
tatem eius vultus ſuſtinere non poterant.
Unde poſuit moyſes velamen ſuper facieꝫ
ſuam. Sic amoroſus vel radioſus ieſus fa=
ciem ſuam omnibuſ micorditer velat. Ex ſu
pradictis patet quomodo admirãda ſapien
tia dei corp⁹ ſuū ſanctiſſimū ſic velatū dedit

## Inſuper vt appareret admi randa dei ſapientia ꝓpter tria dedit corpus ſuum ita occulta tum. Capitulum. iij.

T Ertio inſuper in inſtitutiõe huiuſ
ſacramēti apparet admirabilis ſa
pientia chriſti: quia tradidit cor=
pus ſuū ſic occultum atqꝫ excelſum. In hoc
eni demonſtrat̃ excellentia diuine ſapientie
et virtutis maxime ꝓpter tria. Primo quia
operatur ſupra naturã inſenſibilē. Secun=
do quia oꝑatur ſupra naturã ſenſibilē. Ter-
tio quia oꝑatur ſupra naturã rationalē.
Primo autem in hoc demonſtrat̃ excellen=
tia diuine ſapientie ⁊ virtutiſ: quia in hoc ſa
cramento deus oꝑatur ſupra naturã inſen=
ſibilem. Scđm eni hanc naturam acciden=
tia non poſſunt eſſe abſqꝫ ſubiecto. Earum
eni eſſe eſt in eſſe ſm̄ ph̃m. vij. metaph̃. id eſt
eſſe in alio. Nec accidentia ſunt eſſentia niſi
inq̃ntum ſunt entis. Sed diuina virtus que
non coartatur ad menſurã inſenſibilis na=
ture: facit in hoc ſacramento ꝙ accidentia ꝑ
ſe ſunt que ſm̄ naturam habent eſſe quod ē
in eſſe. Quia ſm̄ apoſtolum ad Rhoma. iiij
vocat eam que non ſunt: tanq̃ ea que ſunt.
Ea eni que non ſunt ꝓprie ſed inſunt acci=
dentia ſunt. que ipſe facit eſſe preter ſubie=
ctum atqꝫ per ſe ſubſiſtere: tanq̃ ea que per
ſe ſunt. ſ. ſubiectiue. Poteſt autem hec diui=
na virtus efficere: quia cauſa prima plus in
fluit in cauſatum eſſe q̃ cauſa ſecūda. Cauſa
eni accidentiū prima. deus eſt: ſed cauſa ſe=
cunda eſt ſubſtantia. Sublata igitur influē=
tia ſubſtantie. reſpectu exiſtentie accidentiū
remanet influētia cauſe prime. Preterea ſm̄
Alexandruꝫ de halis in. iiij. in hoc apparet
completa ordinatio diuinarū oꝑationum in
hoc ſacramento: quod eſt ſacroꝝ ſacramētū
In pane enim ante tranſſubatiõnē eſt repe
rire corpus corruptibile ⁊ accidentia naſali=

ter inhere̅tia. Uirtute autez diuina trãſmu-
tatur in corpus chriſti ſp̃uale ꝛ incorruptibi
le quod eſt vltimus gradus aſcenſiõis ex ꝑ-
te corpis. Ut igitur eſſet completa ordinatio
diuinarũ opationũ fecit deꝰ vt illa que erãt i
alio ꝑ naturã. ſ. accide̅ tia: virtute diuina ſta-
bilirent̃ ineſſe ſine aliquo ſubiecto. qđ e̅ vlti
mus gradus aſcenſiõis ex parte accidentiũ
Utraqꝫ eni opatio ponit vltimũ gradũ aſce̅
ſionis. Scđo hoc idem patet quia deus i
hoc ſacrame̅to opatur ſupra naturã ſenſibi-
lem. nam accide̅tia ſentiri poſſunt in eo ſine
ſubiecto eo ꝙ accidentia que ſunt in ſubie-
cto imaginario abſtrahit a ſubiecto. Quia
omne obiectũ ſenſus eſt accide̅s. ſed nõ po-
teſt hec naturalr̃ virtus ſenſitiua efficere vt
accidentia ſine ſubiecto ſenſitiuo ſint: nec ac
cidentia ↄſtituere poteſt imaginatio ſine ſb-
iecto in rerum natura. Sed diuina virtus i
hoc ſacrame̅to imagines accidentiũ ꝑ ſe ob-
ijcit oculis nr̃is. Qđ myſtice figuratũ fuit in
verbis eliphas Job. iiij. Porro ad me dictũ
eſt verbum abſconditũ ꝛ quaſi furtiue ſuſ-
cepit auris mea venas ſuſurrij eius. in hor
rore viſionis nocturne qñ ſolet ſopor occu-
pare homies pauor tenuit me. ꝛ horror tre-
mor ꝛ oĩa oſſa mea ꝑterrita ſunt. Et cũ ſp̃us
me p̃ſente tranſiret: inhorruerũt pili carnis
mee. Stetit quidã cuius non cognoſcebam
vultum. imago coram oculis meis: ꝛ vocez
quaſi aure leuis audiui. Nocturna ſiq̃dem
viſio huius ſacrame̅ti ↄtemplatio eſt. Stat
aũt in ſacrame̅to quidã cuiꝰ non cognoſcit̃
vultus: quia in hoc ſacrame̅to ſub inuiſibili
forma eſt chriſtus. Sed ideo coram ocul' ſi-
ſtitur: quia imagines accidentiũ ſenſibꝰ p̃-
ſentat̃. Suauis aũt vox quaſi aure leuis au
ditur: cum verba ſacrame̅ti cum q̃bus. ſ. ip-
ſum ↄſecratur in ↄſecratiõe precipiuntur
Tertio inſuꝑ in hoc ſacr̃o demr̃atur ſapien-
tie diuine excelle̅tia ꝛ virtus: quia in eo opa
tur deus ſup̃ naturã rationale̅. Uix eni in-
telligẽtia capit ſeu intelligit accide̅tia ſine ſb
iecto. ſ. q̃ntitatem figuram colore̅ odore̅ ſa-
porem ꝛ ſic de alijs. Sed non poteſt vis in-
tellectiua ꝑ opatione̅ quod poteſt ꝑ ↄſidera-
tione̅. Sed diuina virtus poteſt ꝑ opatione̅
quicq̃d natura rõnalis poteſt ꝑ ↄſideratio-
nem. Proinde i pſ̃. dicit̃. Accedit homo ad
cor altum ꝛ exaltabit̃ deus. Quia q̃ntũcũqꝫ
exaltetur cor hoĩs ꝑ ↄſideratione̅: adhuc am
plius exaltet̃ deus. Ex dictis patet q̃re chri-
ſtus corpus ſuũ dedit in alimentũ. quare ve
latum accidentibꝰ: ꝛ quare tam occultuz. ſ.
preter ſubiectum deferens.

## De triplici perutili practica.

Ex ſup̃ dictis elici poſſunt tres practice̅ et
vtiles veritates circa hoc ſacramẽtũ. Primo
circa eius adoratione̅. ſcđo circa eius por-
tatione̅: tertio circa eius interrogatione̅.
Prima veritas Nempe de ↄſe. di. ij. c. q̃d
ſit Gregꝰ. inquit. Q̃ꝛ i hoc ſacrame̅to aliud
videtur ꝛ aliud intelligat̃ Et idem habet̃ ex̃
de cel̃. miſ. c. cum marthe. Nam aliud cerni-
tur oculis corpis: ꝛ aliud credit̃ oculis men
tis. Proinde in adoratiõe illius hec vnr̃ veri
tas eligenda eſt. ꝙ qñ hoc ſacrame̅tum ad-
oratur a nobis oratio non eſt dirige̅da ad
id qđ cernitur ſed ad id qđ ibi eſſe creditur.
quia ſolum illud adoratiõe eſt dignũ. Nam
illa que oculis corpis ↄſpiciunt̃ accidentia
ſunt. quibus non ↄuenit adoratio latrie: q̃ꝛ
non ſunt in corpe ieſu chriſti ſicut in ſubiec-
to. ſed corpus chriſti qđ ſub illis accidentibꝰ
latere dicitur atqꝫ indubitant̃ credit̃ id ſolũ
adoratione latrie dignũ eſt. Ex hoc igit̃ ↄſe-
quens eſt quia ↄſecrationis verba ſecrete ꝓ
ferunt̃ a ſacerdote ſuꝑ hoſtiam. ꝓpterea an
te eleuatione̅ illius non debet a populo ho-
ſtia adorari: ꝓpter ꝑiculũ idolatrie. Et hoc
ideo q̃ꝛ nonduz ↄſtat ibi eſſe corpus chriſti.
Intelligendũ eſt tame̅ ꝙ licet in illis acciden
tibus ꝓprie non videatur chriſtus: non ta-
men errant fideles qui dicunt ſe vidiſſe chri-
ſtum in manibus ſacerdotibꝰ. Quia nullus
errat cuius verba verificari poſſunt eo mo-
do quo verificat̃ ſacra ſcriptura: in qua in
pleriſqꝫ locis ꝛ ſepius reperitur ꝙ aliqui vide-
runt deuz corporali oculo. Sicut patz Exo.
iij. Moyſes vidit deum corporali oculo cer
nendo rubum. non ibi videret diuinitatem
ſed ꝙ diuinitas aſſiſtebat illi rubo. Similr̃
corpus chriſti illis ſpeciebus aſſiſtit: que q̃-
dem in hoc ſacrame̅to cernunt̃. Et ſꝫ Sco.
in. iiij. di. xj. ſimplices non errant quia ad-
orant in fide eccleſie: ꝛ hoc eis ſufficit ad ſalu
tem. Maiores autem adorant conte̅tuz nõ
ſignum. Et hoc ſiue contine̅t ſignũ accide̅s
ſit tm̃: ſiue ſubſtantia panis cum accidente.
Et ideo hoc non eſt multum p̃dicandum
Secunda veritas Secundo vtilis veritas
ex predictis elici poteſt circa huius ſacrame̅
ti portationem. Nam ſm̃ ꝙ notat Hoſtieſ.
ex̃ de cele. miſ. c. ſane. Quando ſacerdos va
dit ad cõicandum infirmũ duas hoſtias ↄſe
cratas portare debet: ꝛ cum vna infirmũ cõi
cet ꝛ alterã ſecum honorifice reportet. Nam



ſi vaſculũ vbi h̃ ſctiſſimũ ſacramentum dela-
tũ fuit ad egrotũ indigne reportet̃ ad domũ
indece̅s videret̃: cum forte remanſerũt in eo
alique ꝑue reliquie dñici ſacramenti. Si aũt
honorifice reportet p̃dictuz vas abſqꝫ hoſtia
ↄſecrata decipit̃ tũc ppl̃s: qui adorat tũc vas
tm̃: et h̃ ſente̅tia Hoſtieñ. rõnabilis eſt ꝛ pru
dens. Tercia inſuꝑ vtilis veritas ex p̃dictis
elici p̃t circa interrogatione̅. Nã qñ ſacerdos
cõicaturus infirmũ interroget eũ priꝰ dicens
Credis h̃ ee̅ corpꝰ dñi natũ de maria virgine
et in cruce ꝓ nobis oĩbus paſſuz. ꝛ ſic đ alijs
articulis fidei. Et ſi infirmꝰ r̃ndet ꝙ ſic: tunc ꝛ
ſacerdos interrogans fidelis affirmas ſuam
intentione̅ dirigere debet ad id quod credit̃
ꝛ nõ ad id quod cernit̃: q̃ꝛ al̃s error eſſet ſicut
dictũ eſt. Proinde niſi inſtruant̃ ſimplices ꝓ
ni ſunt ad dirigendũ intentione̅ ſuaz ad illa
que corporeis oculis cernunt̃ ab eis. ideo tu
tius videt̃ dicendũ. Credis hic eſſe corpꝰ xp̃i.
ꝛ tũc ferri põt inte̅tio ad id quod cernit̃. q̃ꝛ i
ſpeciebus illis q̃s cernimus eſt veraciter cor
pus xp̃i. Si q̃s tñ ſuã intentiõez dirigit ad ſã-
cte eccl̃ie fidem: tũc nullũ videt̃ ꝑiculũ imine
re circa p̃dicta.

## Tercia pars ſcđi articuli de triplicibꝰ mirabilibꝰ in q̃bꝰ admirãda apparet cleme̅tia ſaluatoris i ꝑceptione huiꝰ ſacramenti.

TErcio h̃ ſacramentũ eſt mirabile
intelligentie in ꝑceptiõe: et in h̃ ad-
miranda dei clementia ſir̃ et iuſti-
cia manifeſtant̃: ꝛ maxime quo ad
tria. Primo q̃ntum ad magnitudine̅ dati. ſe-
cũdo q̃ntũ ad magnitudine̅ dantis. tercio q̃ntũ
ad ingratitudine̅ recipie̅tis.

## Quãtũ admiranda appareat largitas dei: ſi in hoc conſideremus magnitudine̅ dati. Capitulum. j.

PRimo inqꝫ apparet hic diuina lar-
gitas mirabilis q̃ntũ ad magnitudi
ne̅ dati. ꝛ h̃ q̃ꝛ largitor oĩm bonoꝝ
dat in h̃ ſacrame̅to ſeip̃m. nã dat corpus ſuũ
in cibũ: et ſanguine̅ ſuũ in potũ. dice̅s Mat.
xxvj. Accipite ꝛ comedite h̃ e̅ corpus meum.
et h̃ eſt vltimꝰ et ſup̃mus gradus largitatis di
uine. Nã primꝰ e̅ q̃ largit̃ ſua. ſcđs gradꝰ quo
largit̃ ſuos. tercio q̃ largit̃ ſeip̃m. Primꝰ inqꝫ
gradus eſt q̃ largit̃ ſua. vñ pſ̃. Omia ſubiecti
ſti ſub pedibus eiꝰ oues ꝛ boues vniuerſas.
volucres celi et piſces maris q̃ ꝑ ambulãt ſe-
mitas maris. Scđs gradus eſt q̃ largit̃ ſuos
. i. angelos iuxta illud apl̃i ad Heb. j. Omñes
adminiſtratores ſp̃us ſũt. in miſteriũ miſſi ꝓpt̃
eos q̃ hereditate̅ ſalutis capiũt. Nota octo mo
dis dedit xp̃s ſeip̃m nobis. Terciꝰ gradꝰ q̃ lar
git̃ ſe nobis. vñ largitus eſt ſe nob̃ mltis mo
dis. Primo in filiũ. ſcđo in ſociũ. tercio in ma
giſtrũ. q̃rto in patre̅. quĩto in luce̅. ſexto i fra
tre̅ ſorore̅ et matre̅. ſeptĩo dedit ſe nob̃ i holo
cauſtũ medullatũ. octauo ſe đdit nob̃ i cibũ ꝛ
potũ. Primo inqꝫ đdit ſe nobis in filiũ. ꝑ nr̃e
carnis aſſũptione̅. vñ Eſa. iubilãdo ait. Par
uulus natus e̅ nobis: ꝛ filiꝰ datus e̅ nob̃. Se-
cũdo dedit ſe nobis in ſociũ: ꝑ nature ↄfirma
tione̅. Uñ apl̃s ad Phil̃. ij. ait. In ſilitudine̅
hoĩm factꝰ: et habitu inue̅tus vt hõ. Tercio
dedit ſe nobis in magiſtrũ. ꝓpter doctrine p̃
dicatiõez. vñ Joh. xiij. ait diſciplis ſuis. Uos
vocatis me mgr̃ et dñe. et bñ dicitis. ſũ etenĩz
Quarto ſe nobis dedit in patre̅ ꝑ gr̃e gnãti-
one̅. Sic đr Joh. j. Quotq̃t aũt receperũt eos
đdit eis ptãte̅ filios dei fieri his q̃ credũt i no-
mie eiꝰ. Quinto ſe nobis dedit in luce̅ ꝓpt̃ ex
empli opatiõnez. vñ diſcipulis ſuis Joh. xiij.
ait. Exemplũ eñ do vobis. vt que̅admoduz
ego feci: ita et vos faciatis Sexto ſe dedit no
bis in fratre̅ ſorore̅ et matre̅. ꝑ volũtatis ↄfor
matione̅. vñ Math. xij. ip̃e ait. Quicũqꝫ fece
rit volũtate̅ pr̃is mei q̃ in celis e̅: ip̃e meꝰ frat̃
et ſoror ꝛ mater eſt. Septimo dedit ſe nobis i
holocauſtum medullatum per dilectionem ꝛ
paſſionem. vnđ. j. Cor. vj. Empti eñ eſtis p̃-
cio magno gl̃ificate deũ in corpe vr̃o. Octa-
uus aũt et vltimꝰ gradꝰ amoris e̅ cũ xp̃s ſe de
dit nobis in cibũ. q̃ꝛ đdit ſe nobis ad oĩmodã
vnione̅ et transformatione̅. Nã in ſepte̅ ſupi
oribꝰ gradibꝰ ꝛ ↄſilibus beneficijs. xp̃s nobis
factus e̅ vniformis. ſꝫ in h̃ ſacrame̅to dat̃ no-
bis. vt hõ fiat deiformis. Naz ſic̃ cibus ꝛ cibãs
inuice̅ vniũtur. ſic digne illũ ſuſcipie̅s in ip̃m
ꝑ ardentiſſimũ amore̅ totalr̃ transformat̃. et
dei formis efficit̃. ideo Joh. vj. ip̃e ait. Caro
mea vere eſt cibus et ſanguis meꝰ vere eſt po
tus. nõ quide̅ ↄuertendꝰ in naturã cibãti q̃ e̅
infecta miſera ꝛ peccatrix. ſꝫ ↄuerſurus ciba-
tũ in naturã ſui. q̃ eſt ſp̃ualis ſctiſſima et diui
na. Siquide̅ in alijs cibis ↄuerſio fit cibi i mã
ducante̅: eo ꝙ mãducans ſit validior et nobi
lior q̃ꝫ ip̃e cibus. ſꝫ in h̃ ecõtrario ↄtingit. pro
pter ſublimitate̅ atqꝫ virtutem cibi q̃ xp̃us eſt
Ideo hũc cibũ digne mãducans trãsformat̃
in xp̃m et nõ xp̃s in ip̃m. Unde Augꝰ Cibus
ſum grandium crede ꝛ manducabis me. ſed

tamē ego nō mutabor in te:ſ tu mutaberis i
me. Fit aūt h̄ trāſſormatio in hoc ſacramēto
ꝑ virtutē amoris. Amor aūt ſm Hug. de ſctō
victo. eſt vis mutatiua et trāſſormatiua ipiuſ
amantꝭ in ſpm̄ amatū. Ideo dn̄s ait Joh. vj
Qui manducat meā carnez et bibit meū ſan-
guinē: in me manet ⁊ ego in eo Et vt empha
tice et explicabiliter vnionē ſui ad nos effica-
tius aperiret: Joh. xvj. alloquiť patrē dicēs
Tu in me ⁊ ego in eis. aſſimulās modū q̄ ipe
in nobis eſt: modo quō pater in ipo eſt. et di
lectionez ſui in nos aſſiſat dilectōni paterne
dicens. Sicut dilexit me pať: et ego dilexi voſ
O q̄s ſapidus q̄s amabilis. ⁊ q̄s deſiderabilis
eſt cibus iſte. qui hoiem facit deū: ⁊ nos a vi-
ta noſtra que vere eſt mors funditus eradicā
do occidit: vere dicere nobis poteſt dulcis ie
ſus. Quid vltra tibi aīa mea potui facere ⁊ n̄
feci. ſalꝫ ꝙ tui cordis duriciem emolliret. q̄ſi
dicat nihil.

## Apparet admirāda dei clemē tia in hoc ſacramēto ſi magnitu do dantis cōſidereť. Ca. ij.

ſ Ecūdo xͦo apparet in hoc ſacramē
to mirabilis dīna benignitas ⁊ lar
gitas ſaluatoris: q̄tū ad magnitu
dinem dantis. Dat em̄ ſe xp̄s non
tantū dignis: ſ etiā indignis. Nā qui ſe ꝑmi-
ſit malignorꝫ manibus crucifigi ſp ſe ꝑmittit
manibus ſceleratorꝫ ꝯtractari. Quia ſolez ſu
um facit oriri ſuꝑ bonos et malos vt dicitur
Math. v. c. Claritatem ſue p̄ntie in hoc ſacra
mento exhibet bonis et bonis. non tamē im
partiť om̄ibus illuminatōis ſue effectuſ. Nā
triplex oculus repiť. ſcꝫ cecus. eger et ſanus.
Prim⁹ eſt oculus cecus q̄ abſens repiť a luce
cum tn̄ ei ſit p̄ns. ⁊ hic eſt cor infidele qd̄ ſuſci
pit hoc ſacramentū ad effectū excecationis:
quia nō credit in hoc qd̄ eſt lux increata et in
carnata. licet appareat ei preſens. tn̄ abſens
eſt. lumen ei abſcondens. ſicut ipemet criſtuſ
Joh. ix. ait. In iudiciū ego in hūc mundum
veni. vt ſcꝫ ꝑ hoc ſacramentū qui non vident
videant. et qui vidēt ceci fiant. Secūdus eſt
oculus eger qui ꝑcipit lumē q̄tuꝫ ad effectuꝫ
ꝑturbatōis. et hoc eſt cor maliuolū. qd̄ quidē
ꝑturbať in huius ſacramenti ꝑceptione. naꝫ
ſicut dicit apl's. j. Corꝫ. xj. Qui manducat ⁊ bi
bit indigne: iudiciū. i. damnationē ſibi man-
ducat ⁊ bibit: nō diiudicans corp⁹ dn̄i. i. non
diſcernēs illud ab alijs cibis. vn̄ ait Auguſt.
Contemptū nō vult ipe cibus ſicut nec man-
na faſtidium. Unde Job. xx. diciť. Panis ei
in ytero illius verteť in fel aſpidū intrinſec⁹.
Tercius eſt oculus ſanus. qui percipit lucez
ad effectū delectatōis. et hoc eſt cor fidele. qd̄
quidē hoc ſacramentum ſuſcipit ſacramenta
liter et ſpūaliter ad augmentū virtutis ⁊ gra
tie. Nam digne ſuſcipiens illud in anima dei
formať. hanc quidem deiformationē. et con-
uerſionē aliti ⁊ alentis ꝓphetauit Ozee. xiiij
dicens. Cōuertentes ſedentes in vmbra ei⁹ i
tritico. i. in dn̄ici corꝑis ſacramento: quod q̄-
dem ſacramentum vmbra denominať. quia
ſepe prebet dn̄s in ſecreto myſterio ſub acci-
dentiū velamie occultatus in quo ſedentib⁹ q̄
ſi ad mēſaꝫ ꝓponiť triticū celeſtis pāis: et ipi ci
bati ꝯuertunť in cibum: hoc eſt in xp̄um. Fit
aūt talis vnio ꝑ ſaporoſitatē amoris: dicente
Hugo. de ſancto victo. Scio inquit aīa mea:
quia dum aliquid diligis in eius ſilitudinem
tranſformaris.

## Quāta ſeueritas ſit dei cōtra tria genera hoīm indigne recipi entiū corpus xp̄i. Ca. iij.

Ercio apparet in hoc ſacramento
mirabiliter ſeuera dei iuſticia. q̄-
t tum ad ingratitudinē recipientis.
Qui em̄ fugit dexteram diuine be
nignitatis: incidit in ſiniſtrā diuine ſeuerita-
tis. Sed audi apl'm ad Heb. ij. dicentē. Hor-
rendū eſt em̄ incidere in manus dei viuentiſ
Tribus em̄ generibus hoīm deus in h̄ ſacra
mento mirabiliter eſt ſeuerus. Primo curio
ſis. ſcdō p̄ſumptuoſis. tercio malicioſis. Pri
mo em̄ eſt ſeuerus mirabiliter curioſis: qui-
bus vita vertiť in interitū. In cui⁹ myſteriuꝫ
Exod. ix. dn̄s ait ad Moyſen. Deſcende ⁊ cō
teſtare ppl'm. ne forte velint tranſcendere ter
minos ad videndum dn̄m. et ꝑeat ex eis mł-
titudo plurima. nempe curioſi ſunt qui trāſ-
gredi ſatagunt te minos fidei in inquiſitiōe
huius ſacramēti. Ideo vita gratie que con-
fertur in eo: vertiť eis in mortem. ſed de hoc
pleni⁹ diceť infra ſermone. lvij. articu. ij. c. j.
Secūdo xͦo mirabiliter eſt ſeuerus p̄ſumptu
oſis: quibus abſolutio vertitur in obligatio-
nē Proide. j. Corꝫ. xj. dr. Cōuenientib⁹ vobis i
vnū. i. i eccl'ia ad ſuſcipiēdū dn̄icū ſacřm. iaꝫ
nō eſt dn̄icam cenā mādicare ſcꝫ ſacramēta-
liť. qꝛ nō ē ibi māducatio ſpūalis ſine q̄ ſacra
mentalis nō ꝓdeſt. imo poti⁹ obeſt. Unuſq̄ſ-
q̄ em̄ p̄ſumit ſuā cenā ad māducādū. Et ſeq̄-
tur. Quicunq̄ manducauerit panē hunc vł
biberit calicem dn̄i indigne: reus erit corꝑis
⁊ ſanguinis dn̄i. Glo. Ac ſi xp̄m occideret pu
nieť. Hui⁹ nempe p̄ſumptōnis ꝑceſſit myſti-
ca figura. ij. Roma. vj. in Oza vbi dr. Exten



dit manū ſuā Oza ad archaꝫ dei. tenuitq̄ eā
q̄m calcitrabant boues et declinauerūt eam
Iratuſq̄ eſt dn̄s indignatōne dn̄s ꝯtra Ozā
et ꝑcuſſit eū ſuꝑ temeritate. q̄ mortu⁹ ē ibi iu-
xta archā dn̄i. Sic nēpe ꝯtingit his: q̄ preſu-
mūt in mortali culpa ſuſcipe h̄ venerabile ſa-
cramentū. Preterea apl's poſt p̄cedentia ver
ba ſubdit. Probet aūt ſeip̄m homo. i. a tanta
cōione examinet oēs anglos ꝯſcientie ſue ꝑ
diligentē ꝯſiderationē: et ſic d̄ pane illo edat
et de calice bibat. Ad literā aūt eſt notanduꝫ
ꝙ hec ꝯpoſitio de q̄ videť notare quandā ꝑti-
cionē nō debet referri ad corpus xp̄i. nec ad
ſanguinē eius. quia nō ꝑtes ſumunť. ſed to-
tuꝫ corpus et totus ſanguis xp̄i ſuſcipiť a ſu-
mente. Ideo referri habet ad ipas ſpecies q̄
ꝑtitiue ſumunť. Naꝫ ille ſpecies que ab vno
ſumunť et ab alio nō ſumuntur. et tamē ſub
vtriſq̄ eſt totus xp̄s. Et ſubdit apl's. Qui ei
māducat ⁊ bibit idigne: iudiciū ſibi māducat
⁊ bibit. i. manducādo et bibēdo acq̄rit iudici
um: nō diiudicans corpus dn̄i. Proinde de
con. di. ij. c. Qui ſcelerate. Iſidorus ait. Qui
ſcelerate viuūt in eccl'ia. et cōicare nō deſinūt
putātes ſe tali cōione mūdari: diſtāt nihil ad
emendationē ꝓficere. ſibi dicēte ꝓpheta Je-
re. xj. Quid eſt qd̄ dilectus meus fecit in do-
mo mea ſcelera mlta. nunq̄d carnes ſctē au-
ferēt a te malicias tuas. q. d. nō. ſ poti⁹ inqui
nabūt te. Et in. iiij. d. c. q̄ diſcordat. Aug⁹. ait
Qui diſcordat a xp̄o nō māducat carnē eius
nec eius ſanguinē bibit. ⁊ ſi tāte rei ſacramē-
tū ad iudicū ſue ꝑditōis q̄tidie accipit. Idem
diciť in ca. ſctā. ⁊ in ca. ſic iudas. Et in ca. q̄n-
dic. Pꝫ igiť ex dictis ꝙ indigne h̄ ſacramen
tū manducās peccat mortalr̄. et h̄ maxie pro
pter tria. Primo qꝛ ficte ⁊ ſiłate oſtendit ſe eē
xp̄i membꝝ: cū ſit fictus falſus et ſiłatus. Se
cūdo qꝛ irreuerentiā horridaꝫ atq̄ ꝯtemptū
cōmittit ꝯtra hoc ſacramentū. Tercio qꝛ ab-
utiť ſacramēto quod inſtitutū ē ad p̄ſtanduꝫ
ſpūalem refectionē viuis in gratia tantūmo
do ꝯſtitutis. Alexan. de hal. in. iiij. etiaꝫ inq̄t
ꝙ ꝓpter preſentiā ſaluatoris recordationē hu
mane redēptionis expſſionē diuine caritatꝭ.
remediū humane infirmitatis. que in hui⁹ ſa
cramenti ſumptōne ꝯcurrūt. non pōt ſumi a
peccatore ſine magna ingratitudine et contē
ptu: ideo taliter grauiť peccat. Tercio xͦo
eſt ſeuerus malicioſis: quibus emollitio ver
titur in obdurationē. Nempe hui⁹ ſacramē-
ti natura eſt indurare corda illorꝫ qui illud n̄
ſuſcipiūt. et illorꝫ q̄ illud male ſuſcipiūt. Prio
aūt ꝙ induret corda illorꝫ qui illud nō ſuſcipi
unt pꝫ. lxxxij. di. i. c. p̄ſbr circa mediū. Secū
do ꝙ induret corda illorū qui illud male ſuſci
piunt. pꝫ Nume. xiiij. Sap. vj. et Exod. xvj
vbi hoc myſtice figuratū eſt in manna. quod
ꝑp'o ſuo dn̄s pluit in deſerto. qd̄ ꝯdenſabať
et indurabať ad ignē. Ignis em̄ cum habeat
corruptiuū et mortificatiuuꝫ calorem ſignat
amorē libidinoſuꝫ ac male volūtatis deſide-
rium: cui celeſte māna. i. hoc ſacramentū ob-
durationeꝫ vertiť iudicio dei. Sol xͦo cuꝫ ha
beat calorē viuificum et ſaluificum diuinum
amorem deſignat. qui cū caleſit in corde reci-
pientis dn̄icum hoc ſacramentū: mens ꝑ de-
uotionem incaleſcit liqueſcit et reſoluiť atq̄
efficitur deiformis. Ex omnibus aūt in hoc
p̄ncipali articulo dictis palam pꝫ: ꝙ hoc ſacꝛ
mentū eſt miraculū miraculorum: ſacramen
tū ſacramentorum. et ſignū ſignorum. ineffa
biliter repreſentans dei potentiā et ei⁹ archa-
nam ſapientiam. atq̄ viſceroſam clementiaꝫ
oīm fideliū et deuotorꝫ mentium refectiuam

## Articul⁹ terci⁹ ꝙ ꝑ triplicē de lectationem hoc ſacramentū re format volūtatē humanam.

Ercio p̄ncipaliter hoc ſacramentū
t eſt delectabile ſcꝫ volūtati: qꝛ miſe
ricors et miſerator dn̄s eſcā dedit
timentibus ſe. Tripliciť em̄ eſt vo
luntati delectabile hoc ſacramentuꝫ et hmōi
eſca. Primo qꝛ liberat a malo. ſcdō qꝛ ꝓficit i
bono. tercio: qꝛ ꝑficit in optimo.

## Qꝛ d̄lectatio hui⁹ venerabiliſ ſimi ſacramēti liberat volūtatez ſumētis a triplici malo. Ca. j.

Rimo hec ſuauiſſima eſca qꝛ libe-
p rat a malo eſt volūtati delectabiľ.
et hoc tripliciť. Primo em̄ qꝛ libe-
rat a malo p̄terito ſcdō a malo pre
ſenti. tercio a malo futuro. Primo malum
p̄teritū purgat. vn̄ de con. di. ij. ante bn̄dictio
nē Ambroſi⁹ ait. Qui māducauerit h̄ corpuſ
fiet ei remiſſio pctōꝝ ſcꝫ venialiū: et etiā mor
taliū ſm glo. Joh. ad hoc facit etiā. c. cū omē
et. c. ſpecies. e. di. quod intelligiť de mortali-
bus oblitis ex inſufficientia humane fragili-
tatis ſm Scotū ⁊ Richardū. Ad predicta au
tem rō ſaluator noſter inſtituens hoc ſacra-
mentum poſt ꝯſecrationis formā ſubiunxit.
In remiſſionem peccatorum. Hoc aūt myſti-
ce figuratum fuit in ſacrificio panis. et in cra
ticula. Leuit. ij. Ubi diciť. ꝙ ſacerdos qui ob
tulerit eum. tollet memoriale de ſacrificio: et
adolebit ſuꝑ altare in odorem ſuauitatis do
mino. Nempe panis in craticula xp̄s i cruce

eſt. Memoriale ſacrificij: eſt in ſacramēto me
moria paſſionis xp̄i: altare fides: adolicio de
uotio. odor ſuauitatis grā ⁊ recōciliatōis. ac
pctōꝝ remiſſionis. Secūdo malū pñs eua
cuat. Fit aūt q̄tidiana ꝑditio in aīabus ex ar
dore fomitis ꝯcupiſcentialis: ſic̄ eſt q̄tidiana
deꝑditio in hūanis corꝑibus ex ardore natu
ralis caloris. Valet igiꝛ dñicū ſacramentum
ad reſtaurandū deꝑditū. vnde de con. di. ij.
c. iteratꝛ Paſchaſiꝰ ait. Quia em̄ q̄tidie pecca-
mus: ſaltē pctīs illis ſine q̄bus mortalis infir
mitas viuere nō pōt: q꞉ licet oīa pctā donata
ſunt in baptiſmo: infirmitas tñ pcti adhuc in
carne nr̄a remanet. vñ pš. Benedic aīa mea
dño. q̄ ꝓpiciatꝛ oībus iniq̄tatibus tuis: qui ſa
nat oēs iniq̄tates tuas. Et ideo q꞉ q̄tidie labi
mur. ideo xp̄s ꝓ nobis q̄tidie miſtice imolatꝛ
et paſſio xp̄i nobis in myſteriū traditꝛ: et q̄ ſelꝫ
moriēdo mortē vicerat: q̄tidie recidiua deli-
ctoꝝ ꝑ hec ſacramenta corꝑis xp̄i ⁊ ſanguiniſ
pctā relaxet. Unde oramꝰ dicentes. Dimitte
nobis debita nr̄a. q꞉ ſi dixerimꝰ peccatū non
habemꝰ ip̄i nos ſeducimus: et veritas in nobꝫ
nō eſt. h̄ ille. Idem etiā dicitꝛ ab Augꝰ. in ca.
vtrū. e. di. Propꝛ eandē q̄ꝫ cauſam panē no
ſtrū q̄tidianū da nobis hodie nos docuit cri
ſtus poſtulare Math. vj. Ad huiꝰ ſacramen-
ti ſuſceptionē hortatꝛ dñs Cañ. v. Aperi mihi
ſoror mea amica mea colūba mea imaculata
mea: q꞉ caput meū plenū rore eſt: ⁊ cincinni
mei guttis noctiū. Ait em̄. Aperi mihi. i. ſuſci
pe me deuote. q꞉ caput meū. i. diuinitas ple-
nū eſt rore vberi miſcd̄ia. ſcꝫ ad refrenanduꝫ
pctā. et cicini. i. hūaitas gutti noctiū. i. effuſio
ne ſanguis. Lacrimaꝝ ſudoruꝫ et paſſionuꝫ
ad reprimendū concupiſcētiā fomitis. Ter
cio vo a malo futuro mentē ꝑſeruat: h̄ quidē
myſtice figuratū fuerat Iudi. vij. in Gedeo-
nis viſione. in q̄ vidit q̄ ſub cinericiꝰ panis ſb
uertebat caſtra madian. Nempe madian cō
tradicētes interꝑtatꝛ. Per hunc em̄ carnalia
deſideria deſignantꝛ q̄ ſm̄ illud. j. Pe. ij. mili-
tant ꝯtra aīam. Caſtra igiꝛ madian. maloꝝ d
ſiderioꝝ prauitates ſūt: que ſubuertit ſubci-
nericiꝰ panis. i hoc ſacramentū qui panis eſt
vite. h̄ ſubcinericiꝰ ꝑ memoriā ſubcinericie hu
militatis paſſionis xp̄i. Natura ſiquidē rerū
ē q̄ nihil ꝯſuatꝛ ex ꝓpꝛiū locū. Nā et piſces ex
aquā putreſcūt: aqua extra flumē ſeu fonteꝫ
corrūpitꝛ. arbores atq̄ꝫ herbe extra terrā are-
ſcunt: et ſic de ſingulis. h̄ cū locus aīe ſit ꝓpe
ipſe deus. ptꝫ q̄ in ſolo deo quieſcit ⁊ ꝯſerua
tur. Sicut econtra de pctōre Eſa. lvij. dr̄ Cor
impij quaſi mare feruēs quod quieſcere nō
poteſt. Sed in ſacramento eucariſtie deus
vniq̄ꝫ eſt: ꝓpterea merito digne ſumētes illō
ab eo ꝯſeruantꝛ et ꝑſeuerant.

## In triplici virtute thelogica huius ſacramenti delectatio ꝑfi cere facit. Capitulū. ij.

S Ecūdo hec ſuauiſſima eſca eſt dele
ctabilis voluntati: quia ꝑficit ī bo-
no. nā ꝑ eā fidei meritū augetꝛ. ſpei
fiducia ſubleuatꝛ et caritatis deuo-
tio inflāmatꝛ. Fides. Primo em̄ ꝑ h̄ ſacra-
mentū fidei meritū augmentatꝛ: dū ſcꝫ credit
q̄ humana rō nullatenꝰ capit. ideo ſicut ſuꝑ
dictū eſt velatū datꝛ ſub accidentibꝰ. ideo Gre
goriꝰ ait. Fides nō habet meritū. cui rō hūa-
na p̄bet expimentū. Inſuꝑ. xxiiij. q. j. ca. non
turbatꝛ Ambroſiꝰ ait Licet humana mens ne
queat plene rōnis inueſtigatōe cōprehende-
re: fidei tñ plenitudo cōplectꝛ. Fides em̄ ī h̄
ſacramēto ip̄os ſenſus et ſenſibilia vincit cla
mat aſſerit ⁊ oñdit viſus in h̄ ſacro ſolū eē pa
nē materialē. Siłr ad ipꝫ clamāt aſſeꝛt et oſtē
dūt oīa accidentia viſibilia: qd̄ facit tactus et
tangibilia. Idē auditus et audibilia: guſtus
et guſtibilia: olfactus et olfactibilia: h̄ aūt oīa
tam ſenſus ſcꝫ q̄ꝫ ſenſibilia luīa ſunt intellectꝰ
noſtri: quibus in mūdo iſto ſenſibili et vide-
re et illuīari habet. naturaliter aūt fidei lumē
oīa lumina intantū obfuſcat atq̄ꝫ obtenebrat
q̄ ſola virtus ſacramēti pura et integra ſit in
corde credentis. ita vt nihil falſitatis aut im-
pietatis in illud ingerere ſeu impingere poſ-
ſet. Spes. Secūdo ꝑ h̄ ſacramentū ſpei fi-
ducia ſubleuatꝛ. dū em̄ p̄ſbr deo pr̄i offert il-
lū qui in cruce ꝓ nobis oblatuſ eſt: nullo mō
diffidere habet homo de aliquo non exaudi
ri ab eo. vnde cum pš. poteſt dicere. Domie
deus virtutū exaudi orationem meam. auri
bus percipe deus iacob. Protector noſter aſ
pice deus: et reſpice in faciē xp̄i tui. Chari
tas. Tercio vo per hoc ſacramentū caritatis
deuotio inflāmatꝛ. Sicut em̄ ad ignis preſen-
tiam fugatur frigus: ſic etiaꝫ ī anima digne ⁊
ſpiritualiter p̄parata ad preſentiam corporiſ
criſti expellitur torpor mentis. cōtemplando
et mentis oculis conſpiciendo dñm ſuū ī car
ne pro ſua dilectōne tam aſpera inſuꝑ et etiā
mortē ſuſtinuiſſe. Proinde de con. di. ij. caꝑ.
iteratꝛ Augꝰ. ait ī fine. Semꝑ ſcꝫ in hoc ſacra-
mento mors chriſti ꝓ vita ſeculi eſt poſteris
nuncianda. vt diſcāt qua caritate dilexit ſu-
os qui pro eis mori dignatus eſt cui omnes
vicem debemus rependere caritati. quia ad



hoc nos prior dilexit cum eſſemus gehenne
filij. vt diligeremus eū a morte iam liberati.

## Nota q̄ tripliciter acquiritur memoria criſti paſſi ꝓ nobis

Q Ui velit igiꝛ ꝑ hoc ſacramentū in-
flāmari. ſm̄ Bonauēt. in. iiij. di.
xij. neceſſe habet ad ipſum ꝯuerti
⁊ dirigi tanq̄ꝫ ad memoriale dñice
paſſionis. Tripliciter em̄ acquirimꝰ memori
am xp̄i paſſi. Primo in ſcripto. ſecūdo in ver
bo. tercio in ſacramento. Primo quidem in
ſcripto. vt qñ xp̄i paſſio calamo conſcribitꝛ: et
hoc eſt memoriale quaſi mortuum. et habet
ferri ad viſum que apprehendit magis a lon-
ginquo. Secundo in verbo vtpote cum ali-
quis verbotenus narrat xp̄i paſſionem. et il
lud ꝑtim eſt viuū et partim eſt mortuum. Ui
uū in corde bonoꝝ p̄dicatorum: ⁊ mortuum
in corde tepidoꝝ atq̄ꝫ maloꝝ. vel viuū in cor
de et cogitatōne: nō viuum in voce. et hoc eſt
audientium. Auditus aūt non ita bene app̄
hendit de longinquo. Tercio in ſacramēto ē
memoriale cum ip̄m corpus xp̄i ſignatur et
ꝯtinetur ī ſpecie panis et ſanguis ſub ſpecie
vini. et hoc eſt memoriale viuū: q꞉ ip̄e criſtus
ibi ſeip̄m prebet offerens nobis illud ſuū cor
pus quod ꝓ nobis occiſum fuit: et ſanguinē
qui ꝓ nobis fuit effuſus in crucis ara. et hoc
quidem ad guſtum eſt qui de ꝓpinquo app̄
hendit. vt iam non quaſi ſpeculatione: ſed q̄
dam experientia paſſionis eius memores ſu
mus. Si igiꝛ accendit affectum noſtrum. paſ
ſio deſcripta et amplius frequenter predica-
ta: multomagis inflāmare et afficere debet
in h̄ ſacramento expreſſa et hoc abſq̄ꝫ dubita
tione facit ſi quis ſenſum hunc et illum ꝯuer
ti ad hoc ſacramentū. Ille igiꝛ eſt qui ex hoc
ſacramento efficaciam reportat. qui ſe cōuer
tit. Ille ſiquidem miſſam audit nō qui tantū
verba dicit et audit ſine deuotione. ſed q̄
ad hoc memoriale totam mentis intentionē
ꝯuertit. h̄ ille. Idem etiam dicit q̄ caro xp̄i ē
ſicut carbo ignitus. ſed carbonis igniti eſt ex
pellere frigus et incendere caloreꝫ. ergo hoc
ſacramentum reprimit motus frigidos cul-
pe. et incendit motus viuos gratie: ergo de-
let et auget. Quomodo aūt per hoc ſacramē
tum augeantꝛ virtutes. Eſt igiꝛ ad hoc notā-
dum ſm̄ Alexan. in quarto q̄ ex hoc ſacramē
to augentur virtutes: nec ex hoc ſequitur q̄
contingat peruenire ad ſummū gradum vir
tutis in via ex frequenti huiꝰ ſacramenti ſū-
ptiōe. licet ex eo virtutes augeantꝛ. quia hoc
ſacramentū datur in robur in medicinā et in
remedium: magis fit hec augmentatio ad ro
bur ne ſuccumbat temptatione aduerſitatis
et in remediū ne ſuccumbat tēptatōe volup
ptatis. et in medicinā q̄ꝫtum ad curationem
venialiū potius q̄ꝫ q̄ꝫtum ad augmentum et
creſcentiam virtutum. Unde q̄ꝫtum ad tria
augentur virtutes hoc ſanctiſſimo ſacramē-
to. Primo q̄ꝫtum ad roborandum ꝯtra tem-
ptationes aduerſitatis. vnde dicitur. Panis
cofirmat cor hominis. Secundo q̄ꝫtum ad ef
ficaciam efficiendi animam ſobriam contra ī
centiua voluptati. vnde gloſa ſuꝑ illō Mar.
xiiij. Accepit ieſus panem inquit. Ebrietas
felix. ſalutaris ſacietaſ. que q̄ꝫto copioſius ſu
mitꝛ. tanto ſobrietatem mentibus donare di-
gnetur. Tercio q̄ꝫtum ad curationem venia
lium. Unde Gregoriꝰ in omelia paſchali. de-
dit nobis hoc ſacramentum ſalutis. vt q꞉ noſ
quotidie peccamus et anima iam non mori
poteſt per iſtud ſacramentum remiſſionem
peccatorum conſequamur. h̄ ille.

## De triplici fructu ꝑfecto queꝫ conſequuntur digne ſuſcipientes. Ca. iij.

T Ercio hec ſanctiſſima eſca eſt dele
ctabilis voluntati: quia perficit in
optimo. Tres em̄ optimi fructus
ex digna frequentatione huius ſacramenti
in anima generantur. Primus eſt illumina-
tio rationalis. ſecundus eſt corroboratio ira
ſcibilis. tercius eſt delectatio ꝯcupiſcabilis.
Unde Innocentius de officio miſſe in par-
te tercia. c. vlt. ait. Per huiꝰ ſacramenti virtu
tem vniuerſe virtutes augentꝛ. et omniū vir
tutū fructus exuberat. Primꝰ in q̄ꝫ fructuſ
illuminatio dei dr̄: q꞉ ꝑ illud humanus intel
lectus illuminatur. ideo ad hanc ſacram cō-
mūnionē hortabatur ꝓpheta dicēs. pš. xxx
iij. Accedite ad eum et illuminamini. et faci-
es veſtre non confundentꝛ. Huius illumina
tionis myſtica figura preceſſit in Ionatha fi-
lio ſaul. Qui vt dicitꝛ. j. Reg. ix. Extendens
ſūmitatem virgule quam habebat in manu
intinxit in fauū mellis. et conuertens manū
ſuam ad os ſuum illuminati ſunt oculi eius.
In miniſterium quod ex frequenti ſumptio
ne deuota huius ſacramenti perficiuntꝛ mē-
tales oculi in lumine veritatis. Sicut Ioh. j.
dicitur. Gratia et veritas. id eſt gratioſuꝫ ve
ritatis lumen: et lucida lux per Ieſum xp̄uꝫ
ſcꝫ in hoc ſacramento facta eſt. vt dicitꝛ Eccli.
xv. Cibauit illum pane vite et intellectus ⁊c.

Secūdus vero fructus eſt corroboratio. q2 p il lud ſacramentū iraſcibilis corroborat. Hic ſi quidem ille panis eſt de q̄ pp̄heta ait. Panis cōfirmet cor hoīs Proinde Cañ. vij dr. Manc ſur gamus ad vineas. videam9 ſi floruit vinea. ſi flores fruct9 pturiūt. Glō. Non eſt intuendū ſi vinea floret ſ ſi flores ad ptū cōualeſcūt: q2 ſi nō eſt mirū ſi q̄s inchoat. ſ valde mirabile eſt ſi in intentōne bona et ope bono perſeuerat Hui9 fruct9 figura myſtica pceſſit. iij. Reg. xix in Helya. de q̄ dicit ibidē q cū ſub vmbra Juniperi obdormiſſet: angel9 dñi tetigit illum et dixit illi. Surge ꝛ comede. Reſpexit helyas, ꝛ ecce ad capud ſuū ſubcinerici9 panis ꝛ vas aque. Comedit igit et bibit: et ambulauit in fortitudine cibi illius. xl. diebus ꝛ. xl. noctibus vſqꝫ ad montem dei Oreb. Sub vmbra quidē Juniperi dormit: q̄ in fide dñice paſſionis requieſcit. Hic aūt angelico patrocinio excitatus ad deuotā ſumptionē hui9 ſacmenti illud comedit: et augmentū grē bibit. vnde firmiter pſeuerās ambulat. xl. diebus et. xl. noctibus. per uirtuoſa itinera in proſperis et in aduerſis: vſqꝫ ad montē dei oreb. i. vſqꝫ ad glīam dei ſempiternā. Et q2 hoc ſacramētū mentē roborat ad virtuoſa opa exercēda. Judic. xiiij. ppter. Per fauū mellis q̄ de ore leonis eſt egreſſus extitit figuratū. Terci9 fructus delectatio ſeu inflāmatio dictus eſt quia volūtas ſeu i cōcupiſcibilis inflāmat et inebriatur ex deuota ſumptione hui9 ſacramēti. vn̄ myſtice figurat ſm Damaſc. p carbonē q̄ tacta ſunt labia Eſaie pp̄hete a ſeraphin: q2 ſeraphico myſterio incendunt. per hoc ſacramentū duo labia mētalis affectionis. vnum ſupius ad xp̄i diuinitatē aliud inferius ad criſti humanitatē. Et de hac duplici affectōe mētali acquirenda in h ſacramēto Gen. xlix prophetauit Jacob dicens. Aſer pinguis panis eius et pbebit delitias regib9. In q̄ quidē pphetia pphetando tria de hoc ſacramento p nūciat: Primo a q̄ det. ſcdo quid dat. tercio quibus dat Primo a quo det qui eſt Aſer qui interpretat atriū vel diuitie vl' beatitudo Aſer em̄ ſignat xp̄m. qui vel atrium patēs eſt in large ſe donando tā bonis q̄ malis licet nō eodē ieffectu. diuitie et his qui illuz ſuſcipiūt cum profectu. Beatitudo. i. arta felicitatis eterne eſt his qui cum deuotōe pfecta ſuſcipiunt eum. Secundo pnunciat q̄d det vnde ſubdit. Pinguis eſt panis eius. Quid em̄ p pinguedinē niſi deuotionis dulcedo exprimitur hanc dulcedinē ſeu pinguedinē h ſacramentum mentibus feruentibus preſtat. Sicut in perſona talium pſ. ait. xij. Impinguaſti in oleo ſcꝫ ardētis deuotionis caput meum et mentem meā: et calix meus. i. qui p cōdignaz prepatōeꝫ factus eſt meus. q̄ pclarus eſt: id eſt delectabilis intellectui atqꝫ affectui. ſcꝫ dū in vtraqꝫ xp̄i natura intelligendo expimentaliter guſto dulcedinem diuine benignitatis. Hanc quideꝫ guſtauerat qui ait. Q̄ magna mltitudo dulcedinis tue dñe. quā abſcondiſti ſcꝫ ſub accidentibus in h ſacramento timētibus te. Et iterū futura pnunciat dum pteritia narrat dicēs. Panem angeloꝝ manducauit homo: cibaria miſit eis inhabūdātia. Inſup Sap. xvj. dicit. Angelorū eſca nutriuiſti pplm tuū: et patum panem de celo preſtitiſti eis ſine labore omē delectamentū in ſe habētem. et omīs ſaporis ſuauitatē. Ideo merito figurabat p illud myſticū māna qd Exo. xvj. Pluit dñs patribus in deſerto. quod ois ſaporis pferebat ſuauitatē. Tercio pnunciauit Jacob q̄bus dat ad ſūme pfectam delectationē habendam. Ideo ſubdit. Et prebebit delicias regibus. rex em̄ in regno anime eſt amoroſus affectus qui deum diligit toto corde. i. ſup oia ſibi exteriora. tota aīa. i. ſup oia interiora h eſt ſup. corp9 ſuū. et tota mente. i. ſup omnia ſupiora. hoc eſt ſup ipam aiaꝫ Hi ſunt quibus dñs ait Luc. vij. Regnū dei intra vos eſt. hmōi regibus in talibus ignis prebet delitias hoc ſanctiſſimū ſacramentuꝫ ſicut p expientiam hmōi regalibus mentib9 patet qui id ſapiūt ad rem nō tm̄ ad voceꝫ. propter hec omnia. q2 ſcꝫ hoc venerabile ſacramentum eſt impinguatiuū dilectōis Luc. xv figuratum fuit p vitulum ſaginatū. Aduertēdum eſt tamen ſm Alexand. de halis q h ſacramentū non ſemp habet efficatias ſupradictas in iſtis. nam quandoqꝫ iuſtus accedit ad hoc ſacramentum ita tepide et indeuote atqꝫ ſine debita reuerentia et timore. et cuꝫ tanta animi diſtractione q nullum cōmodū ab eo reportat licet nō incurrat mortalem culpam cōmunicando requiritur igit q iuſtus ad h q ſacramentum in eo efficatiaꝫ habeat. ita q ex eo cōmodum reportet. q ſe pparet conſiderando ad quid accedit. vt cum deuotione et reuerentia accedat. vnde Gloſa ſuper illud. j Corint. xj. Non diiudicans corpus domini. Per hoc em̄ q dicit deuote et cum timore accedendum eſt ad cōmunionem. quia dominus eſt cuius caro ſumitur: vt gratias videamur reddere redemptori. vt igitur non impediatur efficatia huius ſacramenti. debet accedens cibum iſtum ab aliis diſcernere actu fidei. deinde ſeipſum purgare et examinare deinde cum deuotione et reuerentia illud aſ



ſumere hec ille.

## Efficaciſſimum argumentum dominici ſacramenti.

E x omnibus ſupradictis in preſenti ſermone clareſcere poteſt fideliſſimū et efficaciſſimum argumentuꝫ q ſcꝫ hoc venerabile ſacramentuꝫ ſit ſanctiſſimū corpus chriſti atqꝫ veriſſimum. Nam impoſſibile eſt q ex ſumme falſo et ex ſumme impoſſibili virtualiter ſimul ꝛ experimentaliter trahi poſſet profundiſſima fundatio et ſanctiſſimi celebratio diuini cult9. et ſumma excitatio fidei. ac ſumma captiuatio ac ſubiugatio intellectus noſtri ad ſupernale lumen inacceſſibile ipius dei. nec nō et ſumma excitatio et inflammatio: dulcoratio. refectio atqꝫ diuini amoris inebriatio. ſed ab initio chriſti vſqꝫ ad tempora noſtra ineffabili atqꝫ vniuerſali experimento probatum eſt: ac continuo experimento probatur ex h ſacramentali opere predicta ſubſequi et elici in eccleſia dei: ergo impoſſibile eſt quin in ipſo ſit ſumma virtuoſiſſima atqꝫ diuiniſſima virtus et veritas imenſa hoc quidem ſic argumento argumentorum certiſſimum ſenſuuꝫ luminum et guſtuum huius ineffabilis maieſtatis virtutis et veritatis. que certo experimento continet in ſeipſa. ppter quod mens ipſa poſſidens ſeu potius ab ipſa poſſeſſa nō poteſt de hac veritate aliqualiter dubitare vl' heſitare Vidiſti igit ꝛ audiſti quomodo hoc ſanctiſſimū ſacramentuꝫ corporis chriſti eſt reformatiuum memorie noſtre. quia eſt memoriale et etiam teſtamentuꝫ amoris. Eſt etiam reformatiuum intelligentie. quia eſt admirabile in velamentū ſtuporis. Eſt et reformatiuum voluntatis. quia eſt delectabile in alimentū dulcoris Quam reformationeꝫ per hoc ſacroſanctiſſimū ſacramentum pficiat in nobis miſerabilibus peccatoribus ipſe amoroſus Iheſus qui panis eſt vite reformator anime et largitor glorie ſempiterne. Qui cuꝫ patre et ſancto ſpiritu non accidentibus obuelatus pariterqꝫ vel obumbratus ſed in omnibus ſuperglorioſus facie ad faciem reuelatus viuit et regnat glorioſus triumphator per cuncta ſeculorum ſecula. Amen.

¶ In cena domini infra dieꝫ de triplici varia ſumptione. qua taꝫ mali q̄ boni aſſumunt corpus chriſti. Sermo. lv.

## Niſi manduca-

um p̄moꝝ operum que ſunt mūdi fundamē-
ta ⁊ triū ſequētiū complemēta tria prima
cadunt ſub voto: tria vero ſequētia ſub deſi-
derio. In hui⁹ q̄dē rei teſtimoniū btūs pau
peꝝ pr̄iarcha franciſcuſ in p̄ncipio regle ſue
tria prima ꝓponit vt vouenda tanq̄ꝫ funda
menta dicens. Regula ⁊ vita fratrū minoꝝ
hec eſt. ſ. dñi noſtri ieſu chriſti ſanctū euan-
gelium obſeruare: viuēdo in obediētia. ſine
ꝓprio. ⁊ in caſtitate. Alia vero tria poſtmodū
deſiderāda cōmēdat tanq̄ꝫ cōplemēta dicēs
Attendant fratres q̄ ſuꝑ oīa deſiderare de-
bent habere ſpm̄ dñi: ⁊ ſanctam eius opa-
tionem. orare ſemper ad deum puro corde.
et habere humilitatē ⁊ patientiā in ꝑſecutio
ne. ⁊ infirmitate. ⁊ diligere qui vos ꝑſequū-
tur. reprehēdūt ⁊ arguūt. Ubi certe illa tria
tangit. Nam p̄mittit ſurſum actionē in deū
Subiungit vltimo ꝯdeſcenſionē ad ꝓximū
Et interponit in medio tolerantiā aduerſo-
rum. Igitur in tribus primis vir ꝑfect⁹ cru-

ciſigitur mũdo. Tribus võ ſequentib⁹ ↄfoꝛmis efficiť deo: vt quaſi ſex alis ſeraphici a mũdialib⁹ eleuetur: ⁊ in diuina ferať. Proinde huic paupculo ſancto frãciſco qui pfectionem euãgelij pfecte ſeruauit ⁊ docuit in apparitione ſeraphica ſtigmata ſua tanq̃ ſigillum approbatiſſimũ ieſus impſſit: vt ↄtra finaliũ tempoꝝ piculoſam caliginẽ manifeſtum nobis in via pfectiõis oſtẽderet ſignũ quo reduceremur in chꝛiſtũ pfecte virtutis exemplar ⁊ finem. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto bñdictus laudabilis ⁊ ſempiťnaliter glorioſus. ⁊ glorificãdus. viuit ⁊ regnat cũcta p ſuo libito gubnãdo p infinita ſecu. ſe.

## Feria. iiij. poſt dñicam reſurrectionis de ſitibus ⁊ deſiderijſ animarũ tam bonis q̃ʒ malis. ⁊ de mrĩmonio ⁊ fornicatiõe ſpirituali. Sermo. lxj.

Ittite in dexteram nauigij rhete ⁊ inuenietis. Jo. xxj. et in euãgel. ho. Scõʒ nempe myſticũ intellectũ nauigiũ eſt anima pegrina in mari hui⁹ ſeculi pcelloſo. cui ad ſiniſtrã a dño ↄſtituta ſunt coꝛpalia ⁊ tpalia bona. ad dexterã võ ſpũalia ⁊ eterna. De q̃bus diciť Cant. ij. dicit aia ſpõſa chꝛiſti. Leua eius ſub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabiť me. Per leuam pſperitas vite preſentis ſignatur. Unde Prouerb. viij. ſalomon ait. In ſiniſtra illius diuitie ⁊ gloria: q̃ tamen oĩno trãſitoꝛia ſunt ⁊ occidua. Proinde occidentaliſ ps mũdi in myſteriũ ſiniſtra illius denoiať. Et p caput ipſa mens ſignificatur: eo q interioꝛis hoĩs ſit pars ſupꝛema. Sub hoc capite tunc eſt leua dei: cum ipſa menſ eternoꝝ amoꝛe oĩa tpalia ſpernit ſicut pphcta ait. Oia ſubiecĩſti ſub pedib⁹ eius. Per dexterã pfecto (in qua viget ſenſus et virtus) ſpũalia ⁊ eterna myſtice deſignanť: que maxime comphendunť in charitate. q̃ hic incipiens pficiť in gloꝛia ſempiťna. Unde aplʒ ait. j. Coꝛ. xiij. Charitas nunq̃ʒ excidit. Unde etiam pphetа ad dñm ait. Delectatiões in dextera tua vſq; in finẽ. Et iterũ alibi idem ait. Illuc manus tua deducet me et tenebit me dextera tua. De hac deniq; dextera aia ait dicens. Et dextera illiuſ amplexabitur me. Non eni dicit amplexať. ſed amplexabiť. Naʒ in pſenti vita talia ſpũalia bona modicũ pguſtanť. ſed in futura vita dextera ſua amplexabiť animã iam beatã eaʒ in ſeipſo gloꝛificãdo. Rhete ſiquidem hũanum deſideriũ eſt quo libere piſcari poſſumus in tpalibus ⁊ eternis. Conſulit igitur nobis dñs piſcari in ſpũalib⁹ ⁊ eternis que maxime ↄſiſtunt in charitate: ideo in verbo pꝓpoſito ait. Mittite in dexterã nauigij rhete: ⁊ inuenietis. ſ. p̃dicta bona. Ut ergo piſcari fructuoſe valeamus triplex deſideriũ quaſi triplex rhete diſtinguam⁹ ad preſens. Primũ eſt deſideriũ naturale. ſcõm eſt deſiderium virtuale. tertiũ eſt deſideriũ criminaleſque oĩa a dño cognoſcũť. Unde pphcta in. xxxij. pš. ait. Dñe ante te oẽ deſiderium meũ. ſ. p̃dictũ. Quod põt eſſe aliud thema ĩ materia occurrẽti. Uel dici poteſt q hoc triplex deſideriũ ſit triplex ſitis de qua Jo. vij dicit dñs. Si quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Quod poteſt eſſe aliud thema pro feria. iij. poſt dñicam de paſſione. Uel eſt triplex eſuries. Lu. j. Eſurientes impleuit bonis.

### Articulus primus de triplici deſiderio humane nature.

Rimũ deſideriũ eſt naturale. Et hoc triplicit ↄſiderare valemus. Primo ſm q eſt in natura incoꝛrupta. Scõo ſm q eſt in natura coꝛrupta. Tertio ſm q eſt in natura libera.

### De triplici deſiderio eternorum quod habet natura humana cum non eſt coꝛrupta. Ca. j.

Rimo ↄſiderem⁹ deſideriũ ſm q eſt in natura incoꝛrupta. Ad cuius intelligentiã notanduʒ eſt. q cum deus ſit termin⁹ ⁊ vltimus finis oĩum motionũ aĩe rõnalis: ſitq; deſideriũ eius cumulatiſſima plenitudo. ac oĩum laboꝝ eius pax exupans oẽm ſenſum. Hic eſt q aĩa iam beata amoꝛe caſtiſſimo tribus potentijs ſuis in deum trinũ ⁊ vnũ p gloꝛiã ↄtinue ferť ⁊ trãſfoꝛmať: ⁊ h̃ q̃ ad tres aĩe vires. Primo q̃ ad vim rõnalem. ſcõo quo ad vim ↄcupiſcibilẽ: tertio q̃ ad vim iraſcibileʒ.

Primo inq̃ʒ q̃ ad vim rõnalem. Habʒ eni virtus intellectiua ſeu rõnalis q̃ñcũq; ẽ a tenebris ⁊ a coꝛruptiõe remota caſtiſſimo amore ⁊ imaculatiſſimo deſiderio ipſi ꝑme atq; lumioſe veritati adherere. ⁊ in ipſa p gloꝛiã trãſfoꝛmabilit ferri vt ex ipſa luceat. ⁊ ab ipſa illumineť. vt in ipſa quieſcat: ⁊ ex ipſa ſatietur. btĩficeť. ſimul ⁊ gloꝛificeť. Qõ ⁊ btũs Job. in. j. cano. ſua. c. iij. breui ſermõe inſinuare conatus eſt dicen. Uidebim⁹ eum ſicuti eſt. Job quoq; xxxvij. ad idem myſtice ait. Frumentũ. id eſt. intelligẽtia cuiuſcũq; beati deſiderat nubes. id eſt. altas ⁊ dinas illumiationes. Et nubes ſpergunt lumẽ ſuum: que luſtrant cuncta p circuitum. i. quoſcunq; beatos quocũq; eas voluntas gubernantis duxerit ad omne qõ precepit illis.

Scõo fertur ⁊ tranſfoꝛmať quo ad vim ↄcupiſcibilem. Uis eni noſtra ↄcupiſcibilis ſuperioꝛ atq; nobilis codeʒ modo ſe habet ad redũdantiſſimã pꝛimitiuã ⁊ vniuerſalẽ ſuauitatis bonitatẽ. vt in ipſa ⁊ ex ipſa delecteť et ſatietur: ſicut de ſe pphcta ait. Satiaboꝛ cum apparuerit gloꝛia tua. Et iterũ ad beatam animã ait. Replet in bonis. ſ. eternis deſideriũ tuũ. Tertio quoq; fertur ⁊ trãſfoꝛmať quo ad vim iraſcibilẽ. Que eodem modo ſe habet ad ſupeminẽtiſſime altitudinis dñantiſſimã maieſtatẽ. vt in ipſa pficiať gloꝛificeť. ⁊ ↄſummata trãquillitate q̃eſcat: ſicut etiam pphcta de ſe ſperabat cum dicis In pace in idipſum doꝛmiam ⁊ requieſcaʒ. Hec eni eſt cauſa ꝓpter quã tres vires ſupeioꝛes atq; nobiles oĩ anime rõnali a dño date ſunt vt. ſ. pfecte beatitudĩs ſint capaceſ que in tribus p̃dictis ↄſiſtit. ⁊ vt tam ſublimi ⁊ nobili ſponſo ↄgruerẽt: cui nullaten⁹ ↄuenirẽt vt ſic dicã ↄuenientia maritali ſeu ↄiugali. niſi tota pfectiõe amplexuũ eidem ↄiũgibiles ⁊ compabiles eſſent. Nec quippe btĩſſima hec copula pfecta eſſet. nec tam nobili mrĩmonio ↄueniẽs foꝛet. ſi vel vn⁹ triũ iſtoꝝ amplexuũ eideʒ deeſſet. Si eni lumioſitatem ꝑmitiuã immediatã ⁊ vltima ↄiunctione amplecti vis rõnalis apprehẽſiua nequaq̃ʒ poſſʒ aut ſupioꝛ vis ↄcupiſcibilis fontalem bonitatẽ hauſtu incoarrabili pticipare neq̃ret: ſeu vis iraſcibilis ſupeminẽtiſſimam altitudinẽ ptingere non valeret: anima rõnalis hmõi ſponſo pfecte ↄiungibilis nequaq̃ʒ foꝛet. quare nec pfecte btĩficabilis ex copľa ei⁹ nec eẽt ſpõſa ↄueniẽs aut nubiľ tali ſponſo. ſ. ſummo deo. Uis pfecto iraſcibilis ſummã pfectionẽ ⁊ vltimatã ſeũ vltimitatẽ exaltatiõis libtatis ⁊ paciſ copuleq; ſue beatitudinẽ cumulatiſſimã eternalem ipſaʒ vltimã ſubiectionẽ habet. ⁊ ex modis omnibus pfectam ſeruitutem ad vltime ſupeminentie dñantiſſimã maieſtatẽ. Tunc enim in ſupꝛemo culmine exaltationis libtatiſq; in trãquilliſſima pace erit. tuncq; eiuſdẽ amplexibus erit btĩſſime copule ſociata: cũ eidem fuerit vltimate ac ſeruitutis totalitate ſubiecta. Nihil eni aliud eſt exaltatio noſtra veraq; libertas ad eum: q̃ʒ ad eum vera ſubiectio veraq; ſeruit⁹: hec eſt vniũſalis ⁊ pura ſupeminẽtiſſime maieſtati dñatio triumphalis. Unde Apoc. iiij. de beatis myſtice diciť. Et cum darent illa q̃ttuoꝛ aialia gloꝛiam ⁊ honoꝛem ⁊ benedictioneʒ ſedenti ſup thꝛonũ viuenti in ſecula ſeculoꝝ pcidebant viginti q̃ttuoꝛ ſenioꝛes ante ſedentẽ in thꝛono. ⁊ adoꝛabãt viuentẽ in in ſecula ſeculoꝝ: et mittebant coꝛonas ſuaſ ante thꝛonũ dicẽtes. Dignus es dñe deus accipe gloꝛiã ⁊ honoꝛem ⁊ virtutem. Sic igitur he tres anime vires a deo condite ſunt: vt in eterna felicitate cum ſupeminẽtiſſima trinitate ↄſũmato mrĩmonio copuleť. Sic a deo create ſũt: vt dũ pegrinanť in via ad ſup̃dicta q̃dam naturali deſiderio inardeſcant. ſ. in pꝛimam et ſummam veritatẽ quo ad rõnalem: in ꝑmã et ſummã bonitatẽ quo ad ↄcupiſcibilẽ: ⁊ in pꝛimã ⁊ ſummã maieſtatẽ: quo ad iraſcibilem. Adiuuať autem ⁊ pficiť in p̃ſenti pꝛimũ per fidem. ſcõm per charitatẽ: tertiũ p ſpem. Ex his tribus deſiderijs inflãmatus erat ppheta cum ait. Quẽadmodũ deſiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad te deus. Sitiuit aia mea ad deũ fontem viuũ: q̃ñ veniã ⁊ apparebo ante faciem dei mei. Et iterꝝ Prouẽ. xj. Salomon ait. Deſideriũ iuſtoꝝ omne bonũ. Qõ q̃dẽ eſt de⁹

### De triplici coꝛruptela trium virium anime: cum eſt ĩ hac carne coꝛrupta. Capitulum. ij.

Ecundo ↄſiderem⁹ humanũ deſideriũ ſm q eſt in natura coꝛrupta cum qua naſcimur. Et in omnibus aĩe viribus repimus impiam coꝛruptelã. Primo in rõnali. ſcõo in ↄcupiſcibili: tertio in iraſcibili. Primo quidẽ repimus coꝛruptelã in vi ⁊ potentia rõnali. Habitam⁹ quippe in tenebꝛis ⁊ ĩ vmbꝛa moꝛtis. He tenebꝛe in quibus ſum⁹. ſummi ↄditoꝛis veſtigia ſubſecuti creaturas oculis noſtris cecutientib⁹ videre faciunt dei veritatẽ quẽadmodũ ⁊ denocte p modicũ veſtigiuʒ et per tenue vmbꝛa alicuius rei videť oculiſ coꝛpalibus. ⁊ maxime cecutientib⁹ ipſa res. Immo qõ mirabili⁹ eſt q̃ñq; aliquis frutex vel nem⁹ exercitus apparet. ſic ⁊ errone⁹ intellectus non perpendit q loco ſumme veritatis amplexať deſiderio vmbꝛam vanitatiſ ſicut ſunt tpalia bona. Unde Sap. viij. Similitudinẽ ſcientie deſiderat quis: que. ſ. ſi

eſt ſcientia vera ſed vanitas falſa. Unde ꝓpheta in ꝑſona dñi ait de talibꝰ. Dimiſi eos ſm deſideria cordis eoꝝ: ibuut in adinuentionibus ſuis. que inuentiões peccata ſunt: cũ a ſeipſo aliud homo inuenire non poſſꝫ. Et alibi idem inquit. Filij hoium vſqꝫ q̃ graui corde: vt quid diligitis vanitatẽ ⁊ queritis mendaciũ. Hec corruptela ab ipſo exordio mundi corrupit primũ fratricidã cayn. De quo Joſephus ait. Q2 cũ eſſet maligniſſimꝰ auaricie ſue ꝯſulens. terram prius coluit ciuitatẽ prior edificauit. ⁊ rapinis ⁊ violentia ꝯgregans opes ſuas. ad latrocinia inuitabat. et ſimplicitatẽ vite hoium adinuentione menſurarum ⁊ ponderũ ꝑmutauit. ⁊ ad calliditatẽ et corruptionẽ ꝑduxit. Scđo quoqꝫ inuenimus corruptelã in vi ⁊ potentia ꝯcupiſcibili. qđ quidem manifeſte apparet dum voluntas tanta auiditate amplectit̃ ⁊ deſiderio inſequit̃ diuine bonitatis veſtigia in carnalibus bonis. tantoqꝫ amore inheret eis tã miſerabilit̃ in eis capitur illaqueat̃. ⁊ inſeparabiliter detinetur: vt primitiue ⁊ redũdantiſſime bonitatis oblita. eam oino non curet. neqꝫ ꝙ iſta ſicut veſtigia eius ⁊ ꝙ ad eam inuitent oino non videat neqꝫ aduertat. ſed in ea quieſcens. tandem repit ſe aĩa defraudatam a deſiderio ſuo. Pro nde de ꝑſona talis defraudati Job. vij. ait. Sicut ceruus deſiderat vmbram. ⁊ ſicut mercẽnariꝰ ꝓſtolat̃ finem operis ſui. ſ. ꝓpter premiũ delectationẽ ſic ⁊ ego habui menſes vacuos. ſ. q2 defecerunt mũdane delectatiões. ⁊ noctes laborioſas. i. offenſas ꝓteritas enũaui mihi. ſ. in tẽpore ꝯtritionis ſeu eterne damnationis.

Tertio inſup repimus corruptelã in vi ſeu potentia iraſcibili. Q2to eni altitudo diuinitatis in idolis ſeu ſtellis aut demonibꝰ quocunqꝫ ſigno arlis vel breui ⁊ ſimilibꝰ poterit apparere ſiue futuroꝝ ꝓdicatione ſiue quocunqꝫ magico opere aut quacũqꝫ alia ludificatione. ſtatim inclinant̃ hoies ad adorandum Innatũ eſt eni nobis ad alta hũiliari. Ad ſupeminẽtiſſime autem diuine nobilitatis altitudinẽ non naturali corruptiõe. ſꝫ naturali bona inſtitutiõe que in primis parentibus ante peccatũ fuit. maxime nati ſumus humiliari. ⁊ extrema ſeruitute ſubijci ⁊ ꝓpter hoc in corruptiõe in qua ſumus veſtigia eiꝰ loco ipſius ſeducti amplectimur: ⁊ decepti loco ipſius eius veſtigijs inheremꝰ. Porro q̃tacunqꝫ altitudo. q̃tacũqꝫ magnitudo. q̃tacunqꝫ etiam nobilitas increata quacũqꝫ per huiuſmodi ſigna que diximꝰ apparere noſcantur: non eſt niſi ſupreme ac diuine altitudinis per modicum atqꝫ per tenue veſtigium ipſius creatoris.

## Q2 in tribus viribꝰ ſuis anima liberata eſt: vt poſſit ad libitum ſe inclinare ad bonum ⁊ ad malum. Capitulũ. iij

t Ertio quoqꝫ ꝯſideremꝰ hũanũ deſideriũ ſm ꝙ eſt in natura libera. Circa hoc autem penſemꝰ in anima que in libertate arbitrij vitam ducit tria impoſſibilia. Primũ circa ipſam vim rationalem. Scđm circa vim ꝯcupiſcibilẽ. Tertium circa vim iraſcibilẽ. Primo impoſſibile eſt q̃n vis noſtra rõnalis ſit abſqꝫ credulitate ⁊ opinione: ⁊ q̃n eam impendat cui debet vel cui non debet. Cui debet. ſ. deo ſcripturis ſacris noui ⁊ veteris teſtamẽti: atqꝫ determiatiõibꝰ ſancte matris eccleſie q̃ omnia ſunt lex dei. De talibus Eccl. xxxiij. ait. Homo ſenſatus credit legi dei. Et. j. Cor. xiij. ait apl's. Charitas oia credit. ſ. que credenda ſunt: vt ſunt oia ſupdicta. Credi eni non debet demonibꝰ. erroribꝰ. hereticis. incantatiõibꝰ. ⁊ ſeductiõibꝰ. mũdi. ⁊ carminibus. ⁊ ꝯſimilibꝰ. Et de talibꝰ ad Rhoma. ij. dicitur. His qui non credũt veritati. credũt autem iniq̃tati. Ira. ſ. veniet ⁊ indignatio ⁊ tribulatio ⁊ anguſtia. Scđo impoſſibile ẽ q̃n vis noſtra ꝯcupiſcibilis ſit abſqꝫ deſiderio ⁊ delectatiõe ⁊ ſic de alijs paſſiõibꝰ ſuis. et q̃n per eas adhereat vel cõmiſceat̃. vel q̃bus debet vel quibus non debet. Quibus debet. ſ. deo ꝓceptis eius eternis. virtutibꝰ bonis iuſtis ⁊ ſic de alijs. Et talis iuſtus eſt et vita viuet ⁊ non morict̃. vt dicit̃ Ezech. xviij. Uel quibus non debet. videlicet magnificẽtijs diuitijs. delitijs. et vitijs. que ab eis ꝓcedunt: vt ſunt luxuria. ſupbia. auaricia. ⁊ oia q̃ trãſitoria ſunt. De talibꝰ dr̃ Sap. xv. Maloꝝ amatores digni ſunt morte qui ſpem habent in talibꝰ Tertio impoſſibile eſt vim noſtrã iraſcibilẽ eſſe abſqꝫ honorificentia ⁊ diuino cultu. non poteſt inqꝫ eẽ vniuerſalit̃ q̃n illũ impendat vel cui debet. ſ. ſummo deo. iuxta illud Mat. iiij. Dñm deũ tuũ adorabis ⁊ illi ſoli ſeruies: vel. ſ. cui non debet. ſ. demonibꝰ. incantatiõibꝰ. ariolis. augurijs. ſoli. lune. ſtellis. ⁊ q̃buſcũqꝫ alijs creaturis. Contra q̃s Deut. xxx. dicit̃. Si errore deceptus adoraueris deos alienos et ſeruieris eis: ꝓdico tibi hodie ꝙ pereas ⁊ paruo tempe moreris in terra. Cũ ergo aĩa peruenerit ad liberi arbitrij libertatẽ: ex naturali lege atqꝫ inſtinctu dicit̃ ei illud. j. Regl. ij. Tolle. ſ. de bono vel de malo q̃tũcũqꝫ deſiderat aĩa tua. Et illud Eccl. xv. Ante hoiem mors ⁊ vita bonũ ⁊ malũ: qđ placuerit ei dabitur illi. Ex dictis colligi poteſt ꝙ vis noſtra rõnalis. vel caſtitatẽ illius nobilis mr̃imonij de quo iam diximꝰ ſeruat ex neceſſitate: vel cum alijs vanitatibꝰ fornicat̃. Et ſimiliter vis noſtra ꝯcupiſcibilis vel ꝓmitiue aut iocũdiſſime bonitati vel ſeruat mr̃imonij caſtitatẽ: vel fornicat̃ cũ alijs vanitatibꝰ. Silr̃ et vis noſtra iraſcibilis vel debita caſtitate adheret ſupeminẽtiſſime altitudini reddẽs ei debitam vltime ſeruituti. atqꝫ nobiliſſime honorificẽtie cultũ: vel fornicat̃ cũ alijs altitudinibꝰ impendẽs ei ſeruitia que ſoli ſponſo ſuo. ſ. deo impẽdenda ſunt. De duabꝰ ꝓmis viribus. ſ. ꝙ a natura habeant ſeruare libertatẽ vel non ſeruare ſuo ſponſo fideliſſimam caſtitatem: ſatis ex ſe clareſcere põt intuenti ꝑſpicacit̃. Sed de tertia vi. ſ. iraſcibili videlicet ꝙ ſeruitꝰ diuina ſeu diuinꝰ cultus ſiue erroneꝰ ſiue verus ſit ab ipſa natura q̃ttuor indicia oſtendẽ poſſunt. Primuꝫ vniũſalitas. ſcđm eſt ꝑpetuitas. tertiũ eſt inſeparabilitas: q̃rtũ eſt ꝑuulitas. Primũ inqꝫ indiciũ eſt vniũſalitas. Quia hec eſt apud oẽs nationes mũdi: ſicut ſatis notũ eſt his qui varias mũdi regiones ꝑluſtrauer̃t.

Scđm indiciũ eſt perpetuitas. Pene nullo tempore defuit verus dei cultus vel veneratio idoloꝝ ex quo hoies multiplicari ceperunt: ⁊ adhuc etiam idolatria aliquo modo extat apud quaſlibet natiões. Et ſi forte nõ in capitalibꝰ impietatibꝰ ſuis: tamen ſaltem in ramis ſeu in reliquijs eorũdem. ſic̃ vbiqꝫ terrarũ patet queẽadmodũ diximus latius i q̃drageſimali de chriſtia. religl. ſermone. x. et maxime arti. iij. quaſi per totum indiciũ.

Tertiũ inſeparabilitas ſeu ſeparatiõis difficultas. Adeo adherẽt eni multi ⁊ maxime mulieres plurimis ariolis incantatiõibꝰ breuibus ⁊ characteribꝰ ⁊ ſimilibꝰ opibus impietatis vt non teſtimonijs ſcripturarũ nec doctrine ſanctoꝝ. nec eccleſie inſtitutiõibꝰ nec ꝓdicatoꝝ ⁊ ꝯfeſſoꝝ ꝯſilijs vel preceptis vel minis imo nec igne nec gladio ſeu alia q̃uis via adhuc de mũdo exterminari potuerit. Hec peſtis nec eſt patriã repire ciuitatẽ terram aut villam que vltra multas alijs communiores non habeat aliquas obſeruãtias ꝑticulares: queẽadmodũ ego italiã circũiẽs expertus ſum. Quartũ nempe indicium eſt paruulitas. Apparet hoc ipſum in pueri et paruulis manifeſte qui cũ in ipſa puericia ⁊ paruulitate ſunt cultũ diuinũ effugiũt vel efficiũt ꝓut poſſunt ⁊ faciũt altaria ⁊ ꝯſimilia ſibi parantes ⁊ ornãtes. De hoc q̃ꝫ nota exemplũ Geñ. xxj. de hyſmaele. quem ſara videns cũ talibꝰ ſimulachris cũ yſaac ludentem non potuit tolerare. Tales eni pueri cum nullo precepto talia agant cũ tñ communiter id expiatur in eis: iudicat̃ ex h̃ inditũ eſſe in nobis naturalit̃ amorẽ diui cultus. Sed cum preualuit in hũanis mentibꝰ obtenebratio ⁊ corruptio natural̃. atqꝫ multiplicatio vitioꝝ. ⁊ defuerit diua gratia ad illuminandũ ⁊ dirigendũ eos. ⁊ maxime ꝑ ꝓdicatores ⁊ ꝯfeſſores illumiatos: incidũt in ſpũales fornicatiões. De quibus in ſequẽti articulo dicturi ſumus. Nam ſicut rectitudo illius ⁊ donũ ⁊ opus ſummi opificis et rectoris eſt: ita ꝑuerſitas ⁊ abuſio eius qua in idolatriam introqueẽt creaturis: innate i nobis obtenebratiõis ⁊ corruptiõis effectꝰ eſt. In eis quippe que naturalia non ſunt ſꝑ ꝯtrarium reperitur. Ut videlicet in paucis et tempore breui. hoc eſt non ſemper. non facilis remotio: atqꝫ in paruulis tunc nõ apparent ſic apparentia ſigna.

## Articulus. ij. ꝙ in tribus anime viribus virtutum deſideria vigent.

s Ecundũ humanũ deſiderium eſt virtuale. Quod quidem apparet in omipotẽtia anime noſtre. Primo in rationali. ſcđo in ꝯcupiſcibili: tertio i iraſcibili.

## Quomodo in anime potentia rationali viget per deſideriũ cognitio veritatis. Cap. j.

p Rimo q̃dẽ apparet hũanũ deſideriũ virtuale i potẽtia rõnali. Naꝫ ſi ſcintillule ꝓme atqꝫ luioſiſſime veritatis itellectu eluceſcãt ab alijs adũſarijs illas amat atqꝫ amplectit̃ illiſqꝫ ſolis adhẽt. ⁊ veſtigia illiꝰ q̃ ſũt trãſitoria. q̃ illꝰ ꝑus illuceſcebãt. ⁊ luioſa eſſe penſabat tenebras palpabiles eẽ apꝫ ocul̃ recoĝſcit: atqꝫ clare intelligit verũctiã. j. Timoth. vj. apl's ait. Qui volunt diuites fieri incidunt in tẽptationem ⁊ in laqueum diaboli: ⁊ in deſideria multa inutilia ⁊ nociua. que mergũt hoies in interitum ⁊ perditionẽ. Radix eni

oium maloꝝ eſt cupiditas. Quā quidem appetentes erraverūt a fide: ⁊ inſeruerūt ſe doloribus multis. Inſup talis intelligit illud Eſa. xxxiij. Diuitie ſalutis ſapia ⁊ ſcientia. Timor dñi ipſe eſt theſaurus. Unde Eccl. v. ait. Ubi multe ſunt opes multi qui comedunt eas. Et qd ꝓdeſt poſſeſſori niſi ꝙ cernit diuitias oculis ſuis? Longe tñ illuminatio hec ab illis qui oculos ſuos ſtatuerunt declinaāe in terram. Merito ergo Sap. xv dicit de deo. Noſſe eni te ↄſummata iuſticia eſt: ⁊ ſcire iuſticiā ⁊ veritatē tuā radix imortalitatis.

## Qꝛ etiaȝ in concupiſcibili potentia anime: viget deſiderium diuine ſuauitatis. Cap. ij.

s Ecūdo apparet hūanū deſideriuȝ virtuale in potentia ↄcupiſcibili. Nam pguſtata ſiue etiā ponderata pmitiua atqꝫ ſuauiſſima bonitate. extrema eius veſtigia hoc eſt oēm carnalem delectationē ⁊ voluptatē totis pcordijs faſtidiret: illuſionēqꝫ ſordidā ſomnūqꝫ vaniſſimū. ⁊ nullaten⁹ ſolidā veritatē clariſſime iudicaret. Proinde ꝓpheta hortabaſ aias laſciuas atqꝫ carnales ad dinā ſuauitatem dicēs. Guſtate ⁊ videte qm̄ ſuauis ē dominus. Et merito qdem. Nam guſtato ſpiritu deſipit ois caro. Sed vt. j. Coꝛ. ij. apſus ait. Aialis hō nō pcipit ea que ſunt ſpūs dei Stulticia eſt eni illi: ⁊ non pōt intelligere ꝙ ſpūaliter examinaſ. Spūalis autē iudicat oia: ⁊ ipſe a nemine iudicaſ ſicut ſcriptū eſt. Quis cognouit ſenſum dei aut qs inſtruxit eum. Nos autem ſenſum chriſti habemus.

## Qꝛ in potentia iraſcibili anime viget deſideriū reuerētie ad diuinam ſublimitatē. Ca. iij

t Ertiū qꝫ hūanū deſideriū virtuale apparet in potētia iraſcibili. Nā vis iraſcibilis ſtatim vbi ſe aperit dine maieſtatī ſublimitatī māifeſtatiua ſublimitas ⁊ ꝙ ei ſoli vltime honorificentie cultu ſeruiēdū ſit. māifeſte cognoſcit: et idolatriā ⁊ oēm ſupſtitionē atqꝫ erroneū et vanū cultū nō ſolū deteſtanda ſicut ſummam creatoris iniuriā. atqꝫ ↄtumeliā: ſꝫ etiā inſaniſſimā atqꝫ turpiſſimā foꝛnicationē aptiſſime cognoſcit. Et ꝓpter hoc inde exulēs toto corde ⁊ ardenti zelo a ſe illā abijcit atqꝫ zelanti feruore pſequiſ. ⁊ abhorret. corde. ore ⁊ ope cum ꝓpheta dicēte. Zelus domus tue. id eſt. anime errore piclitanti comedit me ecce feruor ad ꝓximū. ⁊ opprobria exprobrantiū tibi. ſ. p apoſtaſiā ⁊ idolatriā opprobrioſam: ceciderūt ſup me. ſ. quaſi lapis grādis ⁊ ledens. ecce feruor ad deū. Que duo includunt ⁊ pſupponūt amorē hois ad ſeipſꝫ

## Articulus. iij. de triplici foꝛnicatione: qua anima ſpꝛeto deo foꝛnicatur cum creaturis.

t Ertiū principale deſideriū hūane mentis dicit crimiale. Tripliciter eni p deſideriū ſuū crimialit foꝛnicatur aia pctōris. Primo foꝛnicatur rōnalis p curioſitatē. Scdo foꝛnicatur ↄcupiſcibilis p voluptuoſitatē. Tertio foꝛnicatur iraſcibilis p idolatriā: quaſi ſit triplex foꝛnicatio anime peccatricis.

## Quomodo intellectus ſpꝛeto deo tripliciter foꝛnicaſ p curioſitatem: etiam cum inutili veritate. Capitulum. j.

p Rima foꝛnicatio eſt intellect⁹ rōnalis que fit p curioſitatē. Cū eni vis noſtra rōnalis vt pdiximus ſa natura ſitibūda ſit lucide veritatis. ex corrupta natura non corrupta. factū eſt vt in tanta obtenebꝛatiōe ſubmerſa ſit: ꝙ non ſolum veritatē non cognoſcit: ſed etiā erroꝛib⁹ credit. ⁊ qd deteri⁹ eſt. Secundū ſubſequiſ malū. ſ. pſtitutio curioſitatī ⁊ foꝛnicatio ſpiritualis. qꝛ paſſim cum qdam inutili veritate ⁊ veritate hūan⁹ intellect⁹ ſepi⁹ illā amplexans foꝛnicaſ ꝓpt ſemetipſam deſiderio et amore. eiqꝫ adhēt. ſpꝛeta aut nō curata prima atqꝫ lucidiſſima veritate: que ds ē. Huic qppe ſoli deſiderio ⁊ amore adherē pꝫ ſicuti vero ac naturali ſpōſo. Ad hāc ſolā veritatē dꝫ eſſe ↄūſo ei⁹. hāc ſolā ad thoꝝ imaculatiſſimoꝝ amplexuū admittē necē ē. hic qdā amplex⁹ crudelitas qdā ⁊ amor ipſi atqꝫ deſideriū ſunt: imo ⁊ qdam delectatio in ipſa. Aduērtēdū tñ eſt ꝙ nō ois credulitas pme veritatī. nec ois delectatio in ipſa imaculati eius amplexus ſunt. Et de credulitate quidē monſtratum eſt. ſ. ſermone. xiiij. quaſi per totum. vbi oſtenſum eſt ꝙ ſuaſa credulitas ſeu fides: magna dei ↄtumelia eſt. Similiſ aūt ⁊ delectatio que ex ſola curioſitate pcedit in prima veritate. ⁊ ex ſciētia inflante nō eſt dubiū ꝙ maculata ſit: iuxta apoſtoli ſenſum qui. ij. Coꝛ. ij. ait. Non eni ſicut pluri-



mi adulterātes verbum dei. Qui eni in cognitione dei delectaſ. ⁊ hoc ſibimet tm̄. hoc eſt non ad gloriam dei nec aiarum ſalutem ipſam dei veritatē qdāmodo adulterat: ⁊ tā nobili ſponſa abutiſ in libidinē ꝓprie voluptatis. ⁊ reciproci atqꝫ curui amoris. Ex his patet ꝙ ex obtenebꝛatiōe cum qua naſcimur accidit vt credulitatē amorē ⁊ deſideriuȝ qs debet vis noſtra intellectiua pme ac nobiliſſime veritati in alia transfert. hoc eſt in alias inutiles vanitates veritates qs deberet habere famulas ⁊ pediſſeqs tm̄. eas foꝛnicaria iniquitate adulteras habet ⁊ pellices ad amplexus. ⁊ ↄſcientie thoꝝ illas ꝓpter ſeipſas admittens vera ſponſa vt dixim⁹ nō curata imo potius illa ſpꝛeta atqꝫ abiecta.

## Quomodo humana voluntas etiam ſpꝛeto deo tripliciter foꝛnicatur cum tranſitorijs creaturis. Capitulum. ij.

s Ecunda foꝛnicatio eſt ↄcupiſcibilis noſtre. Sicut eni tria que in pncipio pcedentis capli noiauim⁹ mala de obtenebꝛatiōe ⁊ corruptiōe vani intellectus in hūano genere exorta ſunt: ſic ꝺ corruptione virtutis noſtre ↄcupiſcibilis ⁊ obtenebꝛatione: ſimul pſtitutio eiuſdem ꝓceſſit. Et hoc qdem eſt pſtitutio voluptatī qua vel ſpꝛeta vel neglecta vel oino non amata pmitiue atqꝫ fontalis bonitatī ſuauitate que eiuſdem naturalis ſpōſa eſt vaniſſimis atqꝫ falſis voluptatib⁹ illudendā ſe pſtituit. velut ſpurciſſimā meretricē. Cum eni mentis humane nobilitatē naturalē intime pſcrutationis pſpexeris in ipſa puritate ſua ac libertate ſm tres vires ſuas repieſ velut ſponſaȝ amantiſſimā atqꝫ caſtiſſimā deo altiſſimo veluti eius ſinglariſſimo atqꝫ chariſſimo ſponſo totis naturalib⁹ deſiderijs inherentē inhyantē ⁊ intendentē. Ipſe nanqꝫ ſolus eſt finis motionū eius ⁊ quies laboꝝ eſt ac deſiderioꝝ eius cumulatiſſima plenitudo. Propterea citra ipſum ⁊ inqetudinib⁹ agitatur et laboꝛibus fatigaſ ⁊ deſiderijs ardet: ſpiritualiqꝫ fame ⁊ ſiti ſue vacuitatis impatiēs torqueſ ⁊ cruciāſ. Hoc ſiqdem aperte inſinuat ꝓpheta dum ait. Satiabor cum apparuerit gloria tua. In ipſo eni ⁊ ex ipſo velut ex luminoſiſſima veritate eſt quies: atqꝫ noſtre rationalis virtutī nobilis ſatietas ↄſummata. Similiter in ipſo ⁊ ex ipſo velut in redundantiſſime ſuauitatis bonitate eſt quies: atqꝫ ſatietas ↄcupiſcibilis noſtre nobilis et ſuperioꝛis.

## Quomodo vis noſtra iraſcibilis per idolatriam multipliciter foꝛnicaſ. Cap. iij.

t Ertia foꝛnicatio eſt iraſcibilis noſtre que p idolatriā foꝛnicaſ. Uis eni noſtra iraſcibilis iuxta predictum modum maioꝛiqꝫ impietate ⁊ apꝛiori inſania de innata obtenebꝛatione ⁊ corruptione id ſubiectiōis atqꝫ ſeruitutī qd ſoli diuine maieſtati debet. in alia transfert. Proſtituitqꝫ ſe vanis ⁊ falſis creaturarū laudib⁹ falſiqꝫ nois altitudinib⁹ ſe ſubijcit imprudēter: non curata imo potius vltime ſupeminentie altitudine ſpꝛeta. ad quam naturaleȝ ↄuerſionē ac naturale ↄiugium. naturaliſqꝫ amoꝛis ⁊ deſiderij inherentiā. ⁊ inhyationē Hinc eſt ꝙ cum idolis ⁊ alijs rebus polluiſ foꝛnicans honoꝛificētia ſpꝛeta qua debet adherere deo ⁊ copulari. Et hmōi honoꝛem et cultū ipſi creature loco creatoꝛis dupliciſ tribuit mens idolatra ⁊ maligna. Primo quidem opinione. Scdo ſeruitio. Primo inqꝫ opinione Et hꝫ etiā duob⁹ modis. Primo opinione eſtimatiōis videlicet ſi ea vſ aliqd hoꝝ dignū tanta honorificētia reputam⁹: ſicut gentiles qui hoies ſceleſtos eſtimabant deos. Unde Sap. xv. in pſona iuſtoꝛum dicit. Nō eni in errorē duxit nos hoiuȝ male artī excogitatō nec vmbꝛa picture. laboꝛ ſine fructu effigies ſculpta p varios coloꝛes. Et ſequiſ q ſpē hñt in talib⁹ digni ſunt moꝛte.

Scdo opiniōe adoꝛatiōis vt ſi aliqd qd ꝺ ſoli deo ſentiendū eſt de aliq eoꝝ qd ſentim⁹ Qꝛ duodecim modis fieri pōt. Uerbi gfa.

Primo in cultu luminū vel ſtellarū. Ut ſi qs de ſole vel luna vel de aliq alio credēt vſ ꝙ ops eſſet. vel ꝙ honorādus vel ꝙ ei⁹ virtutī ⁊ munerī eēt. ꝙ vitā aut ſalutē dare poſſet. ꝓculdubio iam hmōi ſacrilega opiniōe et dei altiſſimi maieſtatē offendēt. ⁊ dei altiſſimā gloriā intolerabili iniuria in ſolē transferret. Cōtra tales dicit Aug⁹. xxvj. q. v. c. nō licet. Ubi dānat colētes ſiḡ celi ⁊ lumē eius ꝓpſ domū edificādā. ꝓpſ ſegetes. ꝓpſ arbores plātādas. ⁊ ꝓpſ ↄiugia ſociāda. Ubi eni ſubdit dicēs ſcptū ē ad Coſ. iij. Oia q facietis vel qcūqꝫ facitī aut i verbo aut i ope i nomine dñi nri ieſu xpi facite ⁊ agite. Scdo i cultu elemtoꝝ. ↄtra qs dꝛ in pdi. c. nō licet. Et Sap. xiij. Neqꝫ operib⁹ attendentes cognouerunt quis eſſet artifex: ſed aut ignem aut

·Smo· Gi? de Varijs deſiderijs animarum·

# De xij gradib⁹ diuini amoris

ſpm̄ aut ſiccū aerē vl' aquā deoſ cē putabāt.
Tertio i cultu aialiū irrōnabiliū ⁊ volucrū
Unde dicit Sap̄.xv. ſed ⁊ aialia miſeri co=
lunt.Queadmodū fit hodie in auibuſ ⁊ ani
maliū partialiū hoc eſt ꝙ inſignijs eoꝝ ⁊ ar
mis obſeruat ꝙ in augurijs.Contra quod
Aug⁹.xxvj.q.v.augurijs vbi ait ꝙ taleſ ab
eccleſia eijciēdi ſunt. Quarto i cultu ima=
ginū.que.ſ.fiunt ſub aliquo ſigno celi. Cō=
tra quos ꝓpheta ait. Confundant oēs qui
adorant ſculptilia:⁊ qui gloriant in ſimula.
chris ſuis. Quinto i cultu characterū ⁊ fi=
gurarū que in breuib⁹ fieri ſolent.Etiam ta
lia ab Augi.damnant.xxvj.q.ij.c. illud qđ
eſt. Sexto i cultu tꝑm ꝯtra quos ad Gal.
iiij.dicit.Dies obſeruans ⁊ menſes ⁊ tem=
pora ⁊ annoſ:timeo ne forte ſine cauſa labo
rauerim in vobis.Et tales aruſpices vocan
tur:quaſi horarū inſpectores .Dies autem
et horas in agendis negocijs opibuſq̧ cu=
ſtodiūt ⁊ quid ꝑ ſingula tꝑa homo debeat
obſeruare intendūt.Que omia ꝓhibent ab
Augi.xxvi.q.v.augurijs.Et.q.vij. qs eſti=
marct.Et.c.ſeqnti. Contra Ramos in kal.
may vide.xxvj.q.vij.non licet.Et.c.ſi quis.
Ubi dicit ꝙ anathema ſit qui aliquid noui
fecerit ꝓpter annū nouū. Inſuper ⁊ canto=
res illius dici ⁊ dieſ egypciaci ⁊ donaria que
donant in illo die ꝓhibent.xxvj.q.vij.c.nō
obſeruetis. Septimo i cultu noium ⁊ ver=
boꝝ.Sicut patet in breuib⁹ que qui ſuper
ſe portant ꝑire vt mendacit aiūt mime poſ=
ſunt aqua igne vel ferro ⁊ ſic de alijs. Neq̧
vt falſe dicunt abſq̧ pnia non poſſunt mori
Octauo i cultu initioꝝ ⁊ initialiū rerū que
etiam ꝓhibent ab Augi.xxvj.q.ij. illud qđ
eſt.Ubi etiam ꝓhibent que ſaltant ſicut ꝓ
morbo caduco fieri ſolet in qbuſdā dieb⁹ fe-
ſtis ⁊ templis que ſuſpendunt in vinea vel
ad collum.Et plura alia inhibent ibidem.
Nono i cultu inuentionū vel inuenticiarū
rerum:ſicut obuiarem in itinere lepori vel
aui aut porco ⁊ ſic de alijs. Decimo in cul=
tu demonū ſicuti faciunt necromatici ⁊ ma=
gici in ſpeculo in aqua ⁊c.Similit ⁊ ſtrige đ
quibus vide.xxvj.q.v.epi coꝝ.Sed ꝙ talia
non fiant vere ſed fantaſtice ꝓbatur.xxvj.q
v.nec mirum. Undecimo in cultu ſomnio
rum.Nam vt dicit Eccl.xxxiiij. Multos ei
errare fecerūt ſomnia. Duodecimo in cul=
tu ſortiū ꝯtra quos dicit.xxvj.q.v.c.ſortes
In h autez ⁊ ſimilia inſaniſſimi ꝑdiniſſimiq̧
hoies dei virtutem ⁊ gloriā dei trāſtulerūt.
Contra quos inqt apl's ad Roma.j. com=
mutauerūt veritatem dei in mendaciū .⁊ co
luerunt ⁊ ſeruierunt creature potiuſ ꝙ crea
tori:qui eſt benedict⁹ in ſecula . Merito er=
go Dan.vj.dictuz eſt. Paueant ⁊ tremiſcāt
ſcz oēs deum danielis. Ipſe eſt eni deus vi=
uens ⁊ eternus in ſecula :⁊ regnū eius non
diſſipabit:⁊ poteſtas eius vſq̧ in ſempit'nū
Ipſe eſt liberator atq̧ ſaluator:faciens ſig ⁊
miracula in celo ⁊ in terra. Scđo autem
ſeruitio idolatrat mens humana.Et hoc eti
am duplici ſeruitio fieri ſolz.Primo interio
ri.ſcđo exteriori. Primo quidem ſeruitio
interiori.Sunt eni interna ſeruitia ⁊ inter=
ne adoratiōes.timor honor amor ſpes gau-
dium dolor deſideriū ⁊ hmōi affectiōes.q̄ꝝ
multe ſoli deo impendēde ſunt ⁊ nullaten⁹
alijs rebus.Quia ſi contrariū fit.id eſt.ſi ea
que ſoli deo ꝯueniūt rebus alijs impendan
tur.idolatria eſt. Queadmodū ſi timentur
hoies pluſq̧ deus . Aut ſi timet peſtis aut
mors corꝑis vltra ordinē debite charitatis
Amant filij ⁊ ꝯſanguinei atq̧ diuitie tꝑales
pluſq̧ deus.Honorant creature ſicut deus
Aut ficticij dij loco dei.Speratur in hoibuſ
vanis ⁊ rebus tranſitorijs.ampli⁹ ꝙ in deo
vero.⁊ ſic de alijs. De quibus oibus ait ꝓ=
pheta.Similes illis fiant.id eſt.fient.qui fa-
ciunt ea.i.ſibi idola:⁊ oēs qui ꝯfidunt in eis
ſcz loco dei. Seruitio exteriori idolatrat
mens hūana.Seruitia dei exteriora in ſep=
tem diſtingui poſſunt ſm ꝙ ſeptem ſunt mo
di ſiue manerics ſacroꝝ. Primus eſt pro
ceſſio maxime cum lumiarib⁹ in qua etiam
ordinate ⁊ ornate incedim⁹ donec ꝑueniat
Ad ſcđm ⁊ maximū ſacroꝝ qđ eſt miſſe exte-
rior celebratio.Sacramentū quippe altaris
et veritas eſt in eo quod intus ꝯtinet .vide=
licet dn̄m noſtrum ſaluatorem integritate
humane nature ⁊ forme ſeruilis quam pro
nobis aſſumpſit.Et figura eſt:in eo qđ exte
rius ſenſibus exhibet. Unde cōmunicatio
exterior pertinet ad ſacra exteriora. Ter-
tius vo modus eſt diuinarū laudum audi=
bilis reſonatio. Quartus eſt miniſteriorū
ornatus exterior. Quintus eſt ipſius tem
pli appatio. Sextus eſt diuerſoꝝ ſonoruz
ſignorum ⁊ campanarū pulſatio. Septi=
mus eſt expiatio exterior.id eſt.aque bene=
dicte aſperſio.Et in omnibus ſupradictis ⁊
maxime in ſanctiſſimo ſacramento prone=
phas horrendum varijs modis ſicut patet
perſpicaciter intuenti atq̧ experto ſolent
hmōi errantes idolatrare. Mittite ꝙ di=
lectiſſimi frēs i dexterā nauigij rhte.i. leuē

Fer. 5. post Resurrectionē.
·cij M· De duodecim gradibus diuini amoris
qui possunt merito gloriose Magdalene
Vel alicui alteri sancto applicari ·



deſideria vr̄a ad ſpūalia ⁊ eterna:⁊ profecto
inuenietis requiem ac gratiam .⁊ in futuro
gloriam ſempiternā.Quas oibus eſurien=
tibus ⁊ deſiderantib⁹ eas ampliſſime largi-
ri dignet vir deſirioꝝ ⁊ deſiderabilis vni
uerſis dn̄s ieſus chriſtus:Qui cū pr̄e ⁊ ſpū
ſancto cuncta ſancta deſideria excitat. ḡtifi=
cat.⁊ in eis ꝑſeuerātes.ſatiat ⁊ glorificat per
infinita ſeculoꝝ ſecula Amen.

M· Feria.v.poſt reſurrectionem. de duodecim gradib⁹ diuini amoris qui poſſunt merito glorioſe magdalene vel alicui alteri ſancto approprīari. Sermo.lxij

Ascendo ad pa
trem meuz ⁊ pr̄em vr̄m deum
meū ⁊ deū vr̄m Io.xx.et i euā-
gelio hodier.Glorioſiſſime ma
gdalene in deū ꝑ ardētiſſimā dilectionē ⁊ ex
taticā ꝯtemplationē ꝯſcendenti verba myſti
ce ſunt iſta.De illa qppe Lu.x.dn̄s ait.Ma-
ria optimā ꝑtem elegit q̄ non aufere t ab ea.
Hec pars eſt aſcēſio mētis eius in ipſum de
um.ꝑ ardētiſſimā charitatē. ꝑfecto i eternū
nō auferēda ab ea:ſed ꝯſumāda ⁊ iam ꝯſū=
mata in gloria ſempit'na.Merito ergo dicit
oib⁹ nobis q̄ſi in hac ꝑegrinatiōe adhuc vi=
uens. Aſcēdo.ſ.ꝑ ardētiſſimū amorē ad pa-
trem meū ⁊ pr̄em vr̄m:deū meū ⁊ deū vr̄m.
Quaſi dicat. Imitami veſtigia mea in aſcē=
dendo ad diuinam dilectionē.Cauſam ꝙ hu-
ius aſcēſiōis Cant.ij.oſtdit dicēs.Dilectuſ
meus mihi ⁊ ego illi q paſcit inter lilia .Qđ
pōt eſſe aliud thema. Ait eni Dilect⁹ meus
mihi.ſ.intendit infundēdo gr̄am ⁊ amorez.
et ego illi.ſ.meipſum exhibeo acceptādo ḡ=
tiam corde ore ⁊ oꝑe.Corde.Cant.ij.Faſci=
culus myrrhe dilect⁹ me⁹ mihi : inter vbera
mea cōmorabit.Ore.Un̄ Mat.xij.Ex abū
dantia cordis os loquit.ſ.de amore.Opere
Sap̄.iij.Fideles i dilectiōe acqeſcēt illi Qui
paſcit inter lilia:qꝛ in virtutib⁹ meis ⁊ oiuz
mūdarū mentiū atq̧ dilectoꝝ ſuoꝝ dn̄s de=
lectat. Prou.viij.Delitie mee eſſe cum filijs
hoium.Qđ maxie ꝯtingit cū mens ḡdatim
aſcendit in diuina dilectiōe.Proinde.xij.aſcē
dendi ḡdus diſtinguē poſſum⁹ in diuino amo
re.que ꝑnt.xij.lilia dici:inter q̄ in magdale=
na ⁊ in q̄libet ferueti ac diligēti aia.dn̄s de=
lectat.Quoꝝ q̄ttuor ꝑtinē ꝑnt ad incipien=
tes.q̄ttuor ad ꝓficiētes:⁊ q̄ttuor ad ꝑfectos

## Articulus primus de quattuor primis gradib⁹ diuini amoris

Primo diſtinguam⁹ q̄ttuor ḡdus
ꝑmos q ꝑtinē ꝑnt ad incipientes.
Prim⁹ eſt ꝯtempt⁹ tꝑaliū.ſcđs de
ſideriū celeſtiū.terti⁹ intellect⁹ ſpi
ritualiū ſecretoꝝ:q̄rt⁹ deſideriū diſſolutiōis
vt ſit cū chriſto.Et ꝑnt etiam dici q̄ttuor lilia

## De triplici ſigno mūdani cōtemptus. Capitul.j.

Primū liliū eſt ꝯtempt⁹ tꝑalium.
Cū eni mens guſtare cepit ſuaui=
tatem dulcedis dei. ſtatim naſcit
in ea ꝯtempt⁹ mūdi.Sicut Cant.viij.Salo-
mon ait.Si dederit homo oēm ſubaz dom⁹
ſue ꝓ dilectiōe:q̄ſi nihil deſpicit eam . Tria
ſunt tn̄ pauperū genera . Quidā mūdo ⁊ ſi
deo:vt fures ⁊ pauꝑes impatiētes. Quidā
deo ⁊ nō mūdo:vt dauid ⁊ ceteri diuites ſcī
tam in nouo ꝙ in veteri teſtamēto . Quidā
deo ⁊ etiā mūdo:ſicut q̄libet volūtari⁹ pauꝑ
ꝓpter chriſtū.Un̄ Caſſiodor⁹ ſuꝑ illud ps̄.
Iudicare populū tuuz in iuſticia ⁊ pauꝑes
tuos in iudicio ait.Pauꝑ ſi ſuꝑbiat non eſt
pauꝑ dei.Diues ſi pauꝑtatē diligit: non eſt
diues ſeculi.Habet eni talis ꝯtempt⁹ etiam
in ꝑn̄ti q̄ndam dulcedinē ſuam: quam dn̄s
Mat.v.regnū celoꝝ vocat.i.ꝑticipationem
celeſtis regni. Ideo dicit. Beati pauperes
ſpū:qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. Hoc eſt liliuz
inter ſpinas:Cant.ij. Et hz tria folia. Pri=
mo neceſſitatē.ſcđo vtilitatē:tertio libtatem
Primo qdem habet neceſſitatē : eo ꝙ tm̄
ad neceſſitatē vtit bonis tꝑalib⁹ ſemꝑ cū lau
de creatoris. Atq̧ de oi ꝑuo tꝑali cōmodo a
ſe recepto cū ꝓpheta regratiās deo iubilat
dicens.Quid retribuā dn̄o ꝓ oib⁹ que retri
buit mihi? Scđo hz vtilitatē.Utit aūt tal'
aia tꝑalib⁹ vilib⁹ ⁊ deſpectis:que hn̄t mentē
in hūilitate habituare.⁊ virilem ſpm̄ nutri=
re.atq̧ mūdi ꝯtemptū opibus demſare. Si
cut ecōtra mollia ⁊ ꝑcioſa eneruāt ſpm̄ ⁊ vi=
rilitatē ſuā effemināt atq̧ ſeculi amorez de=
mſant. Tertio hz libertatez qꝛ vtit bonis
tꝑalibus a ſe poſſeſſis tanq̧ non ſint ꝓpria
ſua cuilibet indigēti illa cōmunicādo:tanq̧
ſi illa ab eis mutuo accepiſſet iuxta ꝯſilium
chriſti Lu.vj.d.Omni petenti te tribue.

## De tribus per que anima eleuatur ad deſideriū eternorum. Capitulum.iij.

s Ecundū liliū eſt deſideriū celeſtium. Quā eni mens, cūcta tpalia ſpernit: q̄dam naturali ⁊ virtuali deſiderio ad celeſtia reḡ erigit ⁊ ꝯſurgit. Hoc liliū hꝫ tria folia. Primū eſt auditio ſcōm eſt oꝛo: tertiū eſt ꝯtēplatō. Primū purgat. ſcōm illuiat: tertiū inflāmat. Et hec tria req̄runt vt nr̄m deſideriū de celeſtibꝰ inardeſcat. Primo neceſſaria ē auditio. ꝑ quā gia de celeſtibꝰ inflammet: ⁊ ſic eius ignoꝛātia elimínet ⁊ expurget. Nam ſicut apl's ad Rhoma. x. ait. Fides. ſ. celeſtiū eſt ex auditu auditus aūt fit ꝑ verbū dei. In auditu autē lectio ⁊ p̄dicatio compꝛ̄hendunt. q̄ oīa intellectum de celeſtibꝰ infoꝛmāt: quēadmoduꝫ ꝓpheta ait. Declaratio ſermonū tuoꝝ illuminat: ⁊ intellectū dat paruulis. Scōo neceſſaria ē oꝛo: q̄ mens eleuat in deū qui i celis habitat. Ad quem in dn̄ica oꝛone docuit eleuare mentē cum Mat. vj. ait. dicite Pater noſter qui es in celis. i. in celeſtibꝰ ſpiritibꝰ. et in alijs ſanctis: ſed ſingłariſſime in beata virgine maria. Tertio neceſſaria ē ꝯtemplatio. Dū ei mēs celeſtia gaudia aſſidua cōtemplatione rimat. atq̄ȝ illam btām viſionē q̄dam inexp̄ſſibili fruitione ſpeculat: de celeſtibus gaudijs tota repletur ⁊ inardeſcit. Proinde ꝓpheta ꝑ experientiā h̄ ſentiens d̄ ſe ait. Concaluit coꝛ meū intra me: ⁊ in meditatione mea. ſ. de celeſtibꝰ facta inardeſcat ignis. In huius q̄dem myſteriuꝫ Nūi. xxvij. dn̄s ad moyſen ait. Aſcēde in montem iſtuꝫ abari ⁊ ꝯtemplare terram quā dn̄s deꝰ tuꝰ daturꝰ eſt tibi. Abarim ꝑtrāſiens interp̄tat. Ut myſtice ſignificet ꝙ talis ꝯtemplatio nō eſt fruitio gloꝛie ꝑmanenti: ſed ꝯtemplatio gloꝛie tranſeuntis.

## De triplici lumine q̄ intellectus plene illuminat Cap̄. iij.

t Ertiū liliū eſt intellectus ſp̄ūaliū ſecretoꝝ. Profecto cuiuſcūq̄ȝ arti vel ſciētie ſollicitꝰ indagatoꝛ atq̄ȝ feruidus inq̄ſitoꝛ: cito ꝑuenire ſolet ad expimētalē intelligentiā eius: ſic qui amoꝛe feruido de celeſtibꝰ meditat ex dina benignitate meret dino ac celeſti lumie illuſtrare. Tria q̄ȝ folia h̄ liliū hꝫ. Primū eſt cognitio dei. ſcōm cognitio ſui: tertiū cognitio ꝓximi. Primū foliū eſt cognitio dei. Cuꝫ eni mens eleuet ad ipſiꝰ ſummi ꝯtemplandam naturā. atq̄ȝ ſummas ⁊ infinitas ꝑfectiones. virtute fidei offert ſe illi deus. increatum. infinitū. ⁊ imoꝛtalē. Increatū circa p̄ncipiū. Infinitū circa mediū. Et imoꝛtalē circa terminū. Demūq̄ȝ in tantā altitudinē eleuatur. ꝙ in ipſo dino lumie compꝛ̄hēdit. ꝙ q̄cquid angelica vel hūana natura in patria vel in via intelligit vel compꝛ̄hendet vel intelligere poterit in eternū quō deus increatꝰ eſt infinitꝰ ⁊ imoꝛtalis. viliſſima creatura ē ſubiectus finis ⁊ moꝛs hoꝛrēda reſpectu eiꝰ. ꝙ ipſa ſapia dei intelligit deū increatū infinitū ⁊ imoꝛtalē. Tunc q̄ȝ compꝛ̄hendit quō ſe manifeſtat deus infinite potētie in oꝑando. infinite ſapie in oꝛdinādo: infinite clemētie indulgendo. atq̄ȝ in puniēdo infinite iuſticie. Tantam deniq̄ȝ infinitatē compꝛ̄hendit in q̄libet in quo pōt infinitꝰ merito p̄dicari ꝙ ſi tota natura angelica ⁊ humana in ſe ꝯuerterent ad ſpeculandū aliq̄d p̄dictoꝝ in quibus infinitus merito dici pōt mime poſſent non dico finē. ſed nec infinitati illius p̄ncipiū reꝑire. Proinde ſtupentes ſupremi ciues clamant illud Apoc. xiiij. Magna ⁊ mirabilia ſunt oꝑa tua dn̄e deus oīp̄s: iuſte ⁊ vere ſunt vie tue dn̄e deus rex ſctōꝝ. Et iterū ꝓpheta ait. Magnꝰ dn̄s ⁊ laudabił nimis ⁊c̄. Scōꝫ foliū eſt cognitio ſui. In lumie igit q̄d iam hꝫ aīa ipſiꝰ dei clare intelligit ⁊ compꝛ̄hendit nihilitatē ſuā atq̄ȝ pctā ſua. Ūn̄ merito ad deum in coꝛde clamat. A pctō meo mūda me: qm̄ iniq̄tatē meā ego cog̃ſco ⁊c̄. Quēadmodū infirmꝰ cog̃ſcēs infirmitatē ſuā auxilium medici ꝑiti imploꝛat. Sicut. iij. Reg. viij. myſtice d̄r. Si q̄s cog̃uerit plagā coꝛdis ſui ⁊ expāderit manꝰ ſuas in domo hac. ſ. ꝯſcientie ſue: tu exaudies in celo in loco habitationis tue. Tertiū foliū eſt cognitio ꝓximi. Poꝛro in ipſo lumie dei cog̃ſcunt hūani moꝛes. ⁊ h̄ ꝑfecto manifeſtū iudiciuꝫ eſt ꝙ tales. ⁊ h̄ ꝑfecto manifeſtū iudiciuꝫ eſt ꝙ tale lumen ex deo ſit. qm̄ talis cognitio eſt nō ad ꝓximū amare ac temerarie iudicandū ac cōtemnēdū: ſed ad charitatē coꝛrigendum ad compatiendū. emēdandū. inſtruēdū. exhoꝛtandū. ꝯgaudendū. ⁊ ꝯſimilia oꝑandū. Ut et iuſtoꝝ oꝑa tali mēti ꝯūtāt in bonū iuxta ſniam apoſtoli ad Rhoma. viij.

## Tria iflāmāt aīaꝫ ad deſiderium coꝛpał diſſolutiōiſ: vt poſſit eſſe cum chꝛiſto. Cap̄. iiij.

q Uartū liliū eſt deſideriū diſſolutionis vt poſſit eē cū xp̄o. Aīa dictis lumibꝰ illuſtrata facile cog̃ſcit ſtatū ꝑſn̄l vite ⁊ future gl̄ie. Jō cū aplo ad Philip. j. ꝯtinue clamat deſideriū habēs diſſolui ⁊ eſſe cū chꝛiſto. Hoc liliū etiam tria habet folia. Primū eſt ꝯſideratio inimicoꝝ ſcōm eſt ꝯſideratio ꝑiculoꝝ: tertiū eſt ꝯſideratio gaudioꝝ. Primū eſt ꝯſideratio inimicoꝝ. Profecto ꝯſiderat homo illuiatꝰ q̄ȝ ta ſunt nobis adūſantia in hac vita. ſ. demones mūdus ⁊ caro qui oēs innūabilibꝰ laqueis. decipulis. blandicijs. p̄elijs. malicijs violētijs aīam infelicem p̄cipitare ꝯtendunt Ideo ꝯtra oēs illam talit obſeruātes ⁊ ei inſidiantes ⁊ ne ex hoc ſecl'o abſq̄ȝ moꝛtali culpa euadat cuſtodiētes: ꝯtinue ad deum clamat dicens. Educ de cuſtodia aīam meam ad ꝯfitendū noi tuo. Et iterū cuꝫ ꝓpheta lamentatur dicēs. Heu mihi q̄ꝛ incolatꝰ meus ꝓlongatꝰ eſt habitaui cum habitantibus cedar. Cedar meroꝛ ⁊ tenebꝛe interp̄tat: que q̄dem multū in mūdo regnāt. Scōm foliū eſt ꝯſideratio ꝑiculoꝝ. Quippe ꝯtra tot adūſantes mens humilis de ſuis viribꝰ nō p̄ſumens. licet de diuina bonitate ꝯfidat. nihilominꝰ ne aliq̄ latenti vel māifeſta culpa a dn̄o iuſto iudicio relinquat. ante mentē oculos ꝑfecto tenens luciferi caſum. p̄moꝝ parentū lapſum. ſamſonis foꝛtitudinē. dauid ſanctimoniā. ſapiam ſalomōis. ſciam oꝛigenis. multoꝛūq̄ȝ alioꝝ viroꝝ ſingulariū ruinam. Ideo in tali foꝛmidie q̄tidie nitit ſtabilire coꝛ ſuū iuxta ꝓpheticū ſenſum q̄ talibus ait. Poſuiſti firmamentū eius foꝛmidinem. Pro oībus ſup̄dictis Amb. ait in ſermone de. xl. Tantis malis hec vita repleta eſt: vt compatione eius moꝛs remediū putetur eſſe nō pena. Tertiū foliū eſt ꝯſideratio gaudioꝝ. ſ. ſempit'noꝝ. Eleuata igitur mente ad aſcēſus ciuiū ſupnoꝝ. iam guſtās et videns q̄ȝ ſuauis eſt dn̄s: admiratione et gaudio plena ait. Q̄ magna mltitudo dulcedinis tue dn̄e. quam abſcondiſti. i. abſcōdite tribuiſti timentibꝰ te. Et ꝓpheta ſuſpirat atq̄ȝ ad dn̄m clamat dicēs. Quēadmodū deſiderat ceruus ad fontes aquarū: ita deſiderat aīa mea ad te deus. Et oībꝰ creaturis ſuū deſideriū ꝓfitet dicēs. Sitiuit aīa mea ad deum fontē viuū: qn̄ veniā ⁊ apparebo ante faciē dei mei. Atq̄ȝ ex ſpe ꝯfoꝛtata iubilat cū Abachuc in. iij. c. dicens. Ego autem in dn̄o gaudebo in deo ieſu meo.



## Articulus. ij. de alijs q̄ttuoꝛ gradibus diuini amoꝛis q̄ magis ꝑtinēt ad ꝓficiētes

s Ecūdo ſubiūgamꝰ alios q̄ttuoꝛ gradus ſiue lilia diuini amoꝛis magis pertinentes ad ꝓficientes. Primus gradus eſt ſilentiū rōnale. Secundus ꝯtemptus ꝓpꝛioꝝ oꝑū quaſi inutiliū: Tertꝰ inſenſibilitas ad mūdū Quartꝰ ē victoꝛia tēptationū

## Q̄ꝛ in tribus pꝛincipaliter cōſiſtit regimen humane lingue. Capitulum. j.

p Rimꝰ ḡdus ſiue pꝛimū lilium eſt ſilentium rōnale. cuꝫ iam mens guſtauit celeſtia bona. Ūn̄ ſic dominus ait Mat. xij. Bonꝰ hō de bono theſauro coꝛdis ſui ꝓfert bona hoc ē ex oꝛe ſuo eructet ſeu ꝓferet verbū bonū. ⁊ hoc videlꝫ tp̄e opoꝛtuno. iuxta illud Eccēs. iij. tp̄s tacēdi ⁊ tp̄s loq̄ndi. Tria etiam folia habet hoc liliū. Primū eſt tacere mala. ſcōm eſt tacere inutilia: tertiū eſt nō tacē neceſſaria. Primū foliū eſt tacere mala. ſ. murmuratiōes. detractiōes. ꝑiuria. ſtultiloquia. mēdacia et ꝯſimilia. In q̄bus ⁊ lingua facile ꝓlabit et ꝯſciētia inquinat. Ūn̄ cum ꝓpheta inquit. Dixi cuſtodiā vias meas vt nō delinquam in lingua mea. Scōm foliū eſt tacē inutilia. nō tm̄ verba ocioſa ⁊ vana: verūetiā verba bona q̄ merito ꝓpt aliq̄ circūſtātia inutilia iudicāda ſunt. A q̄bus oībꝰ prudent cauet ſeruās q̄d Eccl. xxviij. admonet dicens. Uerbis tuis facito ſtaterā. Hec obſeruans ꝓph̄a inq̄t. Obmutui ⁊ hūiliatꝰ ſum ⁊ ſilui a bonis: videlꝫ ne indiſcreta locutiōe peccarem. Tertiū foliū eſt nō tacē neceſſaria. Profecto nō tacet inerti ⁊ inſenſibili hūilitate ʒelatoꝛ iuſtꝰ: ſed cū recta rō depoſcit arguit. obſecrat. increpat. in oī patia ⁊ doctrina. Quēadmodū. ij. Timoth. iiij. apl's ait. Dilectū diſcipulū ſuū edocēs. Non imerito ergo ꝓph̄a oꝛabat dicens pſ̄. cxl: Pone dn̄e cuſtodiā oꝛi meo. videlꝫ rōnē illuiatā. ⁊ oſtium circūſtantie labijs meis. Nō dicit murū q̄ claudi ⁊ aperi nō pōt. Circūſtātie ꝟo loq̄ndi pn̄t eſſe ſeptē: q̄s neccē eſt obſeruare q̄ errare non vult in lingua ſua. Que ſunt he. Quis loquit q̄re q̄d q̄bꝰ qn̄ quō ⁊ q̄ȝtū. Q̄te ꝟo ꝑfectiōis h̄ ſit obſeruare oñdit Jac. i cano. ſua. c. iij. dicēs. Qui nō offendit i verbo h̄ ꝑfectꝰ ē vir. Jlle ꝟo nō offendit i verbo q̄ his ſeptē circūſtātijs obſeruat: nec dicenda tacet. nec tacenda dicit.

## Per tria clareſcere poteſt ꝙ homo opera ſua bona quaſi inutilia ſpernit. Cap̄. ij.

s Ecūdū liliū eſt ꝯtēptꝰ ꝓꝓꝛioꝝ oꝑm q̄ſi inutiliū. Tāto q̄ppe amoꝛe talis iuſtꝰ inardeſcit ſeruire d̄o. tātiſq̄ȝ ſeruitijs ⁊ obſequijs dignū eſtimat illū

ꝙ q̄to plura atqꝫ maiora opa ꝓ ſuo dilecto facit. tanto feruētiori affectu ei ſeruire anhelat ⁊ inardeſcit. atqꝫ iam opata ꝓ illo ex ꝓfūdiſſima hūilitate ⁊ ardētiſſima charitate. q̄ſi nil boni egerit ſe deſpicit atqꝫ ꝯtemnit. Profecto ſm̄ Berñ. in ep̄la ad Guidonē Nemo pfectꝰ q̄ pfectior eſſe nō appetit. Et in eo q̄ſqꝫ pfectiorē ꝓbat ſe: q̄ ad maiorē tendit pfectionem. Ideo ap̄lis ſuis Lu. xvij. ait dn̄s. Cū oīa que. ſ. vobis p̄cepi feceritis, dicite ſerui inutiles ſumꝰ. Hoc liliū etiā habet tria folia Primū eſt in vilibꝰ ſe exercere. Scōm talia opari cum feruēti diligētia ⁊ amore. Tertiū eſt de talibꝰ indignū ſe reputare. Primū foliū eſt in vilibꝰ ⁊ abiectis ſe exercere. ſ. cūcta deſpecta opa ſibi pro ſua portiōe ꝓpria eligēdo. ſe de iure obligatū ad illa tanq̄ viliſſimā creaturā intelligēdo vt vere cum ꝓpheta dicat. Ego aūt ſum vermis ⁊ non homo: opprobriū hoīum ⁊ abiectio pleb. Secundū foliū eſt talia opari cū feruēti diligētia ⁊ amore. Profecto plus ponderat deus in hoīe affectū q̄ opus. Qr̄ patenṫ teſtaṫ dominus Lu. xxj. de vidua in templo offerēte duo minuta que plus placuit deo q̄ q̄ magnꝰ obtulerūt munera. Tertiū foliū eſt de talibus vilibꝰ exercitijs ⁊ opibꝰ indignū ſe reputare. Conſiderat quippe talis aīa ꝙ de huiuſmodi opibꝰ famulaṫ ieſu chriſto in ſuis paupibꝰ: ſciens ꝙ Mat. xxv. dn̄ſ ait. Quod vni ex his minimis meis frībus feceritis mihi feciſtis. nec tn̄ p hoc excludiṫ ꝙ talia fecerit his qui illi maiores ſunt.

## Tria oſtendunt animā inſenſibilem ad mūdana. Cap. iij.

